НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

165
12

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

165

CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIP. EX repetita prælectione Liber IX.

DE HIS QVI ACCVSARE NON possunt.[a]

[a] In quodã vet. manuscr. De crimi. & qui accu. non poss. Contius.

TITVLVS I.

Quando duo crimina intentantur, quorum vnum est præiudiciale ad aliud: super grauiori proceditur. Bart.

I. Imperatores SEVERVS & ANTONINVS Augusti Syluano.

PRIVS est vt criminibus q[...] tibi vt grauiora ab aduers[...] rio tuo obiiciuntur, cædis [...] que vulnerum responde[...] tunc [...] euentu cau[...] æstimabit an tibi permittendum sit [...] accusare, tametsi prior inscriptione [...] po- suisti. PP. V. *Idus Martij, Tertull[...] mente Coss.*

165.
12.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Tutor sine metu calumniæ præsumptæ potest instrumenta contra pupillum producta, de falso accusare: sed proprio nomine debet se inscribere. Salyc.

II. Imp. Ant. A. Ingenuo.

SI cautiones quibus Secundinus solutam Eugenio pecuniam probare se dicit, tutores vel curatores tui suspectas vt falsas habent: proprio nomine (cum non liceat alieno) non prohibentur in crimine falsi subscribere. Nec enim facilè vel tutores, vel curatores qui ex officio, periculo suo res pupillorum vel adolescentium administrant, sententia notantur, nisi euidens eorum calumnia iudicanti apparebit. P P. XII. *Kalen. Octob. Antonino* A. *& Geta Coss.*

Accusator debet se inscribere ad pœnam talionis, & dare fideiussorem de lite prosequenda. Bal.

III. Imp. ALEXANDER A. Rufo.*

*al. additur PP.

QVi crimen publicum instituere properant, non aliter ad hoc admittantur, nisi prius inscriptionum pagina præcesserit, & fideiussor de exercẽda lite adhibitus fuerit. Sin verò post satisdationem præsentes non fuerint, edicto admonendi sunt, vt veniant ad causam agendam. & si non adfuerint, non solùm extra ordinem æstimatione iudicis puniendi sunt, sed etiam sumptus quos in eam rem, & circa ipsum*

*Ingerendam, sed perperã.

ipsum iter ad litem vocati fecerunt, dependere cogentur. PP. III. *Non. Februarij, Alexandro* A. *Cos.*

IIII. Idem A. Dionysio.

VXor tua si consobrini sui necem vindicandam existimat, adeat præsidem prouinciæ. PP. XVI. *Kal. Iul. Alexandro* A. *Cos.*

Accusatio falsi existentibus tutoribus vel curatoribus non pertinet ad matrem. Bald.

V. Idem A. Marcellinæ.

SEnatusconsulto permissum non est mulieri legis Corneliæ crimine reum facere, nisi res ad eam pertineat. Cum igitur filij tui tutores vel curatores habeant: ipsi deliberare debent, an instrumenta ex quibus aduersarium filiorum tuorum obtinuisse dicis, falsa esse accusare debeant. PP. *Kal. Octob. Alexandro* A. *Cos.*

VI. Idem A. Probo.

ACcusationem à qua discedere te professus es, repetere non debes. P P. V. *Non. Maij, Iuliano* II. *& Crispino Coss.*

Accusatori differenti statuitur terminus ad procedendum in causa: & si non procedit in termino, post non auditur. Bald.

VII. Idem A. Felici.

SI ea quæ crimen intendit, cognitionem moratur: certa perferendæ accusationis tem-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

pora iudex competens præstet, intra quæ si agere supersederit, renunciasse causæ intelligitur. PP. XV. *Kalend. Septembr. Agricola & Clemente Coss.*

Miles ad accusandum admittitur, si suorum iniuriam prosequatur. Salycet.

VIII. Imp. GORDIANVS A. Caio* militi.

* Gaxo. al. Agatho.

N*On probibentur milites accusationem, quæ publici iudicij instar obtineat, intendere, si suam suorúmque iniuriam exequantur. Ideóque consobrini tui necem defendere tibi permittimus.* PP. XVII. *Kalen. Aug. Pio & Pontiano Coss.*

Quis non debet admitti vt talis, nisi prius probet se talem. Bart.

IX. Idem A. Seueriæ.*

* Seueriano. al. Seuiano.

N*On ignorat competens iudex, eam quæ vltionem & mortem filij persequi allegat, non temerè ad accusationem esse admittendam, nisi prius matrē se esse probauerit.* PP. VI. *Non. Mart. Gordiano* A. *& Auiola Coss.*

Etiam qui suorum iniuriam prosequitur, se debet inscribere. Bart.

X. Idem A. Mucatraulo militi.

S*I crimen ad tuam tuorúmq; iniuriā pertinens exequaris, solēnibus te inscriptionibus adstringe, vt præsidē prouinciæ habere iudicem possis.* PP. *Kal. Aug. Gordia.* A. *& Auiola coss.*

Incen

Incendiarius dolosus punitur lege Cornelia de sicariis. Bart.

XI. Imp. PHILIPPVS A. & Philip. Cæs. Saturnino & aliis.

D*Ata opera partis aduersæ res vestras incendio exarsas esse asseuerantes, crimen legis Corneliæ de sicariis exequi potestis.* PP. XIII. *Kalendas Iul. Peregrino & Aemiliano Coss.*

Mulier potest accusare in certis casibus, vt vbi suam vel suorum iniuriam prosequitur.

XII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC. Corinthiæ.

D*E crimine quod publicorum fuerit iudiciorum, mulieri accusare non permittitur, nisi certis ex causis, id est si suā suorúmq; persequatur iniuriam secundum antiqui iuris statuta tantùm de quibus specialiter ei concessum est, non exacta subscriptione. Vnde aditus præses prouinciæ in primis examinabit, an tale sit crimen, cuius accusationem mulier subire non prohibeatur. S.* V. *Kal. Maij,* AA. *Coss.*

Frater non accusat fratrem de crimine capitali. Bald.

XIII. Iidem AA. & CC. ad Asclepium.

S*I magnum & capitale crimen ac non leue frater contra fratrem suum instituit: non solùm audiendus non est, sed etiam exilij pœ-*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

D.XII. Kalend. Mart. *na plectendus est. Datum* X. *Kalendas Febr.* CC. *Coss.*

Mater potest accusare filium sibi insidiantem. Bald.

XIIII. Iidem AA. & cc. Aeliæ.

PRopter insidias quas tuæ vitæ paratas contendis, accusationem apud præsidem prouinciæ contra filium tuum, si pietas & ratio naturalis animi tui non reuocat intentionem, constituere potes. S. XVI. *Kal. Mart.* CC. *Coss.*

Ille qui est integræ famæ, admittitur ad accusandum: tamen si calumniatur, debet puniri.

XV. Iidem AA. & cc. Lupioni.

CRiminis accusationem instituere cum periculo calumniæ, si tibi existimatio integra est, minimè prohiberis. S. III. *Kalend. Mar.* CC. *Coss.* Maij.

Qui duas accusationes contra diuersos instituit, ipsis pendentibus tertiam accusationem instituere nō potest, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur. Bald.

XVI. Iidem AA. & cc. Callutico. Callitio.

CVm rationibus iuris congruit desiderium tuum, postulantis accusationem tertiam ei qui duos reos delatos habet, non permitti contra legis præscripta, nisi suas suorúmque iniurias quis persequatur. S. XII. *Kalen. Decemb. Nicomediæ,* CC. *Coss.*

Alimentatus à tenera ætate, alimentatorem suum non accusat: ciuiliter tamen agere potest. Bald.

XVII. Pars sententiæ eorundem AA. & CC. Dat. v. Id. Ianua. Diocletiano & Maximiano AA. Coss.

INiquum & longè à seculi nostri beatitudine esse credimus, vt Thaumasius accusandi eius habeat facultatem, in cuius domo eum (licet ingenuum) à prima ætate tamen fuisse constabat. Quare ex nomine Thaumasij mētio super conflictu criminis cum Symmacho conquiescat. Si quam sanè ciuilē petitionem idem Thaumasius sibi competere confidit: iudicio præsidali poterit experiri. criminali.

Frater fratrem seu sororem potest de leui crimine accusare Bart.

XVIII. Iidem AA. & cc. Iuliano.

SI sororem tuam leuiorum commissorum ream facis, accusationem non prohiberis exercere in iudicio præsidali: quo temerariè commissa, congrua vltione plectantur. Data III. *Kal. Mart. Diocletiano* IX. *& Maximiano* VIII. AA. CC.

Pendente accusatione non potest accusatus reaccusare de pari vel minori crimine, nisi suam vel suorum iniuriam persequatur.

XIX. Imppp. VALENTIN. VALENS & GRATIANVS AAA. LAODICIO præfecto Sardiniæ. Ex C. T. lib. 9. tit. 1. l. 12.

NEganda est accusatis, qui non suas suorúmq; iniurias exequūtur, licentia cri-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

minandi in pari vel minori crimine, priusquā se crimine quo premuntur, exuerint, secundum scita veterum iuris conditorū: ita tamen, vt & ipsi inscriptiones contra eos etiā pendente accusatione deponere possint. Dat. Pridie Id. Aug. Carnunti, Gratia A. III. *& Equitio* V.C. *Coss.*

Excepto maiestatis crimine, familiares & serui non possunt dominos accusare. Sal.

XX. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano præfecto prætorio.

[a] Eo.lib.c. T.ti.6.l.3.

SI *quis* [a] *ex familiaribus vel ex seruis cuiuslibet domus cuiuscunq; criminis delator atq; accusator emerserit, eius existimationem, caput, atq; fortunas petiturus, cuius familiaritati vel dominio inhæserit: ante exhibitionem testium, atque examinationem iudicij, in ipsa expositione criminum, atque accusationis exordio, vltore gladio feriatur. Vocem enim funestam amputari oportet potius, quàm audiri. Maiestatis autem crimen tantùm excipimus. Datum* VI. *Id. Nouembr. Constantinop. Cæsario & Attico Coss.*

XXI. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS AA. Consulibus, prætoribus, & trib. pleb. Senatui S. D.

SI *liberti, accusatores manumissorum heredúmve esse præsumpserint: eodem quo serui supplicio tenebuntur, luituri pœnas ante prohibitæ delationis exordium. Dat.* VII. *Id. Aug. Rauennæ, Asclepiodoto & Mariniano Coss.*

DE

DE ACCVSATIONIBVS, ET INSCRIPTIONIBVS. TITVLVS II.

Euulsor finalium terminorum, extraordinariè arbitraria pœna punitur. Bal.

I. Imp. ALEXAND. A. Martiano.

EOS *qui terminos effoderunt, extraordinaria animaduersione coërceri debere, præses prouinciæ non ignorabit.* PP. III. *Kal. Aug. Alexandro* A. *Cos.*

Dominus potest defendere seruum suum accusatum de crimine capitali. Bal.

II. Idem A. Syro.

SI *cuidam* [a] *crimini obnoxius seruus postulatur, dominus eum defendere potest, & in iudicio sistere, accusatoris intentionibus responsurum.* [b] *post probationem autem criminis, non ipse dominus, sed seruus pro suo delicto condemnationem sustineat. Ideo enim seruū suum domino defendere permissum est, vt pro eo possit competentes allegationes offerre.* PP. XI. *Kal. Decemb. Alexand.* A. *Cos.*

[a] Si cuiusdam criminis, in omnibus. [b] Responsurus. in vet. rectè.

III. Idem A. Stephanidi.

REos *capitalium criminū absentes, etiam per procuratorem defendi, leges publicorum iudiciorum permittunt.* P P. IIII. *Non. Nouemb. Maximo* II. *& Aeliano Coss.*

Non tenet sententia absolutoria lata pro præsente contra absentem non citatum legitimè. Bal.

GG

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

IIII. Imp. GORDIANVS A. Archelao.

SI accusatoribus absentibus, & nō per contumaciam adesse iudicio cessantibus, ex vna postulatione aditus præses prouinciæ non causa cognita sententiā dixit, qua eum de quo querimoniam detulisti, liberandū existimauit: criminatione etiam nūc perseuerante, quæ contumacia vel cessatione accusatorum non interueniente auferri non potuit: causa intentati criminis apud eūdem vel successorem eius more iudiciorum tractabitur. PP. Non. Mart. Gordiano A. II. & Pompeiano Coss.

Delinquens, propter mandatum alterius non excusatur. Bart.

V. Idem A. Paulino.

NOn ideo minus crimine, siue atrocium iniuriarum iudicio tenetur is qui in iustam accusationem incidit, quia dicit alium se huiusmodi facti mandatorem habuisse. Nanque hoc casu præter principalem reum mandatorem quoque ex sua persona conueniri posse ignotum non est. PP. III. Id. Septemb. Gordiano A. II. & Pompeiano Coss.

Contra absentem in causa capitali, non potest procedi nisi per annotationem bonorum. Bald.

VI. Idem A. Auidiano.

ABsentem capitali crimine accusari non posse, sed requirendum tātummodo annotari solere, si desit: vetus ius est. Et ideo cum absen

absen

absentem te & ignorantem, cui nunquam vllum crimen denunciatum esset, per iniuriam à præside prouinciæ in metallum damnatum esse dicas: quo magis in præsenti te agente (vt asseueras) iam nūc fides veri possit illuminari, præfectum prætorio adire cura: qui quicquid nouo more & contra formā constitutionum gestum deprehenderit, pro sua iustitia reformabit. PP. IIII. Non. April. Ariano & Pappo Coss.

In non notorio iudex per viam accusationis procedens, debet procedere solenniter. Bald.

VII. Idem A. Proculo.

EA quidem quæ per officium præsidibus denunciantur, & citra solennia accusationum posse perpendi, incognitum non est. Verùm si falsis necne notoriis insimulatus sit, perpenso iudicio dispici debet. PP. VIII. Idib. Ian. Peregrino & Aemiliano Coss.

Coram præside debet quis accusatorium libellum producere, non coram stationariis. Bald.

VIII. Exemplum sacrarum literarum DIOCLETIANI & MAXIMIANI AA.

SI quis se iniuriam ab aliquo passum putauerit, & querelam deferre voluerit: non ad stationarios decurrat, sed præsidalem adeat potestatem, aut libellos offerens, aut querelas suas apud acta deponēs. PP. sine die & consule.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Accusatus ab vno de eodem crimine, non potest accusari ab alio, sed de diuerso, licet ortum habente ab eodem facto. Salyc.

IX. Iidem AA. Honorato.*

* al. Orato. al. Honerato.

QVi de crimine publico in accusationem deductus est, ab alio super eodem crimine deferri non potest. Si tamen ex eodem facto plurima crimina nascũtur, & de vno crimine in accusationem fuerit deductus: de altero non prohibetur ab alio deferri. Iudex autem super vtroque crimine audientiã accommodabit. Nec enim licebit ei separatim de vno crimine sententiam proferre, priusquam plenissima examinatio super altero quoq; crimine fiat. PP. XIIII. *Kal. Septemb. Basso* II. *& Quintiano Coss.*

Qui promittit se facturum quòd iudex feret sententiam in aliquos, tenetur sicut qui dat pecuniam pro sententia obtinenda. Bald.

X. Iidem AA. & CC. Vrsæ.

QVi explicandi negocij spem (cuius finis in iudicis potestate ac motu situs est) pollicetur: non minus ob illicitam sponsionem crimen contrahit, quàm qui ad huiusmodi promissionis commercium contra disciplinam publicam adspirat. PP. III. *Kal. Nouemb. ipsis* IIII. *&* III. AA. *Coss.*

Accusatus, & quia non fuit probatum absolutus, potest ab alio de præuaricatione primi primo docentis iterum accusari de eodem crimine. Bald.

XI.

XI. Iidem AA. & CC. liberis Crispinæ charissimæ nobis.

SI quis homicidij crimen existimat persequendum: secundum iuris publici formam debebit eum qui in primordio homicidij postulauerit reum, neque probauerit, ideóque reus absolutus est, præuaricationis arguere. Id enim salubriter statutis principum parẽtum nostrorum iurísque forma præscriptum est. Vel si id non putauerit agendum: ad sequens crimen, id est pastorum latronúmve descendere eũ coges, atque id exequi iudicio tuo: cùm si quidem id ab incusato appareat esse commissum, ob vltionem publicam obnoxius legibus fiat. Datum* VIII. *Id. April. Annibaliano & Asclepiodoto Coss.*

* Erant n. quidã pastores latrociniis dediti. Hinc in Cod. Th. li. 9. ti. 13. prohibentur patres dare filios nutriendos pastorib. ne cũ latronibus inisse societatem videãtur. Cont.

Se præcipitans absque conscientia criminis, non nocet successoribus. Sal.

XII. Iidem AA. & CC. Aurelio.

FActum sponte se præcipitantis, innocenti criminis periculum afferre non potest. S. XIIII. *Kalen. Iun. Sirmij,* AA. *Coss.*

In accusatione facta de seruo, necessaria est inscriptio, sicut de libero. Salyc.

XIII. Imppp. VALENTINIANVS, GRATIA. & THEODOSIVS AAA. Mariniano Vic. Hispaniæ.*

* Ex Cod. Theodosia. lib. 9. tit. 1. l. 4.

SI quis seruos crediderit accusandos, non prius ad corporũ tormẽta veniatur, quàm se vinculo subscriptionis adstrinxerit. Data VI. *Kal.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

VI. Kal. Ian. Patauij, Merobaude, II. & Saturnino Coss.

Iudex in criminalibus nō debet ire per emendicata suffragia, sed per probationes quibus lux veritatis assistat.

XIIII. Iidem AA. & ARCADIVS A. Cynegio præfect. præt.[a]

SInguli vniuersiq; iudices cognoscāt in publicis criminibus non oportere emendicatis vti suffragiis decretorum,[b] [aut relationibus à publicis personis destinandis credere:] sed rei veritatem inquirere. Datum prid. Kalendas Maij, Constantinopol. Arcadio A. I. & Bautone Coss.

[a] Ex Cod. Th. ibidē l. 15.

[b] decurionum.

In publicis iudiciis etiam potentiores viri debent personaliter adesse, licet in ciuili causa possint mittere procuratorem. Bald.

XV. Iidem AAA. Tatiano præfecto prætorio post alia.

TVnc conuenit potentiores viros adesse iudiciis, cum eorum præsentiam in criminibus publicis per inscriptionem causa deposcat: licet in pecuniariis causis per procuratores litem sustineant. Dat. XV. Kal. Mart. Mediolani, Valentiniano A. V. & Neotherio Coss.

Libellus in criminali debet continere nomen accusatoris, nomen iudicis, & nomen accusati.

XVI. Impp. ARCADIVS & HONORIVS AA. Pasiphilo.

In

IN causis criminalibus dignū est vt inscriptiones præponantur, quæ magnitudinem videlicet criminis, tempúsque designent: vt alterutram partem digna legum terrere[a] possit auctoritas. Quòd si fuerit statutum fortè contemptum: hi qui ex officio ingrediuntur secretarium, quinque librarum auri condemnatione ferientur. Dat. VIII. Id. Ian.[b] Olybrio & Probino Coss.

[a] In veter. manuscr. ex C. Th. tenere possit austeritas. vtique rectius. Contius.

[b] Mediolani. Contius. ex Cod. Th.

Accusator debet se inscribere, & detineri sicut accusatus, donec causa examinetur. Bald.

XVII. Impp. HONOR. & THEODO. AA. Consulibus, prætoribus, & trib. pleb. Senatui S. D.[c]

[c] Ex Cod. Th. lib 9. tit. 1. l. 19.

ACcusationis ordinem iam dudū legibus institutum seruari iubemus: vt quicunq; in discrimen capitis accersitur, non statim reus qui accusari potuit, existimetur: ne subiectam innocentiam feriamus. Sed quisquis[d] ille est qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat, custodiæ similitudinē (habita tamen dignitatis æstimatione) patiatur: nec impunitam fore nouerit licentiā mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicij. Nemo tamen sibi blandiatur obiectu cuiuslibet criminis de se in quæstione confessus, veniam sperans propter flagitia adiuncti, vel pro communione criminis consortiū personæ superioris optas, aut

[d] Hinc sumpta l. vlti. 7. de calumniator.

inimici

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

inimici supplicio in ipsa supremorum suorum sorte satiandus,[a] *aut eripi se posse confidẽs aut studio aut priuilegio nominati: cũ veteris iuris auctoritas de se confessos, ne interrogari quidem de aliorũ consciẽtia sinat. Nemo igitur de proprio crimine confitentem, super consciẽtia scrutetur aliena. Dat.* VIII. *Id. August. Rauennæ, Asclepiodoto & Mariniano Coss.*

[a] veter. & Cod. Th. sociãdus.

DE EXHIBENDIS ET TRANSMITTENDIS REIS.

TITVLVS III.

Miles à præside captus, est magistro militum sub fida custodia remittendus. Bald.

I. Impp. VALENTINIANVS & VALENS AA. Valentino[a] consulari Piceni.

[a] Sic ex Cod. Th. 9.2.2.

SI miles in prouincia repertus crimen publicum commiserit, eum rector prouinciæ sub custodia constituat: atq; ita vel causæ meritum, vel etiam personæ qualitatem ad magistrum militum referat. Dat. XII. *Kal. Febr. Mediolani, Valentiniano & Valente* AA. *Coss.*

Non est quis in carcere ligandus antequam conuincatur. Bald.

II. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio præfecto præt.[a]

[a] Ex Cod. Th. lib. 9. tit. 2. l. 3.

Nullus

NVllus in carcerem priusquam cõuincatur, omnino vinciatur. Ex longinquo si quis est acciendus, non prius insimulanti,[a] *[id est accusatori] accommodetur adsensus, quàm solenni lege se vinxerit, [& in*[b] *pœnam reciproci stylo trepidante recauerit.] Ei verò qui reducendus erit, ad disponendas res suas, componendósque mæstos penates, spacium coram loci iudice, aut etiam magistratibus sufficientium dierum, non minus tamen triginta tribuatur, nulla remanente apud eum qui ad exhibendum missus est, copia nundinandi. Qui posteaquam ad iudicem venerit, adhibita aduocatione, ius debebit explorare quæsitum: ac tandiu pari cum accusatore fortuna retineri, donec repererit cognitio celebrata discrimen. Datum* III. *Kal. Ian. Constantin. Gratiano V. & Theodosio* AA. *Coss.*

[a] In Cod. Th. adsimulanti. [b] Inclusa cõtra omnium manuscri. fidẽ temere à quibusdã in postoribus & falsatoribus adiecta sunt ex Cod. Th.

Nullus debet exhiberi vt reus ad iudicium, nisi præcesserit iudicis mandatum. Salyc.

III. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Drepanio proconsuli Africæ.

NEminem in iudicio exhibendum esse præcipimus, nisi de cuius exhibitione iudex pronuntiauerit. Data PP. *Non. Febr. Mediolani, Valentiniano* A. III. *& Neotherio Coss.*

DE

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

DE CVSTODIA REORVM.

TITVLVS IIII.

In cognitione causæ criminalis quando partes sunt præsentes, debet accelerari. Salyc.

I. Imp. CONSTANTIVS A. ad Florentium rationalem.[a]

[a] Ex Cod. Th. lib. 9. tit. 3. l. 1.

IN quacunque causa reo exhibito, siue accusator existat, siue eum publicæ solicitudinis cura produxerit, statim debet quæstio fieri, vt noxius puniatur, innocens absoluatur. Quòd si accusator aberit ad tempus, aut sociorum præsentia necessaria videatur: id quidẽ debet quàm celerrimè [a] procurari. Interea vero reũ exhibitũ nõ per ferreas manicas & inhærentes ossibus mitti oportet, sed prolixiores catenas, [si criminis qualitas etiã catenarũ acerbitatẽ postulauerit,] [a] vt & cruciatio desit, & permaneat [sub] fida custodia. Nec vero sedis intimæ tenebras pati debebit inclusus: sed vsurpata luce vegetari, [ac subleuari:] & vbi nox geminauerit custodiam, [in] vestibulis carcerum, & salubribus locis recipi: ac reuertente iterum die, ad primum Solis ortum ilico ad publicum lumen educi, ne pœnis carceris perimatur: quod innocentibus

[a] al. celeberrimè.

[a] Hæc inclusa in Codi. Th. desunt.

centibus miserum, noxiis non satis seuerum esse dignoscitur. Illud etiam obseruabitur, vt neque his qui stratorum funguntur officio, neque ministris eorum liceat crudelitatem suam accusatoribus vendere: & innocentes intra carcerum septa letho dare, aut subtractos audientiæ longa tabe consumere. Non enim existimationis tantùm, sed etiam periculi metus iudici imminebit, si aliquem vltra debitũ tempus inedia, aut quocunque modo aliquis stratorum exhauserit, & non statim eum penes quem officium custodiæ est,[a] atque eius ministros capitali pœnæ subiecerit. D. Prid. Kalen. Iul. Serdicæ, Constantin. A. XI. & Constantio Cæsa. Coss.

[a] Officij custodiæ.

Detentus debet à iudice audiri, & apud acta duci: & iudicibus nimis sæuientibus, debet imponi freni temperies. Bald.

II. Iidem A. & C. ad Euagrium præfectum prætorio.[a]

[a] Co. T. 9. 3. 2.

SI quis in ea culpa vel crimine fuerit deprehẽsus, quo dignus claustris carceris, & custodiæ squalere videatur: auditus apud acta, cum de admisso constiterit, pœnã carceris sustineat: atq; ita postmodum eductus apud acta audiatur. Ita enim quasi sub publico testimonio commemoratio admissi criminis fiet, vt iudicibus immodicè sæuientibus freni quædam temperies adhibita videatur. Dat. III. Non. Febr.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

Febr. Heracliæ, Conſtantino A. VII. *& Conſtantio Cæſa.* [II.] *Coſſ.*

Carcer mulierum debet eſſe ſeparatus à carcere maſculorum. Bald.

III. Idem A. Acindyno præfecto prætorio.[a]

[a] Co. The. eo. tit. l. 3.

QVoniam vnum carceris conclaue permixtos ſecum[b] criminoſos includit: hac lege ſancimus, vt etiã ſi pœnæ qualitas permixtione iungenda eſt: ſexu tamen diſpares[c] diuerſa clauſtrorum habere tutamina iubeantur. Dat. Non. April. Acindyno & Proculo Coſſ.

[b] Legẽdũ, permixtos ſexu: vt in veteri manuſcri. Cõt.

[c] ſexũ tamen diſparem.

IN AVTHENT. *vt nul. iudic. §. neceſſarium. colla. ix. conſtit. ix.*

HOdie nouo iure nullam mulierẽ pro pecunia fiſcali, ſeu priuata cauſa, aut pro crimine quolibet modo in carcerem mitti, aut includi, aut cuſtodiri concedimus. Sed ſi pro fiſcali aut priuato debito pulſetur, per virum ſuum, aut quem alium legitimè reſpondeat. Quòd ſi noluerit vel reſpondere vel perſequi litem ſuã: legitimè in rebus ſuis executio procedat. Si verò tale ſit crimen, vt neceſſe ſit eam cuſtodiri: ſi quidem fideiuſſorem dare poteſt, ipſi credatur. ſi verò iurauerit fideiuſſorem dare ſe non poſſe, iuratoriam cautionem præſtet de iudicij obſeruatione. Sed ſi crimen grauiſſimum ſit de quo adcuſatur, in monaſterium vel aſceterium mittatur, vel mulieribus tradatur, per quas cuſtodiatur. Iudices autem qui hæc non ſeruant, ſi maiores ſunt, viginti librarum auri pœnam: ſi minores, decem ſoluant. Obedientes autem eis in prædictis caſibus, ſpoliati cingulo dentur in exilium.

Cuſtos carcerum fracto carcere per negligentiam, non euitat pœnam eum exhibendo, ſed ſubit ſupplicium, quod qui fugit, eſſet ſubiturus. Bald.

IIII. Imppp VALENT. VALENS & GRATIANVS AAA. ad Probum præfect. prætorio.[a]

[a] Cod. Th. ibid. l. 5.

AD commentarienſem receptarum perſonarum cuſtodia obſeruatióq; pertineat: nec putet hominem abiectum atq; vilem obiiciendum eſſe iudici, ſi reus modo aliquo fuerit elapſus. Nam ipſum volumus huiuſmodi pœna conſumi, cui obnoxius docebitur fuiſſe qui fugerit. Si verò commentarienſis neceſſitate aliqua procul ab officio egerit, adiutorẽ eius pari iubemus inuigilare cura, & eadẽ ſtatuimus legis ſeueritate conſtringi. Dat. III. Kal. Iul. Contionati, Gratiano A. V.[b] *& Probo Coſſ.*

[b] al. II.

Cauſæ carceratorum debent velociter terminari. Bald.

V. Imppp. GRATIANVS, VALENTINIANVS & THEODOSIVS AAA. Eutropio præfecto prætorio.[c]

[c] Ex Cod. Theo. ibi. l. 6.

De

DE his quos tenet carcer [*inclusos*,] id aperta definitione sancimus, vt aut conuictos velox pœna subducat: aut liberandos custodia diuturna non maceret. Iubemus autem vt intra tricensimum* diem semper commētariensis ingerat numerum personarum, varietatem delictorum, clausorum ordines, ætatémque vinctorū. [*quòd si hæc prætermiserit*,] officiū [*quidem*] viginti libras auri ærario nostro iubemus inferre: iudicem [*verò*] desidē ac resupina ceruice tantùm titulum gerentem, extorrem impetrata fortuna, decem auri libris multandum esse censemus. Dat. III. Kal. Ianuar. Constantinopol. Gratiano V. & Theodosio I. AA. Coss.

*id est per singulos dies vsq; tricesimū diem, vt aiūt Græci interpretes.

Græca constitutio Iustiniani hîc deest. Eius quædam pars à Triboniano iam fuit posita in l. 22. §. de episcopali audientia, sed integrior & prolixior quæ hîc esse debuerat, iniuria temporum obliterata est. Eius epitomen ex lib. 60. Basilicorum titul. 35. & Anton. Augustino ita restituemus. nam multa idem Anton. Augustinus ad eam non pertinentia permiscuit.

• Hanc inscriptionem restituimus persuasi his quæ scribūtur in d. l. 22. C. de Episc. aud.

VI.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς *ὑπάρχοις τῶν θείων πραιτωρίων.*

Οὐδένα

ΟΥδένα χρὴ ἐμβάλλεσθαι φυλακῇ χωρὶς κελεύσεως τῶν μεγάλων ἀρχόντων ἢ τῶν κατὰ τόπον ἐκδίκων.

¶ Χρὴ δὲ τὸν ἐπίσκοπον κατὰ τετράδην ἢ παρασκευὴν, ἐπισκέπτεσθαι τοὺς ἐν φυλακῇ, διὰ τί ἐνεκλείσθησαν, καὶ εἰ μὲν δοῦλοι εἰσὶν, ἔσω κ. ἡμερῶν, ἐκβάλλεσθαι αὐτοὺς, ἢ σωφρονιζομένους, καὶ τοῖς δεσπόταις παραδιδομένους, ἢ ἐὰν μὴ φαίνηται ὁ δεσπότης, ἀπολύειν αὐτούς. εἰ δὲ ἐλεύθεροι εἰσὶν, ἐπὶ ἀταξίᾳ κατεχόμενοι, παραχρῆμα κρίνειν αὐτοὺς, ἢ ἐὰν ἄλλης δήποτε αἰτίας παρασχεῖν αὐτοὺς ἐγγυητὰς, εἰ δὲ μὴ ἔχωσιν ἐγγυητὰς, εἰ μὲν ἐπὶ ἐγκλήμασι κατέχονται (χωρὶς φόνου) ἐν τάχει αὐτοὺς κρίνεσθαι. εἰ δὲ κεφαλικὸν ἐστὶ τὸ ἔγκλημα, ἔσω λ. ἡμερῶν.

¶ Ἐὰν δὲ μετὰ χρεῖα πλείονος ὑπερθέσεως, μηδαμοῦ παρέχοντος αἰτίαν τοῦ ἐγκεκλεισμένου δοθῆναι αὐτῷ ἐπὶ ἐξωμοσίᾳ, ἵνα τὸ ψῆφος γένηται κατ᾽ αὐτοῦ ἐὰν ἀπολειφθῇ. ἐὰν δὲ φόνου ἐστὶν εἰ μὲν ἀπὸ ἀναφορᾶς δημοσιευόντων ἔσω ἓξ μηνῶν κρίνεσθαι, εἰδότων τῶν δημοσιευόντων ὅτι ἐὰν ψεύσωνται, τῇ αὐτῇ ὑπόκειται τιμωρίᾳ, εἰ δὲ τίς ἐγγραψάμενος, αὐτῶν γέγονε περὶ ἐνοχῆς, δίδωσθαι αὐτὸν ὑπὸ ἐγγύας ἢ ἐὰν μὴ εὐπορῇ ἐγγυητῶν, μεῖναι μὲν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, τέμνεσθαι δὲ τὴν δίκην ἐντὸς ἐνιαυτοῦ.

¶ Προλήψεως δὲ παρ᾽ αὐτοῦ γενομένης ὡς ὑποσύθημος εἶναι αὐτὸν ἐν τῇ φρουρᾷ, ἕως ὅτε

περαιωθῇ

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

περαιωθῇ ἡ δίκη. εἰ δὲ ψῆφος γέγονε περὶ τῶν ἐγκεκλεισμένων, ἐκβιβάζεσθαι αὐτὴν, εἴτε σωματικὴ οὖσα, εἴτε χρηματική.

Latinè Ant. Contij.

NEminem oportet iniici custodiæ absque iussione magnorum magistratuum aut locorum defensorum. ¶Oportet autem episcopum per quartam feriam aut parasceuen[a] inquirere eos qui sunt in custodia, quam ob causam inclusi sint: & siquidem serui sint, intra xx. dies emittere eos vel castigatos atque etiam dominis redditos, aut si non appareant eorum domini, soluere ipsos. Si vero liberi sint, pro seditione[b] detenti, confestim iudicare ipsos, vel si pro alia quacunq; causa, siquidē non habeant fideiussores (& pro criminibus detinentur, excepto crimine homicidij) statim eos iudicari, si verò capitale crimen sit, intra xxx. dies. ¶Si verò maiore postea dilatione necessaria existente, is qui detinetur non præbeat causam, committatur suæ iuratoriæ cautioni si absens fuerit. Si vero cædis est causa, si quidē ex delatione publicarum personarum, intra sex menses iudicetur. Scientibus publicis personis

[a] i. sextam feriā, seu diē Veneris. Cont.

[b] ἐπὶ ἀταξίᾳ. sic vertit Anto. Augusti. & Cuiac. in lib. 60. βασιλικῶν.

personis, quòd si mentitæ fuerint, se iisdem subdendos pœnis. Si verò accusator qui se inscripsit, auctor fuit eius detentionis, detur reus sub fideiussione, vel si non reperiat fideiussores, maneat quidem in carcere, causa autem intra annum terminetur. Facta autem præsumptione, tanquam reus sit, in custodia maneat donec causa terminetur. Si verò iam sententia lata est de inclusis, ea executioni mandetur, siue corporalis sit siue pecuniaria.

¶In pecuniaria[a] condemnatione potestatem habentibus cedere bonis. ¶Episcopis monentibus præsides, scituros, se & officium suum illaturos x. libras. ¶Habentibus etiam episcopis potestatem deferendi principi, negligentiam (hisce in rebus) præsidum.

[a] Hæc postrema verba nō sunt in su prascriptis Græcis, sed ex lib. sexagesimo Basilicorū in supplemētum superioris epitomes addita. Cōt.

DE PRIVATIS CARCERIBVS INHIBENDIS.

TITVL. V.

Priuati carceris crimen committentes, afficiendi sunt vltimo supplicio: & datur facultas iudici de hoc crimine inquirendi. Salyc.

1. Imp. ZENO A. Basilio præfecto prætorio.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

IUbemus nemini penitus licere per Alexandrinam splendidißimam ciuitatem vel Aegyptiacam diœcesim, aut in quibuslibet imperij nostri prouinciis, vel in agris suis, aut vbicunq; domi priuati carceris exercere custodiam: viro spectabili pro tempore præfecto Augustali, & viris clarißimis omnium prouinciarum rectoribus daturis operam, sempérque futuris in speculis, vt sæpe dicta nefandißimorũ hominum arrogantia modis omnibus opprimatur. Nam post hanc saluberrimam constitutionem, & vir spectabilis pro tempore præfectus Augustalis, & quicunque prouinciæ moderator, maiestatis crimen proculdubio incursurus est, qui cognito huiusmodi scelere, læsam non vindicauerit maiestatem. Primatibus insuper officiorum eiusdem criminis laqueis constringendis, qui simul atq; nouerint memoratum interdictum facinus in quocunque loco committi, proprios iudices de opprimendo nefandißimo scelere non protinus curauerint instruendos. Nam illud perspicuum est, eos qui hoc criminis genus cõmiserint, etiam pro veterum legum & constitutionum[a] tenore, tanquam ipsius maiestatis violatores, vltimo subiugandos esse supplicio. Dat. Kalend. Iul. Constantinopoli, Longino v. c. Cos.

*Valentinia.&Th. vt C. Th. eod. tit. l. sing.

II. Ex lib. 60. Basilic. tit. 55. interp. Cuiacio.

Const.

COnstitutio iubet priuatas custodias non fieri, & eos qui fecerint pœnæ subiici, & tot dies manere in publico carcere, quot fuerit quis in priuato ab eis inclusus, cuiuscunque sint conditionis vel dignitatis, amittere etiam eos causam quam habent aduersus inclusos, prouidentia episcopi & præsidis. quod si neglexerit præses, & bonorum & salutis periculum sustinebit.

SI REVS VEL ACCVSATOR MORTVVS FVERIT.

TITVLVS VI.

I. *Epitome ex lib. 60. βασιλ. tit 66. c. 1.

SI miles λιποτακτὴς, id est desertor militiæ, decesserit, soluitur crimen.

Possunt plures de eodem crimine accusari in vno libello: & vno mortuo pendente processu, nihilominus durat instantia quo ad reliquos. Bald.

II. Imp. ANTONINVS A. Eutychiano.

ETsi Marcellus qui crimine falsi postulabatur, vita functus est, ac per hoc crimen in persona eius sit extinctum, accusatio tamen non est abolita: cum tam vxorem eius quàm te

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

eodē crimine postulatos esse proponas. PP. VII. *Kalend. Octobr. Læto* II. *& Cereale Coss.*

Morte accusati liberatur accusator à prosecutione criminis instituti. Salyc.

III. Idem A. Proculo.

SI is quem homicidij seu cuiusuis criminis postulasti reum, vita functus est: frustra ob pœnam desertæ accusationis conueniris, cum morte eius crimen cum pœna sit extinctum: ac per hoc tibi adempta est necessitas accusationis. PP. IIII. *Kalend. Octobr. Romæ, Sabino & Anulino Coss.*

Etiam eo mortuo qui fabricauit falsum instrumentū, si quis illo instrumento vtatur scienter, potest accusari de falso. Bald.

IIII. Imp. ALEXAN. A. Veronitiano.

SI (vt proponis) causa pecuniaria ad emolumentum tuum spectat: licet Anianus cui falsi crimen auctor tuus intēdebat, vita functus sit: non prohiberis, si quis aduersum te instrumento quod in dubium vocatur, vti cœperit, accusationem instituere. Quamuis enim in persona principalis rei morte subducti, iam subsistere non possit: tamen si quis illo vti voluerit, intelligit se periculo criminis esse subiectum. PP. VI. *Kalen. Ianuarij, Albino & Aemiliano Conss.*

Morte facientis & mandantis crimen in persona morientis extinguitur, & finitur iudicium inchoatum. Bald.

V.

V. Imp. GORDIANVS A. Rufino.

DEfunctis reis publicorum criminum, siue ipsi per se ea cōmiserunt, siue aliis mādauerunt: pendente accusatione, præterquam si sibi mortem consciuerint, bona successoribus eorum non denegari notissimi iuris est. PP. VII. *Kalend. Nouemb. Pio & Pontiano Coss.*

Si moritur accusatus vel accusator appellatione pendente, finitur instantia etiam quo ad bona.

VI. Idem A. Iuliano.

SI quis cum capitali pœna vel deportatione damnatus esset, appellatione interposita, & in suspenso constituta, fati diem functus est, crimen morte finitum est. Idem obseruatur & si accusator pendente appellationis tempore vltimum diem obiisset. Sin autem relegationis pœnam sustinuit, & in parte bonorum damnatus appellatione vsus est: etiam post mortem eius nihilo minus appellationis ratio examinabitur: cum desideretur vtrum valeat nécne particularis publicatio. PP. VI. *Kalend. Aug. Gordiano A. & Auiola Coss.*

SI QVIS IMPERATORI MALEDIXERIT.

TIT. VII.

Ex leuitate vel insania maledicens principi, non punitur: sed si per iniuriam, princip.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

est æstimatio vtrũ & qualiter puniatur, quod facit ex causis & personis. Bald.

I. Imppp. THEOD. ARCADIVS & HONORIVS AAA. Rufino præfecto prætorio.[a]

[a] EX C. T. eod. tit.

SI quis modestiæ nescius, & pudoris ignarus, improbo petulãtíque maledicto nomina nostra crediderit lacessenda, ac temulentia turbulentus obtrectator temporum nostrorum fuerit: eum pœnæ nolumus subiugari, neque durum aliquid nec asperum volumus sustinere: quoniam si id ex leuitate[b] processerit, contemnendum est: si ex insania,[c] miseratione dignißimum: si ab iniuria,[d] remittendum. Vnde integris omnibus hoc ad nostram scientiam referatur, vt ex personis hominum dicta pensemus, & vtrum prætermitti, an exquiri debeant, censeamus. Datum VI. Id. August. Constantinopoli, Theodosio A. III. & Abundatio Coss.

[b] κυφότητος zonar.
[c] μανίας.
[d] ὡς ἀδικήματος

AD LEGEM IVLIAM MAIESTATIS.

TIT. VIII.

Iudex qui iudicat cõtra legem, non propterea tenetur crimine læsę maiestatis. Bald.

I. Imp. ALEXAND. A. Paulino.

Etiam

ETiam ex aliis causis maiestatis crimina cessant meo seculo: nedum etiam admittam te paratum accusare iudicem propterea crimine maiestatis, quòd contra constitutionẽ meam eum dicis pronunciasse. PP. III. Idus April. Maximo II. & Iuliano Coss.

Deferens temerariè sacramentum, non tenetur crimine læsę maiestatis. Bald.

II. Idem A. Faustiniano.

ALienam sectæ meæ solicitudinem concepisti, quasi crimen maiestatis sustineres, si seruo tuo iratus esse non perseueres, quod semper te facturum inconsultè iuraueras. PP. III. Non. Febr. Iuliano II. & Crispino Coss.

Accusator & eius instigator, nisi doceant per manifesta indicia delictum accusati de crimine læsæ maiestatis, sunt torquendi. Salyc.

III. Imp. CONSTANTINVS A. ad Maximum præfectum vrbis.

SI quis alicui maiestatis crimen intenderit: cum in huiuscemodi re conuictus, minimè quisquam priuilegio dignitatis alicuius à strictiore[b] inquisitione defendatur: sciat se quoque tormentis esse subdendum, si aliis manifestis indiciis accusationem suam non potuerit comprobare: cum eo qui huiusmodi esse temeritatis reus deprehenditur. Illum quoque tormentis subdi oportet, cuius consilio atque instin-[a]

[a] c. T. 9. 5. I
[b] al. adstrictiore.

ctu ad accusationem accessisse videbitur, vt ab omnibus commissi conscius instituta vindicta possit repertari. PP. *Kalend. Ianuar. Volusiano & Anniano Conss.*

Priuilegiatus potest suum priuilegiũ allegare, excepto crimine læsæ maiestatis. Bald.

IIII. Imp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA. ad Olybrium P. V.

N *Vllus omnino cui inconsultis ac nescientibus nobis fidicularum tormenta inferuntur, militiæ vel generis aut dignitatis defensione vti prohibeatur: excepta tantum maiestatis causa, in qua sola omnibus æqua conditio est.* Dat. VIII. *Id. Iul. Valentiniano N. P. & Victore Conss.*

Conspirans cõtra principem, vel eos qui sunt ad latus principis, incidit in crimen læsæ maiestatis sola ordinatione & tractatu, licet non sequatur euentus. Bald.

V. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano præfect. pręt.[a]

[a] Ex Cod. Theodos. li. 9. ti. 14. l. 3.

Q *Visquis cum militibus vel priuatis vel barbaris scelestam inierit factionem, aut factionis ipsius susceperit sacramentum vel dederit, de nece etiam virorum illustrium qui consiliis & consistorio nostro intersunt, senatorum etiam (nam & ipsi pars corporis nostri sunt) vel cuiuslibet postremò qui nobis militat, cogitauerit (eadẽ enim seueritate voluntatem sceleris, qua effectum puniri iura voluerunt)* ipse

ipse quidem vtpote maiestatis reus, gladio feriatur, bonis eius omnibus fisco nostro addictis.

Filiis eius de misericordia reseruatur vita: sed nulla bona possunt habere vel accipere ex aliqua successione intestati vel testati. Bald.

1 ¶ *Filij verò eius quibus vitã imperatoria specialiter lenitate concedimus (paterno enim deberẽt perire supplicio, in quibus paterni, hoc est hereditarij criminis exempla metuuntur) à materna, vel auita, omnium etiã proximorum hereditate ac successione habeantur alieni, testamentis extraneorum nihil capiant, sint perpetuò egentes & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullos prorsus honores, ad nulla sacramenta perueniant: sint postremò tales, vt his perpetua egestate sordentibus, sit & mors solatium, & vita supplicium.*

Supplicans principi pro eis, punitur pœna perpetuæ infamię. Bald.

2 ¶ *Denique iubemus etiam eos notabiles esse sine venia, qui pro talibus vnquam apud nos interuenire tentauerint.*

Cum filiabus eius dispensatiue proceditur, vt possint ex bonis maternis obtinere Falcidiam Bald.

3 ¶ *Ad filias sanè eorum, quotlibet numero fuerint, Falcidiam tantum ex bonis matris, siue testata, siue intestata decesserit,*[a] *volumus peruenire, vt habeant mediocrẽ potius filiæ alimoniam, quàm integrum emolumentum*

[a] siue testato, siue intestato defecerit.

HH

ac nomen heredis. Mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse confidimus.

Post illud crimen attentatum pater non potest emancipare filium, nec aliquam alienationem facere. Bald.

¶ Emancipationes quoque quæ à prædictis siue 4
in filios, post legem duntaxat latam, siue in filias fuerint collatæ, non valeant. Dotes, donationes, quarumlibet postremò rerum alienationes, quas ex eo tẽpore qualibet fraude vel iure factas esse constiterit, quò primum memorati de ineunda factione ac societate cogitauerint, nullius statuimus esse momenti.

Donationes nuptiales in casu quo erant seruandæ liberis, applicantur fisco, in quibus filiæ etiam legitimam possunt petere. Bald.

¶ Vxores sanè prædictorum recuperata dote, si 5
in ea conditione fuerint, vt quæ à viris titulo donationis acceperunt, filiis debeant reseruare: tempore quo vsusfructus absumitur, omnia ea fisco nostro se relicturas esse cognoscant quæ iuxta legem filiis debebantur: [&] Falcidia ex his etiam rebus filiabus tantùm, non etiam filiis deputata [videatur.]

*Inclusa desunt.

¶ Id quod de prædictis eorum quæ filiis caui- 6
mus, etiam de satellitibus consciis ac ministris filiisque eorum simili seueritate censemus.

Reuelans coniurationes huiusmodi in initio, præmiatur. Bald.

¶ Sanè

7 *¶ Sanè si quis ex his in exordio initæ factionis, studio veræ laudis accensus, initam* prodiderit factionem, & præmio & honore à nobis donabitur. Is verò qui vsus fuerit factione, si vel sero* (incognita tamen adhuc) consiliorum arcana patefecerit: absolutione tantùm ac venia dignus habebitur. Dat. pridie Non. Septemb. Ancyræ, Cæsario & Attico Conss.*

*ipse pro.

*si vera.

* Constitutio Græca. *

Crimen læsæ maiestatis post mortem obiici potest: & in hoc crimine serui torquentur in caput domini. Bald.

VI. Paulus lib. singulari de publicis iudiciis.

MEminisse oportebit, si quid contra maiestatem imperatoris commissum dicatur, etiam post rei mortem id crimen instaurari solere, postea quàm diuus Marcus Drunciani vtpote senatoris, qui Cassiani furoris socius fuerat, bona post mortem fisco vindicari iussit: & nostro tẽpore multis heredibus ablata sunt. In hoc item crimine quod ad læsam maiestatem imperatoris pertinet, etiam in caput domini serui torquentur.*

*Depiciani. hãc historiã vide apud Capitolinũ & Volcatiũ Gallicanũ in Marco.

Etiam post mortem crimẽ læsæ maiestatis potest inchoari, & memoria conuinci atque damnari. Bald.

VII. Martianus lib. j. de public. iud. ad leg. Iul. Maiestatis.

POst diui Marci constitutionem hoc iure vti cœpimus, vt etiam post mortem nocentium

hoc

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

hoc crimen inchoari possit: vt conuicto mortuo memoria eius damnetur, & eius bona successori eius eripiantur. nam ex quo sceleratissimum quis consilium cepit, exinde quodammodo sua mēte punitus est. Sic & diui Seuerus & Antoninus constituerunt, ex quo quis tale crimen contraxit, neque alienare, neque manumittere eum posse: nec ei soluere iure debitorem, magnus etiam Antoninus rescripsit. In hac causa in caput domini serui torquentur, id est propter causam maiestatis. Et si decesserit quis: propter incertam personam successoris, bona obseruantur, si in causa maiestatis fuisse mortuus arguatur, vt Seuerus & Antoninus literis ad Rationales missis rescripserunt. Datum III. Nonas Mart.

* Constitutio Græca. *

"Hæc cōstitutio nihil aliud complectebatur quàm quòd duabus superioribus ll. est comprehensum.

AD LEGEM IVLIAM DE ADVLTERIIS ET STVPRO.

TIT. IX.

Vxor non potest maritum de adulterio accusare: nec vxorio iure, quia non cauetur in lege: nec iure extranei, quia mulier. Bald.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Cassiæ.

Publico iudicio non habere mulieres adulterij accusationem, quamuis de matrimonio suo violato queri velint, lex Iulia declarat: quæ cum masculis

masculis" iure mariti accusandi facultatem detulisset, non idem fœminis priuilegium detulit. PP. XIII. *Kalendas Aug. Laterano & Rufino Conss.*

"Cōqueritur D. Augu. de hac inæqualitate.

Retinens vxorem quam in adulterio inuenit, punitur vt leno: secus si non inuenit, sed habet eam suspectam. Bald.

II. Iidem AA. Cyro.

Crimen lenocinij contrahunt, qui deprehensam in adulterio vxorem in matrimonio retinuerunt, non qui suspectam adulteram habuerunt. PP. *Kalendis Iulij, Anulino & Frontone Conss.*

Serui mulieris quæ dicitur adulterium commisisse, & etiam patris eius, pro eruenda veritate sunt torquendi. Salyc.

III. Imp. ANTONINVS A. IVLIANO.

Non solùm" verba legis Iuliæ de adulteriis coercēdis, sed etiā sententia per quæstionem quoque seruorum siue ancillarum crimen admissum probare volētis, ad earum tantùm personarum seruos ei rei exhibendos pertinet, de quibus specialiter comprehendi," id est mulieris, & patris eius, non naturalis, sed iusti duntaxat, quos intra sexagesimum" diem ex dissolutione matrimonij numerandū, manumitti vel distrahi prohibet: & quorum dominis cauere præcipit, si defuncti fuerint in quæstione, vel facti deteriores, secuta absolutione. PP. XV. *K. Aug. Antonino* A. IIII. *& Balbino Coss.*

"Iunge l. prospexit ff. qui & à quib. manumiss.

"deprehēdit.

"i. duos menses post diuortium.

Marit

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Maritus per se vel filios potest impunè occidere adulterum vilem in adulterio noctis tempore deprehensum: non vilem vero occidens, in totum non liberatur, sed mitius punitur. Salyc.

IIII. Imp. ALEXANDER A. Iuliano procons. Narbo. prouinciæ.

GRacchus quem Numerius in adulterio noctu deprehensum interfecit, si eius conditionis fuit, vt per legem Iuliam impunè occidi potuerit: quod legitimè factum est, nullam pœnam meretur. Idémque filiis eius qui patri paruerunt, præstandum est. Sed si legis auctoritate cessante, inconsulto dolore adulterum interemit, quamuis homicidium perpetratum sit: tamen quia & nox & dolor iustus factum eius releuant, potest in exilium dari. PP. *sine die & consule.*

Adulter post quinquennium accusari non potest. Bald.

V. Idem A. Vadanti.

ADulter post quinquennium quàm commissum adulterium dicitur, (quod continuum numeratur) accusari non potest: eásque præscriptiones legibus reo datas auferri non oportet. PP. *Idibus Iunij Maximo* II. *& Aeliano Conss.*

Maritus potest accusare adulterum intra lx. dies vtiles: quibus elapsis admittitur in reliquum tépus ad accusandum iure extranei.

VI. Idem A. Sebastiano.

Iure

IVre mariti adulterij accusare volenti, sexaginta dies vtiles computantur: quibus in publico eius facultas fuerit, apud quem reus vel rea postulari potest. Et cum præterierint dies isti vtiles, maritus quoque iure extranei agere potest. Et qui confidit accusationi, calumniæ non tam timere non debet. nam ad probationem sceleris diui parentes mei quæstionem de mancipiis eodem modo haberi permiserunt, quasi iure mariti ageretur. PP. II. *Id. Aug. Maximo* II. *& Aeliano Conss.*

Qui tempore commissi delicti non erat maritus nec sponsus: non potest vt maritus vel sponsus accusare, licet sit maritus vel sponsus: sed ipsa puella cum auctoritate tutoris accusabit. Bald.

VII. Idem A. Heruclano.

PRopter violatam virginem adultam qui postea maritus esse cœpit, accusator iustus non est: & ideo iure mariti crimẽ exercere non potest, nisi puella violata sponsa eius fuerat. Sed si ipsa iniurias suas adsistentibus curatoribus, per quos etiam negotia eius gerenda sunt, persequatur: præses prouinciæ pro debita tanto delicto, si probetur, seueritate examinabit. PP. XII. *Kal. Iun. Maximo* II. *& Aeliano Conss.*

Eodem tempore quis non potest adulterum & adulteram accusare. Salyc.

VIII. Idem A. Domno.* *Domnæ.

Reos

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

R Eos adulterij duos simul marẽ & fœminam ex eadem causa fieri lex Iulia de pudicitia vetat: sed ordine peragi vtrosque licet. PP. Idibus Iunij, Iuliano II. & Crispino Conss.

Pœna per definitiuam imposita, est perpetua. Bald.

IX. Idem A. Proculo.

C Astitati temporum meorum cõuenit, lege Iulia de pudicitia damnatã in pœnis legitimis perseuerare. Qui autem adulterij damnatam si quocunque modo pœnam capitalem euaserit, sciens duxerit vxorem vel reduxerit: eadem lege ex causa lenocinij punietur. PP. VII. Kalendas Februar. Iuliano II. & Crispino Conss.

Dans pecuniam vt euadat ab accusatione adulterij, & accipiens pecuniam pro comperto stupro, pœna legis Iuliæ coercentur. Bald.

X. Idem A. Demetriano.

D E crimine adulterij pacisci non licet: & par delictum est accusatoris præuaricatoris, & defugientis" veritatis inquisitionem. Qui autem precium pro comperto stupro accepit, pœna legis Iuliæ de adulteriis tenetur. PP. V. Nonas Maij, Fusco & Dextro Conss.

"rei fugiẽtis, rectè emẽdare videtur Cuiac. ex l. imperatores. ff. de iure fisci. Cont.

Iure isto maritus vxorem quam retinet in matrimonio, non accusat de adulterio: secus de iure nouo. Salyc.

XI. Idem A. Naruano.

Crim

C Rimen adulterij maritum retenta in matrimonio vxore inferre non posse, nemini dubium est. PP. Kalen. Septemb. Alexandro II. & Marcello Conss.

IN AVTHENT. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero plurimas. colla. viij. consti. fin.

S E D nouo iure potest. & si accusatio vera esse ostendatur, tunc repudium mittere debet & in scriptis eam accusare debet. Si vero illatam adulterij accusationem maritus nõ probauerit, illis subiiciatur suppliciis, quæ esset passura mulier si accusatio comprobata fuisset.

Condemnatio vnius ex pluribus qui tenentur eodem crimine, non nocet alteri. Bald.

XII. Idem A. Basso.

E Tsi crimine adulterij damnatus restitutus non esset, vt proponis: si tamen soror tua, cum qua adulterium commissum dicebatur, nõ est accusata: nec pœnæ nec infamiæ subiici potuit: & multo magis cum & accusatorem vita esse functum proponas. PP. Kalend. Iun. Sabino II. & Venusto Coss.

Adultera in absentia potest recipi inter reos. Bald.

XIII. Idem A. Syluano.

A Dultera, si postea quàm crimen contra eam inchoatum est, prouinciam" excesserit, etiam absentem inter reos recipi posse, explorati iuris est. PP. Non. Mar. Attico & Prætextato Coss.

"prouincia.

In qua prouincia mulier adulterium commisit, ibi accusari debet. Sal.

XIIII. Imp. GORDIANVS A. Aquilæ.

SI durante in tuo matrimonio vxor tua esset, se adulterio polluit: in ea prouincia in qua idipsum factũ est adulterium, more solito persequi debes. Nec enim ab ea quæ iam nupta, & adulterium passa est, exordium accusationis sumi potest, si denunciatio criminis nuptias non præcessit. PP. *Non. Decemb. Gordiano* A. *& Auiola Coss.*

Occupato reipublicæ causa, non currunt tempora accusatori præfinita. Sal.

XV. Idem A. Hilarino militi.

SI quondam vxor tua, antequam crimine adulterij accusaretur, prouinciam excessit: neque absens accusari potest, neque in eam prouinciam in qua stipendium facis, transmitti iure deposcitur. Sanè cum per occupationem militarem non licuerit, accusare eam solenniter poteris. Nec enim tempus quo muneribus militaribus occuparis, vindictam tibi, quam maritali dolore percussus deposcis, debet auferre. PP. IIII. *Id. Mart. Attico & Prætextato Coss.*

IN AVTHENT. *Vt nulli iudic. §. si vero quis. col. ix. constitu. ix.*

SI vero criminis commissi occasione latuerit, aut prouinciam illam reliquerit in qua deliquit: iubemus legitimis edictis à iudice vocari

cari

cari eum: & si non audiat, illa in eum procedere, quæ nostris legibus sunt definita. Si vero cognoscatur quòd in alia prouincia degat, iubemus prouinciæ illius iudicem in qua crimen commissum est, epistola publica vti ad prouinciæ illius iudicem in qua delinquens degit. Ille vero qui publicas susceperit literas, periculo suo & officij sui comprehendet eum, & ad iudicem prouinciæ transmittet in qua peccauit, suppliciis legitimis subiiciendum.

Si vero qui publicam epistolam susceperit, hoc facere, aut officium eius imperata neglexerit: tunc & ipsum iudicem tres libras auri, & officium eius alias tres pro pœna inferre iubemus. Si autem iudex, aut aliquis officialium suorum propter lucrum eum non comprehenderit, aut comprehendens non transmiserit: qui hoc fecisse conuincatur, spolietur cingulo & exilio tradatur.

Maritus qui de adulterio accusauit, sine abolitione non potest desistere. Bald.

XVI. Impp. VALERIANVS & GALLIE. AA. Archesilao.

ABolitionem adulterij criminis postulãs: præsidem in cuius officio accusatio fuerit instituta, adire debes. Ceterum erras tu marite, existimans etiam si simpliciter, id est sine abolitione destitisses, senatusconsulto in persona tua futurũ locum nõ fuisse. diuersum enim diui principes sæpe sanxerunt. Quibus hoc amplius

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ſcias, nullam fuiſſe tibi vlterius poteſtatem inſtituendi huiuſmodi accuſationes: quia & decreto patrum, & lege Petronia[a] ei qui iure viri delatum adulterium non peregit, nunquam poſtea hoc crimen deferre permittitur. PP. XV. Kal. Iunij, Maximo & Glabrione Coſſ.

[a] cuius etiã aliud caput re referetur in l. circuncidere. ff. ad l. Corne. de ſicariis. Contius.

Qui vxorem in adulterio deprehenſam retinet, vel de adulterio damnatam reducit, lenocinij crimen committit, non qui vana indignatione libellum accuſationis ſolum porrexit. Salyc.

XVII. Iidem AA. Victorino.

Sine metu legis Iuliæ de adulterijs coërcendis reuocare vxorem in matrimonium potes: cum nihil amplius quàm libellos accuſationis obtuliſti: quia poſtea comperiſſe te affirmas, quòd vana indignatione ad accuſationem incitatus fueris. Is enim committit in pœnam quam lex certo capite denunciat, qui vel publice adulterio damnatam habet: vel adulteram ſciens, vt ignorantiam ſimulare non poſſit, retinet vxorem. PP. VI. Kalend. *Auguſt. ipſis* AA. IIII. & III. *Coſſ.*

In delictis conſideratur animus & merum factum, non iuris effectus. Saly.

XVIII. Iidem AA. & VALERIAN. C. Theodoræ.

Eum[b] *qui duas ſimul habuit vxores, ſine dubitatione comitatur infamia. In ea nanque re non iuris effectus, quo ciues noſtri matrimonia contrahere plura prohibentur: ſed animi*

[b] Pars huius l. extat l. ea quæ. ff. de dona. ante nupt.

animi deſtinatio cogitatur. Veruntamen ei qui te ficto cœlibatu, cum aliam matremfamilias in prouincia reliquiſſet, ſolicitauit ad nuptias: etiam crimen ſtupri, à quo tu remota es, quòd vxorem te eſſe credebas, ab accuſatore legitimo ſolenniter inferetur. Cæterum res tuas omnes, quas ab eo interceptas matrimonij ſimulatione deploras, reſtitui tibi omni exactionis inſtantia impetrabis à rectore prouinciæ. nam ea quidem quæ ſe tibi vt ſponſæ daturum promiſit, quomodo repetere cũ effectu potes quaſi ſpõſa? Accepta Id. Maiis Antiochiæ, Tuſco & Baſſo Coſſ.

Abſentia accuſatoris poſt liquidationem criminis, non impedit contra reum præſentem ferri ſententiam. Saly.

XIX. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. ad Pompeianum.

Qvamuis indubitati iuris ſit, quotiens adulterij crimen intenditur, præſentiam accuſatoris præcedere oportere: tamen quoniam ex literis tuis cognouimus Materiam Propoſiti Viatoris vxorem, habitis quæſtionibus, cum Iuliano quodam adulterium commiſiſſe, detectam ſub ipſa prolatione ſententiæ Viatoris ipſius præſentiam poſtulaſſe: non putauimus confecto pene iudicio,[a] *facinore etiam*[b] *agitata quæſtione conuicto, Propoſitum ab excubiis limitis reuocandum. Datum*

[a] in iudicio. [b] & iam.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

3. Non. Decembr. AA. *&* *Coss.*

Stuprum voluntarium punitur in vtroque, non violentum in patiente. Saly.

XX. Iidem AA. & CC. Didymo.

F*Oedissimam earum nequitiam, quæ pudorem suum alienis libidinibus prosternũt, non etiam earum quæ per vim stupro compressæ sunt, irreprehensa voluntate, leges vlciscuntur. quinetiam inuiolatæ existimationis esse, nec nuptias earum aliis interdici, meritò placuit.* PP. III. *Non. Octo. ipsis* IIII. *&* III. AA. *Coss.*

Marito reipublicæ causa occupato, non currunt tempora ad accusandum de adulterio vxorem. Sal.

XXI. Iidem AA. & CC. Silano.

O*B commissa adulteria, atque accusandas vxores, certa tempora,* * *quæ vtiliter computari solent, præscripta sunt. si igitur per occupationes publicas accusationem instituere non potuisti, nec ante creditum tibi munus præscripta tempora transacta sunt: post depositam solicitudinẽ qua detineris, integram accusandi potestatem habebis: ad quam cum vacare cœperis, properare debebis: nec effrenata licentia ad terrendam aduersariam futuræ accusationis speciem prætendas.* PP. XIIII. *Kalend. Nouemb. ipsis* IIII. *&* III. AA. *Coss.*

* recte. al. temporũ, nõ recte.

Stuprum punibile non committitur cum meretrice.

XXII.

XXII. Iidem AVGVSTI & CAESARES Oblimosi.

S*I ea quæ stupro tibi cognita est, & passim venalem formam exhibuit, ac prostitutã* * *meritricio more vulgo se præbuit: adulterij crimen in ea cessat.* PP. XII. *Kalend. Nouemb. ipsis* IIII. *&* III. AA. *Coss.*

* prostituta.

Matrimonium quod non est, violari non potest. Bald.

XXIII. Iidem AA. & CC. Proculo.

S*Erui ob violatum contubernium [suum] adulterij crimine accusari non possunt. Is autem qui post dissociatum matrimonium vxorem licito iure duxit, obq; intentatæ accusationis ac potentis patrocinij metum, ei qui accusationem instituerat, aurum & argentum dedit: ad recipiendum id, vlciscendámque turpis lucri cupiditatem, adire præsidem potest: qui examinatis partium allegationibus, & inquisita fide veri, si quidem id* * *ab eo qui innocens est, ob illius criminis timorem datum esse cognouerit: quemadmodum sententiam formare debeat, ex euidentibus iuris placitis instruetur. Sin vero constiterit corrupti matrimonij velut mercedem ad captandam impunitatem solutam pecuniam esse: eum qui etiam aduersus senatusconsulti censuram cum fœdissimo flagitio accepit, puniri iubebis.* PP. *Kalẽ. Nouembr. ipsis* IIII. *&* III. AA. *Coss.*

* id quod ab eo in omnibus manuscr.

II 4

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Exceptio nullitatis matrimonij, excludit actum ab accusatione adulterij. Bald.

XXIIII. Iidem AVGVSTI & CAESARES Dionysio.

SI eius à quo nunc adulterij rea postularis, contra iuris formam contubernio hæsisti, innumeris auctoritatibus te tueri potes.

Damnatus de libidine commissa cum ancilla, non efficitur infamis. Bald.

XXV. Iidem AVGVSTI & CAESARES Sossiano.

ETsi libidine intemperatæ cupiditatis ex actorum lectione exarsisse te cognitũ est: tamen cum ancillas compreßisse, & non liberas stuprasse detectum sit: ex eiusmodi sententia grauatam potius opinionem tuam, quàm infamia adflictam esse manifestum est. PP. *V. Idus Martij, Tiberiano & Dione Coss.*

Replicatio vel exceptio præiudicialis antea discutitur: & ea reprobata, super crimine proceditur. Salyc.

XXVI. Iidem AA. & CC. Crispino.

QVoniam Alexandrum, qui in crimen vocatur, etiam præscriptionem esse pollicitum eo nomine quòd accusator vxorem post deprehensum adulterium penes se habuisse videatur, & de statu suo agere nunc velle perspeximus: ita ordo quæstionis dirimendus videtur, vt in primis quidem de statu Alexandri quæratur: ita vt si liberũ eum esse adhibita

bita

bita audientia deprehenderis, præscriptionis ei obiiciendæ facias potestatem. Sin vero eundem esse seruum cognoueris, remotis præscriptionis impedimentis, in adulterum crimen protinus debebis inquirere: ac si eum detectum in eo flagitio esse perspexeris, pœnã decernere quam in adulterij crimen legum sanctio statuit. Dat. V. Kalend. Septemb. AA. *Conss.*

Nuptię postea cum adultero factæ, non extinguunt crimen adulterij. Saly.

XXVII. Iidem AVGVSTI & CC. Phœbo.

COmmissum antea adulterium cũ eo qui se postea nuptiis sociauit, velamento matrimonij non extinguitur. PP. XVIII. *Kalen. Ianuar.* CC. *Coss.*

Accusationem adulterij repellit exceptio temporis, lenocinij, & ordinis. Sal.

XXVIII. Iidem AA. & CC. Concordio procons. Numidiæ.

ITa nobis cordi pudor est, vt remoueamus prisci iuris ambages, & constituamus in adulterij quæstione, abolitis de medio cæteris præscriptionibus, præter quinquennij temporis, & lenocinij quod marito obiicitur, exceptionẽ illam etiam quæ post solutum prius matrimonium ante denuntiationem nuptæ competit, fidem criminis nosci. Indignum est enim, vt vltionem pudoris præstigia versuti iuris excludãt. PP. *Kalend. Iun. Tusco & Anulino Conss.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Adulterium commissum cum domina cauponæ est punibile: sed non commissum cum famula, quæ propter sui vilitatem legum laqueis non innodatur. Bald.

XXIX. Imp. CONSTANTINVS A. Aphricano.*

*Ex Cod. Theo. li. 9. titu. 7. l. 1.

Qvæ adulterium commisit, vtrum domina cauponæ, an ministra fuerit, requiri debebit, & ita obsequio famulata seruili, vt plerunque ipsa intemperantiæ vina præbuerit: vt si domina tabernæ fuerit, non sit à vinculis iuris excepta. Si vero potantibus ministerium præbuerit: pro vilitate eius quæ in reatum deducitur, accusatione exclusa, liberi qui accusantur, abscedant: cum ab his fœminis pudicitiæ ratio requiratur, quæ iuris nexibus detinentur, & matrisfamilias nomen obtinent. Hæ autem immunes à iudiciaria seueritate & stupri & adulterij præstentur, quas vitæ vilitas dignas legum obseruatione nō credidit. Suprascripta Data III. Non. Feb. Heracliæ, Constantino A. VII. & Constantio C. Conss.

Non omnibus permittitur accusatio adulterij pariter & æquè, sed primo coniunctis necessariisq; personis Bal.

XXX. Idem A. ad Euagrium.*

*Ex Cod. Theo. eo. tit. l. 2.

Qvamuis adulterij crimen inter publica referatur, quorum delatio in commune omnibus sine aliqua legis interpretatione conceditur: tamen ne volentibus teme-

re li

*re liceat fœdare connubia, proximis necessariisque personis solummodo placet deferri copiam accusandi: hoc est patri, fratri, necnon patruo, & auunculo, quos verus dolor ad accusationem impellit. Sed etiam his personis legem imponimus, vt crimen abolitione (si voluerint) compescant. In primis maritum genialis tori vindicem esse oportet: cui quidem & ex suspicione ream coniugem facere licet: vel eam, si tantum suspicatur, penes se retinere *non prohibetur: nec inscriptionis vinculo contineri, cum iure mariti accusaret, veteres retro principes annuerunt. Extraneos autem procul arceri ab accusatione censemus. nam etsi omne genus accusationis necessitas inscriptionis adstringat, nonnulli tamen proteruè id faciunt, & falsis contumeliis matrimonia deformant. [Sacrileges autem nuptiarum gladio puniri oportet.] PP. Nicomediæ VII. Kal. Maij Constantino A. VII. & Constantio Cæs. [IIII.] Conss.*

*detinere.

*Inclus. desunt in Cod. Th.

IN AVTHENT. *vt nulli iudi. §. si vero quando. colla. ix. constit. ix.*

*SED hodie adultera verberata in monasterium *mittatur: quam intra biennium viro recipere licet. Biennio transacto, vel viro, priusquam reduceret ream, mortuo: adultera tonsa monastico habitu suscepto, ibi dum vixit, permaneat: duabus partibus propriæ substantiæ*

*Concor. glos. 1. in c. tuæ fraternitatis. extra, de procu.

stantiæ

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

stantiæ liberis, si habet, applicandis: tertia monasterio. Sed si liberos non habet, parentibus extantibus, huiusmodi iniquitati non consentientibus, tertia pars applicabitur: duæ monasterio. Quibus prædictis non extantibus, omnis eius substantia monasterio quæretur: pactis dotalium instrumentorum in omni casu viro seruandis.

IN AVTHENT. *Vt lic. ma. & auiæ. §. hui quoque. col. viij. consti. fina.*

SI quis ei quem suspectum habet de sua vxore, ter in scriptis denunciauerit sub præsentia trium testium fide dignorum, & post inuenerit eum conuenientem vxori suæ[a] in domo sua vel vxoris, vel adulteri, vel in popinis, aut in suburbanis: sine periculo eum perimat. Si alibi inueniat, tribus testibus conuocatis tradat eum iudici: qui nulla alia ratione quæsita habet puniendi licentiam. Si tamen in sacro oratorio colloqui inueniantur post tres, vt dictum est, denunciationes: liceat marito vtrasque personas defensori ecclesiæ tradere, aut aliis clericis: vt ad eorum periculum diuisim isti seruentur, donec iudex cognoscens hoc, mittat episcopo ciuitatis, quatenus ei isti tradantur, vt debeant subire tormentum, vt nuncietur per eum ad præsidem prouinciæ, qui secundum leges pœnam imponat legitimam.

[a] legendũ fortè, conueniétem vxorem suam.

Pro

Pro peccato contra naturam, imponitur pœna mortis. Salyc.

XXXI. Impp. CONSTANTIVS & CONSTANS AA. ad populum.[a]

CVm vir nubit in fœminam viris porrecturam, quid cupiatur, vbi sexus perdidit locum? vbi scelus est id quod non proficit scire? vbi venus mutatur in alteram formam? vbi amor quæritur, nec videtur? iubemus insurgere leges, armari iura gladio vltore, vt exquisitis pœnis subdantur infames qui sunt vel qui futuri sunt rei. PP. Romæ, XVII. Kal. Ian. Constantino VIII. & Constantio Cæs. IIII. Coss.

[a] Ex Cod. Th. eo. ti. l. 3. Cont.

Pro veritate eruenda tota familia est torquenda in adulterij quæstione. Saly.

XXXII. Impppp. GRATIA. VALENTI. THEODO. & ARCA. AAAA. Cynegio præfecto prætorio.[a]

IN adulterij[b] quæstione ab omni familia nõ solum mariti, sed etiam vxoris (quæ tamen tunc temporis domi fuerit, quo adulterium dicatur admissum) quærendum est sine defensione cuiusquam. Data III. Id. Decemb. Constantinop. Arcadio A. I. & Bautone Conss.

[a] Ex Cod. Th. eo. ti. l. 4.
[b] l. vlt. ĵ. ad l. Cor. de sicar.

Quæstio repetitionis dotis vel alterius debiti, non potest obiici ad retractãdum accusationem adulterij. Salyc.

XXXIII. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONORIVS AAA. Rufino præfecto prætorio.[a]

ADulterij accusatione proposita, præscriptiones ciuiles quibus aut dos repeti fingitur,

[a] Ex Cod. Th. eo. ti. l. 7.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

gitur, aut ex ratione aliqua debitum flagitatur, quæ occurrere atque perstrepere examini consueuerunt,[a] iussimus sequestrari, nec earum obice aliquid negotio tarditatis afferri: sed accusatione fundata, hoc est cum constiterit quo iure, id est mariti, an extranei, quóve tempore accusatio fuerit intromissa: discutiatur crimen, facti qualitas publicetur: cum & iurgia quæ magnitudine superantur, & ciuilis actio criminali iure postponatur. Idem tamen cum competere cœperit, habitura momenti: dummodo non obsit huic examini. Dat. VII. Idus Decembr. Constantinop. Arcadio A. II. & Rufino Conss.

[a] al. cõsuerũt: in plerisque manuscr.

Si is qui repulit accusationem adulterij, quia coniunctus mulieri, reperitur postea vxorem illam ducere, puniendus est tanquam confessus. Salyc.

XXXIIII. Iidem AAA. Rufino præfecto prætorio.[a]

SI qui adulterij fuerint accusati, & obtentu proximitatis intentata depulerint, per commemorationem necessitudinis crimini fidem derogando, dum existimatur non debere credi quod allegatur, vel non potuisse committi: hi si postmodum in nuptias suas consortiúmque conuenerint, facinus illud in quo fuerint accusati, manifesta fide atque indiciis euidentibus publicabunt. Vnde si qui eiusmodi reperti fuerint, iussimus in eosdem seuerissime vindicari, & veluti

[a] Ex Cod. Theo. ti. 1.8.

veluti conuictum facinus confessúmque puniri. Dat. II. Non. Decemb. Constantinop. Theodosio A. III. & Abundantio Coss.

Sequens diuortium non prodest mulieri, quo minus à marito quondam possit accusari. Bald.

XXXV. Impp. HONORIVS & THEODO. AA. Palladio præfecto prætorio.

SI mulier[a] repudij oblatione sine vlla legitima causa à se dati discesserit: ne viduitatem stupri procacitate commaculet, accusationem repudiato marito iure deferimus. Dat. XII. Kalend. Mart. Rauennæ, Eustachio & Agricola Coss.

[a] C. Th. 3. 16. 22.

Etiam mortua adultera, serui adulteræ intra duos menses manumitti non possunt: quia durat post mortem quæstio adulterij propter dotem. Bald.

XXXVI. Imp. IVSTINIANVS A. Ioanni præfecto prætorio.

LIbertatem seruorum qui ad dominium pertinent vxoris vel mariti, vel parẽtum eorum: repudio misso, propter suspicionem criminis adulterij, legum conditores intra duorum mensium spacium post missionem repudij numerandum suspendi definiunt, propter tormentorum quæstionem (si opus exegerit) eis imponendam. Sin verò vxor [sua] matrimonio sub præfato modo dissoluto, rebus humanis exempta fuerit: nihil de tempore quousq; seruos eos propter memoratam causam permanere deceat, adiie

adiiciunt. Nobis verò necessarium esse videtur, certum tempus etiam in hoc casu statuere propter dotis quæstionem, vtrum in lucro marito cedat, an heredibus mulieris restituatur. Sancimus itaque duos [etiam ^a] menses post mortem mulieris seruari, vt intra eos antè dicti serui permaneāt, & facultatem maritus habeat probationes adulterij per eos præstare. Transacto verò memorato tempore, licentiam habere heredem mulieris libertatem eis imponere: nisi per culpam eius maritus prohibitus fuerit causam adulterij, tempore videlicet imminente ^a exercere. Data V. Kalend. Nouembr. Constantinop. post consulatum Lampadij & Orestis VV. CC. anno secundo.

^a deest.

^a imminés in omni. vet.

SI QVIS EAM CVIVS TVTOR FVERIT, CORRVPERIT.

TITVL. X.

Si tutor quondam committit stuprum cum adulta, debet deportari, bonis omnibus cõfiscatis. Bald.

1. Imp. CONSTANTINVS A. ad Bassum vicar. Italiæ.

SI tutor pupillam ^a quondā suam violata castitate stuprauerit, deportationi subiugetur, atque vniuersæ eius facultates fisci iuribus vindicentur, quāuis eam pœnam debuerit sustinere, quam raptori leges imponunt. D. Prid. Non. April. Aquil. Constantino A. VII. & Constantio C. Coss.

^a Ex Cod. Th. lib 9. ti. 8. l. 1.

DE MVLIERIBVS QVÆ SE PROPRIIS SERVIS IVNXERVNT.

TITVL. XI.

Seruus qui concubuit cum domina, debet comburi, & domina decapitari. Bald.

1. Imp. CONSTANTINVS A. ad populum.

SI qua ^a cum seruo [suo ^b] occultè rem habere detegitur, capitali sententiæ subiugetur, tradendo ignibus verberone. Sítq; omnibus facultas crimen publicum arguendi, sit officio copia nunciandi, sit etiam seruo licentia deferendi, cui probato crimine libertas dabitur. Filij etiam quos ex hac coniunctione habuerit, exuti omnibus dignitatis insignibus, in nuda maneant libertate, neq; per se, neque per interpositam personam quolibet titulo voluntatis accepturi aliquid ex facultatibus mulieris. Successio autem mulieris ab intestato, vel filiis, si erunt legitimi, vel proximis cognatísque deferatur, vel ei quem ratio iuris admittit. Id autem & quod ille qui condemnatus ^c est, & quod ex eo suscepti filij quo-

^a Ex Cod. Th. lib. 9. tit. 9. l. 1.
^b deest.

^c In C. Th. legitur, admittit, ita vt & quod ille qui quondam amatus.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

libet casu in sua videantur habuisse substãtia, mulieris dominio sociatum: à memoratis successoribus vindicetur. Dat. IIII. *Kal. Iun. Serdicæ, Constantino* A. VII. *& Constantio* C. *Coss.*

AD LEGEM IVLIAM DE VI PVBLICA, VEL PRIVATA.

TITVL. XII.

Ob debitum viri, res vxoris capi non possunt: & capiens, vim committit. Bald.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Pelitiæ.

OB debitum viri, vel ciuile munus, res vxoris qui pignori capiũt, vim contrahere videntur. Dat. Kalen. Iuliis, Romæ, Antonino A. II. *& Geta* II. *Coss.*

Fiscus ex debito succedens pro parte, creditoribus confiscati pro rata tenetur. Sal.

II. Imp. ANTONINVS A. Vero.

TVtoris tui lege Iulia de vi priuata damnati, si tertia pars bonorum fisco vindicata est, tutelæ actionem pro ea portione aduersus fiscum dirige: modò si nulla præscriptio locum habeat. Nã successio pro oneribus portionis suæ respondet. PP. XV. *Kal Mar. Antonino* A. IIII. *& Balbino Coss.*

De raptu sponsæ & filij inclusione potest agi lege Iulia de vi publica, vel priuata. Sal.

III.

III. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Bianori.

SI confidis sponsam filij tui raptam esse, vel filium tuum inclusum: instituere solenni more legis Iuliæ de vi accusationem apud præsidem prouinciæ non prohiberis. PP. VIII. *Kal. Maij, Veronæ,* AA. *Coss.*

Ex delicto serui criminaliter accusatur ipse seruus, non dominus. Bald.

IIII. Iidem AA. & CC. Liberatio.

SI criminis accusationem propter res à seruo raptas intentandam putaueris, non contra dominum, sed contra eum quem facinus commisisse proponis, hanc instituere debes. Sed quoniam à Fiscinulo etiã te verberibus adflictum adseueras: si hominibus coactis hoc fecerit, de hoc etiam, si legis Iuliæ de vi priuata reum deferendum putaueris, apud præsidem prouinciæ age, non ignarum quemadmodum criminibus probatis res vindicari debeat. S. XVII. *Kalen. Iul. Sirmij,* AA. *Coss.*

Titulus crediti non excusat ingredientem vi. Bald.

V. Iidem AA. & CC. Oploni.

IN possessionem fundi licet creditor per vim ingrediatur, Iuliæ legis vis priuatæ reus deferri potest. S. VI. *Id. Decembr. Nicomediæ,* CC. *Coss.*

Accedens ad rem ab alio possessam causa expellendi illum de possessione, si ea occasione homicidium interuenit, est ad mortem

KK 2

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

condemnandus, & appellare non potest. Bal.

VI. Imp. CONSTANTINVS A. ad Catulinum proconsulem Africæ.

* Co. Th. li. 9. ti. 10. l. 1. sed paulò aliter. Cont.

QVoniam * multa facinora sub vno violentiæ nomine continentur, cum aliis vim inferre certantibus, aliis cum indignatione resistentibus, verbera cædésque crebrò deteguntur admissæ: placuit, si fortè quis vel ex possidentis parte, vel ex eius qui possessionem temerare tentauerit, interemptus sit: in eum supplicium exerceri, qui vim facere tentauerit, & alterutri parti causam malorum præbuerit: & non iam relegatione, aut deportatione insulæ plectatur, sed supplicium capitale excipiat, nec interposita prouocatione sententiam quæ in eum fuerit dicta, suspendat. Data XV. Kal. Maij, Serdicæ, Gallicano & Basso Coss.

Expulsus contra expulsorem potest tam ciuiliter agere, quàm criminaliter accusare: in criminali legitimè se subscribendo. Bald.

VII. Idem A. ad Bassum P. V.*

* C. Th. 9. 10. 3.

SI quis ad se fundum vel quodcunq; aliud asserit pertinere, ac restitutionem sibi competere possessionis putat: aut ciuiliter super possidendo agat, aut impleta solennitate iuris, crimen violentiæ opponat: non ignarus eam se sententiam subiturum, si crimen obiectum non potuerit comprobare, quam reus debet excipere. Quòd si omissa interpellatione vim possi-

denti intulerit, ante omnia violentiæ causam examinari præcipimus, & in ea requiri, quis ad quem peruenerit * possidentem: vt ei quem constiterit expulsum, amissæ possessionis iura reparentur: eadémque protinus restituta, si criminalis quæstio agitetur, violentus pœnæ non immerito destinatus in totius litis terminum differatur: vt agitato negotio principali si contra eum fuerit iudicatum, in insulam deportetur, bonis omnibus abrogatis. Propos. prid. Non. Octobr. Romæ, Constantino A. V. & Licinio Coss.

* al. venerit. in omnibus.

Seruus qui proprio motu vim intulit, debet mori: si hortatu vel iussu domini, pœna mitigatur: & ideo damnatur in metallum. Bal.

VIII. Imppp. VALENTINIANVS, THEODOSIVS & ARCADIVS AAA. ad Albinum præfect. vr.*

*Cod. Th. ibi. l. 4.

SEruos qui fecisse violentiam confessionibus testium aut propriis docebuntur, si id inscio domino commiserint: postremo supplicio deditos luere perpetrata censemus. Quòd si illi metu atque exhortatione dominorum violentiam admiserint, palam est secundum legem Iuliam dominum infamem pronunciatum, loci ac originis propriæ dignitate non vti: seruos verò, quos furoribus talibus paruisse constiterit, metallo post sententiam dedi. Viles

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

autem, infaméſque perſonæ, & hi qui bis aut ſæpius violentiam perpetraſſe conuincentur, constitutionum diualium pœna teneantur. Iudicem verò noſſe oportet, quòd graui infamia ſit notandus, ſi violentiæ crimen apud ſe probatum diſtulerit, ſeu omiſerit, vel impunitate donauerit, aut molliorem quàm præſtituimus pœnam protulerit. Dat. Prid. Non. Mart. Med. Valentiniano A. IIII. *& Neoterio Coſſ.*

Par crimen eſt rapere,& rapinam ſcienter receptare. Bald.

IX. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS AA. Aurelio P.P.

CRimen non diſsimile eſt rapere, & ei qui rapuit, raptam rem ſcientem delictum ſeruare. Dat. III. *Non. Mart. Honorio* IX. *& Theodoſio* VI. AA. *Coſſ.*

Malandrinos & homines malæ conditionis quis non debet retinere,nec receptare:aliàs punitur. Bald.

X. Impp. LEO & ANTHEMIVS AA. Nicoſtrato præfecto prætorio.

OMnibus per ciuitates & agros habendi Buccellarios, vel Iſauros,[a] *armatóſque ſeruos licentiam volumus eſſe præcluſam. Quòd ſi quis præter hæc quæ noſtra manſuetudo ſalubriter ordinauit, armata mancipia, ſeu Buccellarios aut Iſauros in ſuis prædiis, aut iuxta ſe habere tentauerit, poſt exactam centum librarum auri condemnationem, vindictam in eos ſeueriſsimam proferri ſancimus. Viri quoque clariſsimi prouinciarum rectores in ſpeculis eſſe debebunt, ne quis audeat hæc ſtatuta noſtræ manſuetudinis in aliquo violare: ſcientes quòd ex diſsimulatione, dignitatis & adminiſtrationis cingulo priuabuntur, & poſt centum librarum auri multam, ſalutis vitæq; ſuæ periculũ ſuſtinebunt: primatibus videlicet apparitionis ſuæ perſonis præter amiſſionem fortunarum ſuarum capitali quoque ſupplicio feriendis. Dat. V. Kalend. Septembr. Anthemio* A. II. *Coſ.*

[a] De Iſauris latronibus ſeu paſtorib. eorúmq; graſſandi conſuetudine vide Ammianum Marcellinum latiſſimè diſputantẽ. Cont.

DE RAPTV VIRGINVM, SEV VIDVARVM, NEC non ſanctimonialium.

TIT. XIII.

Pro raptu mulieris honeſtæ imponitur pœna amiſſionis capitis. Et deprehenſus in flagranti crimine,id eſt in inſtãti,poteſt à coniunctis perſonis, & tutoribus & curatoribus mulieris occidi impune,& fugiens vbicunque comprehendi poteſt. Bald.

I. Imp. IVSTINIANVS A. Hermogeni magiſtro officiorum.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

a ad verbũ eadẽ cum l. raptores §. de epis. & cler.

RAptores virginũ[a] honestarum, vel ingenuarum, siue iam desponsatæ fuerint, siue non, vel quarumlibet viduarum fœminarum, licet libertinæ vel seruæ alienæ sint, pessima criminum peccantes, capitis supplicio plectendos decernimus: & maximè si Deo fuerint virgines vel viduæ dedicatæ: quod nõ solùm ad iniuriã hominum, sed etiam ad ipsius omnipotentis Dei irreuerentiam committitur: maximè cùm virginitas vel castitas corrupta restitui non possit. Et meritò mortis damnantur supplicio: cùm nec ab homicidij crimine huiusmodi raptores sint vacui. Ne igitur sine vindicta talis crescat insania, sancimus per hanc generalem constitutionem, vt hi qui huiusmodi crimen commiserint, & qui eis auxilium inuasionis tempore præbuerint: vbi inuenti fuerint in ipsa rapina, & adhuc flagranti crimine comprehensi, & à parentibus virginum, vel ingenuarum, vel viduarum, vel quarumlibet fœminarum, aut earum consanguineis, aut à tutoribus vel curatoribus, vel patronis, vel dominis, conuicti interficiantur. Quæ multo magis contra eos obtinere sancimus, qui nuptas mulieres ausi sunt rapere: quia duplici tenẽtur crimine, tam adulterij [scilicet][b] quàm rapinæ: & oportet acerbius adulterij crimen ex hac adiectione puniri. Quibus connumeramus

b deest.

mus etiam eum qui saltem sponsam suam per vim rapere ausus fuerit. Sin autem post commissum tam detestabile crimen, aut potentatu raptor se defendere, aut fuga euadere potuerit: in hac quidem regia vrbe tam viri excelsi præfecti prætorio, quàm vir gloriosissimus præfectus vrbi: in prouinciis autem tam viri eminentissimi præfecti prætorio per Illyricum & Africam, quàm magistri militum per diuersas nostri orbis regiones, necnon vir spectabilis præfectus Aegypti, & comes Orientis, & vicarij, & proconsules, & nihilo minus omnes viri spectabiles & duces, & viri clarissimi rectores prouinciarum, necnon alij cuiuslibet ordinis iudices qui in illis locis inuenti fuerint, simile studium cum magna solicitudine adhibeant, vt eos possint comprehẽdere, & comprehensos in tali crimine, post legitimas & iuri cognitas probationes sine fori præscriptione durissimis pœnis afficiant: & mortis condemnent supplicio. Quibus & si appellare voluerint, nullam damus licentiam, secundum antiquæ Constantinianæ[c] legis definitionem. c l.j. C.T. eod tit.

2 ¶ Et si quidem ancillæ vel libertinæ sint quæ rapinam passæ sunt, raptores tantummodo supradicta pœna plectentur: substantiis eorum nullam deminutionem passuris. Sin autem in ingenuam personam tale facinus perpetretur, etiam omnes res mobiles, seu etiam immobi-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

les & se mouentes, tam raptorum, quàm eorum [sodalium[a] comitum, vel sequentium] qui eis auxilium præbuerint, ad dominium raptarum mulierum liberarum transferantur, prouidentia iudicum, & cura parentum earum, vel maritorum, vel tutorum, seu curatorum. Et si non nuptæ mulieres alij cuilibet præter raptorem legitime coniungentur, in dotem mulierum liberarum easdem res, vel quantas ex his voluerint, procedere: siue maritum, nolentes accipere, in sua pudicitia manere voluerint, pleno dominio eis sancimus applicari: nemine iudice, vel alia quacunque persona hoc audente cõtemnere. Nec sit facultas raptæ virgini vel viduæ, vel cuilibet mulieri, raptorem suum sibi maritum exposcere, sed cui parentes voluerint (excepto raptore) eam legitimo copulent matrimonio: quoniam nullo modo, nulloque tempore datur à nostra serenitate licentia eis consentire, qui hostili more in nostra republica matrimonia student sibi coniungere. Oportet etenim vt quicunque vxorem ducere voluerit, siue ingenuam, siue libertinam: secundum nostras leges & antiquam consuetudinem, parentes, vel alios quos decet petat, vt[a] cum eorum voluntate fiat legitimum coniugium. ¶ Pœnas autem quas prædiximus, id 2
est mortis, & bonorum amißionis, non tantùm aduersus raptores, sed etiam contra eos qui

[a] Inclusa desunt in manuscr.

[a] & cum. in omnibus.

qui hos comitati in ipsa inuasione & rapina fuerint, constituimus: cæteros autem omnes qui conscij & ministri huiusmodi criminis reperti & conuicti fuerint, vel qui eos susceperint, vel quicunque opem eis tulerint, siue masculi, siue fœminæ sint, cuiuscunque conditionis vel gradus vel dignitatis, pœnæ tantummodo capitali subiicimus: vt huic pœnæ omnes subiaceant, siue volentibus siue nolentibus virginibus siue aliis mulieribus tale facinus fuerit perpetratum. Si enim ipsi raptores metu vel atrocitate pœnæ ab huiusmodi facinore se tẽperauerint, nulli mulieri siue volẽti, siue nolẽti peccandi locus relinquetur: quia hoc ipsum velle mulierũ ab insidiis nequißimi hominis, qui meditatur rapinam, inducitur. Nisi etenim eam solicitauerit, nisi odiosis artibus circumuenerit, non faciet eam velle in tantum dedecus sese prodere: parentibus (quorum maximè vindictæ intererat) si patientiam præbuerint, ac dolorem remiserint, deportatione
3 plectendis. ¶ Sed & si quis inter hæc ministeria seruilis conditionis fuerit comprehensus,[a] citra sexus discretionem eum concremari iubemus: cum hoc etiam Constantiniana[a] lege rectè fuerit prospectum: omnibus legis Iuliæ capitulis quæ de raptu virginum, vel viduarum, siue sanctimonialium, siue antiquis legum libris, siue in sacris constitutionibus posita sunt, decet

[a] deprehẽsus. in omnibus manuscrip.

[a] l.j. C. T. eod. tit.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

decætero abolitis: vt hæc tantummodo lex in hoc capite pro omnibus sufficiat, quam de sanctimonialibus etiam virginibus & viduis locum habere sancimus. Datum XV. Kalendas Decembr. Constantinopoli, DN. Iustiniano A. PP. II. Coss.

DE EMENDATIONE SERVORVM.

TIT. XIIII.

Dominus seruum potest castigare, sed non dolo malo occidere. Bald.

1. Imp. CONSTANTINVS A. ad Bassum.*

* c.T.li.9. tit 12.l.1. Contius.

SI virgis aut loris dominus seruum afflixerit, aut custodiæ causa in vincula cõiecerit: dierum distinctione siue interpretatione depulsa, nullum criminis metũ seruo mortuo sustineat. Nec verò immoderatè suo iure vtatur: sed tũc reus homicidij sit, si voluntate eũ ictu fustis aut lapidis occiderit: vel certè telo vsus, lethale vulnus inflixerit, aut suspendi laqueo præceperit, vel iußione tetra præcipitandum esse mandauerit, aut veneni virus infuderit, vel dilaniauerit pœnis publicis corpus, ferarum vnguibus latera persecando, vel exurendo oblatis ignibus membra, aut tabescentes artus atro sanguine permixta sanie defluentes, propè in ipsis adegerit

cruc

cruciatibus vitam relinquere sæuitia immanium barbarorum. Dat. v. Idus Maij, Romæ, Constantino A. & Licinio Coss.

DE EMENDATIONE PROPINQVORVM.

TIT. XV.

Propinquis senioribus licet corrigere minores errantes, nisi facti atrocitas exigat iudicium vltionis iudiciariæ. Bald.

1. Impp. VALENTINIANVS & VALENS AA. ad Senatum.*

* c.T.li 9. tit.13.l.1.

IN corrigendis minoribus pro qualitate delicti senioribus propinquis tribuimus potestatem: vt quos ad vitæ decora, domesticæ laudis exempla non prouocant, saltem correctionis medicina compellat: neq; nos in puniendis minorũ vitiis potestatem in immensum extendi volumus, sed iure patrio auctoritas corrigat propinqui iuuenis erratum, & priuata animaduersione compescat. Quòd si atrocitas facti ius domesticæ emendationis excedat, placet enormis delicti reos dedi iudicum notioni. Dat. Prid. Kal. April. Valentiniano & Valente AA. Coss.

AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS.

TIT. XVI.

Prob

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Probans non animo occidendi se percussisse, non punitur pœna homicidij sed minori. Bald.

I. Imp. ANTONINVS A. Herculiano & aliis militibus.

Frater vester rectius fecerit, si se præsidi prouinciæ obtulerit. Qui si probauerit non occidendi animo hominem a se percussum esse: remissa homicidij pœna, secundum disciplinam militarem sententiam proferet. crimen enim contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat. Cæterum ea quæ ex improuiso casu potius quàm fraude accidunt, fato plerunque non noxæ imputantur. PP. II. *Kalend. Febr. Læto* II. *& Cereale Coss.*

II. Imp. GORDIANVS A. Quintiano.

IS qui aggressorem vel quemcunque alium in dubio vitæ discrimine constitutus occiderit, nullam ob id factum calumniam metuere debet. PP. III. *Nonas April. Ariano & Pappo Coss.*

Potest quis gladio propriam salutem defendere, & repellere aggressorem.

III. Idem A. Quintiano.

SI quis percussorem ad se venientem, gladio repulerit: nō vt homicida tenetur: quia defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur.

Licet occidere latronem telo resistentem. Bald.

IIII.

IIII. Imperator GALLIENVS A. Monatio.

SI (vt allegas) latrocinantem peremisti: dubium non est, eum qui inferendæ cædis voluntate præcesserat, iure cæsum videri. PP. XIII. *Kalend. Febr. Valerio & Lucillo Coss.*

Non presumitur quòd ille qui cum calce solo percussit, percusserit animo occidendi, si ipse hoc allegat. Bald.

V. Exemplum sacrarum liter. DIOCLET. & MAXIMIA. A A. & CC. Agatho.*

EVm qui adseuerat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito fecisse, cum calcis ictu mortis occasio præbita videatur: si hoc ita est, neque super hoc ambigi poterit, omni metu ac suspicione quam ex admissæ rei discrimine sustinet, secundum id quod adnotatione nostra comprehensum est, volumus liberari. Data VII. *Kalend. Decembr. Sirmij, ipsis* AA. IIII. *&* III. *Coss.*

*Agathodię. al. Agathodi. al. Agatholio.

Adultus homicida tenetur pœna legis Corneliæ de sicariis. Bald.

VI. Iidem AA. & CC. ad Agotium.

SI quis te reum legis Corneliæ de sicariis fecerit: innocentia purgari crimen, non adulta ætate defendi conuenit. S. XI. Kalend. Nouembr. Romæ, CC. *Coss.*

Insultus cum telo factus animo occidendi, punitur pœna homicidij. Bald.

VII.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

VII. Iidem AA. & CC. Philisco.

IS qui cum telo ambulauerit hominis necandi causa, sicut is qui hominem occiderit, vel cuius dolo malo factum erit commissum: legis Corneliæ de sicariis pœna coërcetur. S. VII. Kalend. Ian. Nicomediæ, CC. Coss.

Aggrediens infantem causa occidendi, punitur vt homicida. Bald.

VIII. Imppp. VALENT. VALENS & GRATI. AAA. ad Probum P P.*

*C.T. li. 9. tit. 14. l. 1.

SI quis necandi infantis piaculum aggressus aggressáve sit: sciat se capitali supplicio esse puniendum. PP. VII. Id. Febr. Romæ, Gratiano A. III. & Equitio Coss.

Ad probandum quòd vir vxorem voluit occidere, vel econtra: serui veriusque sunt torquendi. Salyc.

IX. Impppp. GRAT. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAAA. Cynegio P P.*

*C.T. 9. ti. 7. l. 4. §. idé volumus.

SI fortè mulier marito mortis parasse insidias, vel quouis alio genere voluntatem occidendi habuisse inueniatur, vel si fortè maritus eodem modo insectetur vxorem: in eadem quæstione ab omni familia non solũ mariti, sed etiam vxoris suæ (quæ tamen tunc tẽporis domi fuerit) quærendum est sine cuiusquam defensione. Datum Id. Decemb. Arcadio A. I. & Bautone Coss.

DE HIS QVI PARENTES VEL LIBEROS OCCIDERVNT.

TITVLVS XVII.

Parricida & similes debent insui in culeo, vbi sit canis, gallus, vipera, & simia: & proiici debent in flumen. Bald.

I. Imp. CONSTANTIN. A. ad Verinum vicarium Africæ.*

*Co. The. 9. 15. 1.

SI quis parentis, aut filij, aut omnino adfectionis* eius quæ nuncupatione parricidij continetur, fata properauerit:* siue clam, siue palam id enisus fuerit, pœna parricidij puniatur: & neque gladio, neque ignibus, neque vlli alij solenni pœnæ subiugetur, sed insutus culeo cum cane & gallo gallinaceo, & vipera & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus, serpentium contuberniis misceatur: & vt regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem proiiciatur: vt omni elementorum vsu viuus carere incipiat, & ei cœlum superstiti, terra mortuo auferatur. Datum XI. Kalend. Decemb. Licinio V. & Crispo Coss. [Accep. Prid. Id. Mart. Carthagine, Constantino A. V. & Licinio Cæs. Coss.]

*al. affinitatis eius quæ nuncupatione parẽtũ continetur &c.

*al. præparauerit. rectè.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

*Confer Nomocano.tit.9.c.25.vbi hic titul. explicatur. Cót.

DE MALEFICIS ET MATHEMATICIS, ET CAETERIS SIMILIBVS.

TIT. XVIII.

Atrocius est venenare, quàm occidere gladio. Bald.

I. Imp. ANTONINVS A. Titio.

PLVS est hominem extinguere veneno, quàm occidere gladio. PP. *sine die & consule.*

II. Impp. DIOCLETIA. MAXIMIA. AA. & CC. Tiberio.

ARtem Geometriæ discere atque exercere publicè interest. Ars autem Mathematica damnabilis est, & interdicta omnino. S. XIII. Kalend. Septemb. Sirmij, CC. *Coss.*

Diuinatores concremétur: & eos euocantes, cum publicatione bonorum deportentur. Salyc.

III. Imp. CONSTANTIN. A. ad Maximum.*

*Cod.Th. li.9.ti.16. l.1.

NVllus aruspex, nullus sacerdos, nullus eorum qui huic ritui adsolent ministrare, ad limen alterius accedat, nec ob alteram causam, sed huiusmodi hominum amicitia (quamuis vetus) repellatur: concremãdo illo aruspice, qui ad domũ alienã accesserit: & illo in insulã deportãdo post ademptionẽ bonorũ, qui eum aduocauerit suasionibus vel præmiis. Accusatorẽ autẽ huiusmodi criminis non delatorẽ esse, sed dignũ magis præmio arbitramur. PP. *Kal. Feb. Romæ, Constãtino* A. V. *& Licinio* C. *Coss.*

Facientes

Facientes incantationes ad finem mali, sunt puniendi. Bart.

IIII. Iidem A. & C. ad Bassum præfectum vrbi.*

*C.T. ibi. l.3.

EOrum est scientia punienda, & seuerißimis meritò legibus vindicãda, qui magicis accincti artibus, aut cõtra salutẽ hominum moliti, aut pudicos animos ad libidinẽ deflexisse detegentur. Nullis verò criminationibus implicãda sunt remedia humanis quæsita corporibus, aut in agrestibus locis innocẽter adhibita suffragia ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ventis grandinísque lapidatione quaterentur: quibus non cuiusquam salus aut æstimatio læderetur, sed quorũ proficerent actus ne diuina munera & labores hominum sternerentur. Data* X. *Kalen. Iun. Aquileiæ, Crispo & Constantio Cæs. Coss.*

*Hæc posterior legis pars reiecta est ex lib. βασιλικ. tanquam iniqua.

Nullus debet consulere diuinatorem, & quilibet à diuinando debet cessare. Sal.

V. Imp. CONSTANTIVS A. & Iulianus Cæs. ad populum.*

*Ex Cod. Theod. ibid. l.4.

NEmo aruspicem consulat, aut mathematicum, nemo ariolum. Augurum & vatum praua confeßio conticescat. Chaldæi ac magi, & cæteri quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hãc partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuo diuinandi curiositas. Etenim supplicio capitis ferietur gladio vltore prostratus, quicunq;

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

iussu nostris obsequiū denegauerit. Data VIII. *Kalend. Februa. Mediolani, Constantio* A. VIIII. *& Iuliano Cæsa. Coss.*

Qui dæmones inuocant, vel imagines ceceas incantant, puniuntur. Sal.

VI. Iidem A. & C. ad populum.

MVlti magicis artibus vsi, elementa turbare, vitam insontium labefactare non dubitant, & Manibus accitis audent ventilare, vt quisque suos conficiat malis artibus inimicos. hos, quoniā naturæ peregrini sunt, feralis pestis absumat. Datum Prid. Non. Decemb. Med. Constantio A. IX. *& Iuliano* II. *Coss.*

Priuilegio à tormentis exempti, de crimine malefico vel magico accusati, possunt sine præiudicio torqueri: & culpabiles inuenti sunt puniendi. Salyc.

VII. Iidem A. & C. ad Taurum præfectum prætorio.*

*C.T. ibi. l.6.

ETsi excepta tormentis sunt corpora honoribus præditorum, præter illa videlicet crimina quæ legibus demonstrantur: etsi homines magi, in quacunque sint parte terrarum, humani generis inimici credendi sunt: quoniam tamen qui in comitatu nostro sunt, ipsam pulsant propemodum maiestatem: si quis magus, vel magicis carminibus adsuetus, qui maleficus vulgi consuetudine nuncupatur: aut aruspex, aut ariolus, aut certe augur, vel mathematicus, aut enarrandis somniis occultans artē aliquam diuinandi, aut certe aliquid horum simile exer-

cens,

cens, in comitatu meo vel Cæsaris fuerit deprehensus, præsidio dignitatis exutus, cruciatus & tormenta non fugiat. Si verò conuictus fuerit, & ad proprium facinus detegentibus repugnauerit pernegando: sit eculeo deditus, vngulisque sulcantibus latera perferat pœnas proprio dignas facinore. Data III. *Nonas Iulij Arimini, Titiano & Cereale Coss.*

Ars Magica non potest disci, nec doceri. Salyc.

VIII. Impp. VALENTINIANVS & VALENS AA. ad Modestum prefectum prętorio.*

*Cod. The. ib. l.8. in fin.

CVlpa similis est, tā prohibita discere, quàm docere. Data Prid. Id. Decemb. Constātinop. Valentiniano & Valente AA. *Coss.*

Maleficum licet cuicunque capere, & iudici præsentare, sed nemini licet occidere. Bald.

IX. Imppp. VALENTIN. THEODOS. & ARCAD. AAA. Albino præfecto prætorio.*

*Cod. Theo. ib. l.11.

QVicunque maleficiorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occupauerit: illico ad publicum pertrahat, & iudicum oculis communis hostem salutis ostendat. Quòd si quisquam ex agitatoribus [id est aurigis] seu ex quolibet alio genere hominum, contra hoc interdictum venire tentauerit, aut clandestinis suppliciis etiam manifestum reum maleficæ artis oppresserit: vltimum supplicium*

* Quidam ait in vet. legi, aut petauristis. loco inclu. sed Nomoca non Tit. 4. cap. 25. vertit agitatores siue aurigas.

LL

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

non euadat, geminæ suspicioni obnoxius, quòd aut publicum reum, ne facinoris socios publicaret, seueritati legum, & debitæ subtraxerit quæstioni: aut proprium fortaßis inimicum sub huiusmodi vindictæ nomine consilio atrociore confecerit. Dat. XVII. Kal. Septemb. Romæ, Timasio & Promoto Coss.

DE SEPVLCHRO VIOLATO.

TITVLVS XIX.

Contrectans res effectas religiosas, tenetur crimine læsæ religionis, nec excusat eum titulus, cum sit nullus. Bald.

I. Imp. GORDIA. A. Zenoni.

RES religioni destinatas, quinimmo iam religionis effectas, scientes qui contigerint, & emere & distrahere non dubitauerint: tametsi iure venditio non subsistat, læsæ tamen religionis inciderunt in crimen. PP. III. *Kalen. Mart. Sabino* II. *& Venusto Coss.*

Seruus demoliens sepulchrum domino inscio, damnatur in metallum. si vero eo conscio, relegatur: & locus ad quem aliquid de sepulchro exportauit, publicatur. Salyc.

II. Imp. CONSTANTIVS A. ad Tatianum præfec. vrb.[a]

[a] Cod. Th. 9.17.1.

SI seruus in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus, si id sine domini scientia faciat,

ciat, metallo addicatur. Sin verò domini auctoritate vel iußione vrgetur, relegatione plectatur. Et si forte detractum aliquid de sepulchro ad domum eius villámque prouectũ reperitur: villa, siue domus, aut ædificium quodcunque erit, fisci iuribus[a] vindicetur. Dat. VII. *Idus Iul. Acindyno & Proculo Coss.*

[a] In Cod. The. viribus. Cót.

Iudex qui negligit punire violatorem sepulchri, debet condemnari in viginti libris auri. Salyc.

III. Idem A. ad Limenium præfectum prætorio.

SI quis sepulchrum violaturus attigerit, locorũ iudices si hoc vindicare neglexerint, non minus quàm viginti librarum auri in sepulchrorum violatores statuta pœna multentur: vt eã largitionibus nostris inferre cogãtur. Dat. V. *Kal. April. Limenio & Catulino Coss.*

Violator sepulchri intelligitur offendere mortuum & viuentem. Bal.

IIII. Idem A. ad populum.[a]

[a] Co. The. 9.17.4.

QVI sepulchra violant, domos (vt ita dixerim) defunctorum: geminum vidẽtur facinus perpetrare. nam & sepultos spoliant destruendo, & viuos polluunt fabricando. Si quis igitur de sepulchro abstulerit saxa vel marmora vel columnas, aliámve quancunque materiam fabricandi gratia: siue id fecerit venditurus, decem pondo auri coga-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

tur fisco inferre: siue quis propria sepulchra defendens, hanc in iudicium querelam detulerit, siue quicunque alius accusauerit, vel ad officium nunciauerit: quæ pœna priscæ seueritati accedit. Nihil enim derogatum est illi supplicio, quod sepulchrum violantibus videtur impositum. Huic autem pœnæ subiacebunt & qui corpora sepulta, aut reliquias contrectauerint. Dat. Idib. Iun. Mediolani. Constantio IX. & Iuliano Cæs. Coss.

Remouens sepulchri ornamenta, punitur vt sacrilegus. Salyc.

*Co.The. 9.17.5. V. Imp. IVLIANVS A. ad populum.

PErgit audacia ad busta defunctorum,* & aggeres consecratos: cum & lapidem hinc mouere, & terram euertere, & cespitem euellere, proximum sacrilegio maiores nostri semper habuerint: sed & ornamenta quædã tricliniis aut porticibus auferre de sepulchris. Quibus primo consulentes, ne in piaculũ incidat cõtaminata religio defunctorum: hoc fieri prohibemus pœna sacrilegij cohibentes. Dat. Prid. Id. Feb. Antiochiæ, Iuliano A. IIII. & Sallustio Coss.

*diẽ functorum.

Propter debitum defuncti non potest eius sepultura impediri, sub pœna quinquaginta librarum auri: quas si non potest soluere, luit in corpore. Salyc.

VI. Imp. IVSTINVS A. Theodoro.

CVM sit iniustum, & nostris alienũ temporibus, iniuriam fieri reliquiis defunctorum

rum ab his qui debitorem sibi esse mortuum dicendo, debitúmque exigendo, sepulturam eius impediunt: ne in posterum eadem iniuria procederet, cogendis his ad quos funus mortui pertinet, sua iura perdere: ea quidem quæ mortuo posito ante sepulturam eius facta fuerint, vel exigendo quod debitum esse dicitur, vel confeßiones aliquas, aut fideiussorem, aut pignora capiendo, penitus amputari præcipimus. Redditis vero pignoribus vel pecuniis quæ solutæ sunt, vel absolutis fideiussoribus, & generaliter omnibus sine vlla innouatione in pristinum statum reducendis, principale negocium ex integro disceptari. Eum vero qui in huiusmodi fuerit deprehensus flagitio, quinquaginta libras auri dependere: vel si minus idoneus ad eas persoluendas sit, suo corpore sub competenti iudice pœnas luere. Dat. Kalend. Decemb. Constantinop. Olybrio V. C. Cos.

IN AVTHEN. vt defunct. seu fu. §. sancimus ergo. & §. si vero. colla. v. const. xiij.

ITem qui domum moribundi accedit,* ipsum alióſve qui eius sunt, molestans, aut in rebus eius non seruato legali officio signacula imposuit: ab actione post mortem illius cadat, & alterum tantundem exigatur ab heredibus iniuriati: publicanda tertia parte bonorum, ipsóque infamia notato. Eisdem pœnis subiaceat qui eo moriente circa funus peccat, cum probi-

*al. ascendit.

beat exequias.

IN AVTHENT. *vt cum de appella. cog. § meminimus. colla. viij. constitu. xj.*

SED neque ante nouem dies ab obitu numerandos, vlla prorsus fiat molestia aduersus quemlibet ex persona defuncti. Si qua enim cautio, si quid simile fiat, inutile erit: ex hoc nullo præiudicio creditori generando.

AD LEGEM FABIAM DE PLAGIARIIS."

TITVLVS XX.

"hoc est qui filios inuolant alienos. In Cod. Theo. in omnibus auté manuscrip. scribitur, Fauiam. sed in Pádect. Flo. Fabiam, in ipso ti. at in legibus eius tit. semper legitur Fauiã. Cõt. "vis, recté. & ita in omnibus.

Vendens ancillam alienam subtractam, potest conueniri rei vindicatione, quia dolo desiit possidere: & criminaliter coerceri, proposita actione legis Fabiæ de plagiariis. Bald.

I. Imp. ANTONINVS A. Placido.

PATER *tuus aduersus eum à quo solicitatam ancillam, plagio quoque facto exportatam queritur, apud suum iudicem ciuiliter in rem actione instituta consistat. Si vero in causa tenuerit, etiam legis Fabiæ crimen persequi poterit. Quòd si per violentiam mancipium abreptum est, accusationem eius "non prohibetur intendere.* PP. XII. *Kalend. April. Antonino* A. IIII. *& Balbino Coss.*

Actor

Actor legis Fabiæ non potest per procuratorem institui: sed in actione ciuili serui corrupti bene admittitur procurator. Bald.

II. Idem A. Aurelio.

SI ab Aeliano seruum tuũ susceptum, & aliquandiu "occultatum, móxque eo suadente fugæ datum probare potes: legis Fabiæ crimen per te, vel actionem ad eam rem propositam, id est serui corrupti, per procuratorem tuum persequi potes. PP. VII. *Kalend. Augu. Antonino* A. IIII. *& Balbino Coss.*

" aliquando.

Via ordinaria in crimine legis Fabiæ proceditur. Sal.

III. Imp. ALEXANDER A. Cornelio.

VT legis Fabiæ pœna debeatur, in crimine subscriptio, & accusatio, & sententia necessaria est. PP. VIII. *Kal. Iul. Iuliano* II. *& Crispino Coss.*

Procurator Cæsaris de hoc crimine non cognoscit, nisi gerat vices præsidis. Saly.

IIII. Imp. GORDIANVS A. Paulinæ.

NON valet procuratoris sententia, si vicem præsidis non tueatur qui legi Fabiæ locum esse pronunciauit: cũ eius legis disceptatio ad præsidis prouinciæ pertineat notionẽ. PP. III. *Non. Decẽb. Gordiano* A. *& Auiola Coss.*

Pro fratre suppresso, fratri competit legis Fabiæ accusatio. Salyc.

V. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS AA. & VALER. Cæs. Iulianæ.

Si fra

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

SI fratrem tuum aduersarius tuus supprimit, legis eum Fabiæ adito præside prouinciæ reum ab hoc postulare PP. No. Maij, Aemiliano & Basso Coss.

Seruum in fuga constitutum vendens, incidit in legem Fabiam de plagiariis. Bald.

VI. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. Martianæ.

IN fuga seruum constitutum neque vendere, neque donare licet. vnde intelligis te in legem incidisse quæ super huiusmodi delictis certam pœnam fisco inferendam statuit: exceptis coheredibus & sociis quibus in diuisione communium rerum licitationem de fugitiuo seruo inuicem facere permissum est. Ita vero liceat fugitiuum seruum vendere, & tunc venditio valeat, quando ab emptore requisitus fuerit, & deprehensus. PP. III. *Id. Mart.* AA. *Conss.*

Alienans seruum vel liberum quem plagio abduxit, punitur capite: & de hoc crimine iudex potest inquirere. Salyc.

VII. Iidem AA. Maximo P.V.

QVoniam seruos à plagiariis alienari ex vrbe significas, atque ita interdum ingenuos homines eorũ scelere asportari solere perscribis: [a] *horum tibi delictorum licentiæ maiore seueritate occurrendum esse decernimus. Ac propterea si quem in huiusmodi facinore deprehenderis, capite eum plecti non dubit*

[a] præscribis.

dubitabis: vt pœnæ genere deterreri cæteri possint, quo minus istiusmodi audacia vel seruos vel liberos ab vrbe distrahere atque alienare audeãt. Dat. VI. *Id. Decemb. Diocletiano* III. *& Maximiano* AA. *Conss.*

Obiiciens exceptionem peremptoriam, quæ habet examinari seorsum à crimine, impedit processum in criminali. Bald.

VIII. Iidem AA. & CC. Considio.

PRæses prouinciæ discreto prius iure dominij, intelligat an audiendum sit plagij crimen, nécne. Nam si proprietatis tuæ mãcipium esse constiterit, expirasse criminis intentionem, emersa dominij luce, manifestabit. Si vero seruum alienum esse constiterit, post disceptatam proprietatis quæstionem, & criminis causam audiet. PP. VIII. *Kal. Septembr. ipsis* AA. IIII. *&* III. *Conss.*

Celans mancipium alienum, committit in legem Fabiam de plagiariis. Bal.

IX. Iidem AA. & CC. Eugenio.

EVm qui mancipium alienum celat, Fabiæ legis crimine teneri, non est incerti iuris. S. III. *Idus Maij, Heracliæ,* AA. *Coss.*

Bonæ fidei emptor non incidit in crimen legis Fabiæ de plagiariis, à plagiario comparans. Bald.

X. Iidem AA. & CC. Dizæ.

COmparantem ab eo qui abduxit plagio mancipia, si delicti socius non probetur,

nullo

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

nullo crimine teneri conuenit. S. Non. Nouembris Lucione, AA. Conss.*

Venditione, ſtatus non mutatur. Salyc.

XI. Iidem AA. & cc. Marpiatæ.

ABducti plagio facta venditio, ſtatū non mutat. liberæ enim perſonæ ſolicitatione crimen committitur, non conditioni præiudicatur. S. Id. Nouembr. Lucione AA. Conſſ.*

Suſcipiens fugitiuum cum rebus ſubtractis, furti tenetur & plagij. Salyc.

XII. Iidem AA. & cc. Mutiano.

SI quis ſeruum fugitiuum ſciens cum rebus furtiuis ſuſceperit: cum horum nomine furti actione teneatur, hæc tibi rector prouinciæ cum ſolita pœna reſtitui efficiet. Sed & ſi criminis plagij accuſationem inſtitueris, tibi audientiam præbere nō dubitabit. S. Kal. Aprilis Singiduni, cc. Coſſ.

Plagij criminis accuſatio publica eſt. Bal.

XIII. Iidem AA. & cc. Seuerino.

PLagij criminis accuſatio publici ſit iudicij. S. v. Kal. Decemb. cc. Conſſ.

Excuſatur errans in delictis in quibus requiritur dolus. Bald.

XIIII. Iidem AA. & cc. Calliſtheni.

PLagij criminis accuſatio ceſſat, ſi ſuos ſeruos vel liberos adſeuerēt hi qui ſuppreſſiſſe dicuntur non commiſſi velandi cauſa, ſed ad hanc opinionem iuſta ducti ratione. S. Prid. Non. Decemb. Nicomediæ, cc. Conſſ.

Scient

Scienter vendens liberum hominem, plagium committit. Bald.

XV. Iidem AA. & cc. Pomponio.

LIberum, ſciens conditionem eius inuitum venundando, plagij criminis pœna tenetur. Dat. XIII. Kal. Ian. Nicomediæ, cc. Conſſ.

Nobiles de crimine plagij conuicti, in metallum damnantur verberati: ignobiles vero ſerui vel liberti, beſtiis ſubiiciuntur: ingenui capite puniuntur. Saly.

XVI. Imp. CONSTANTINUS A. ad Domitium Celſum vicarium Africæ.ᵃ

PLagiarij qui viuentium filiorum miſerandas infligunt parentibus orbitates, metalli pœna cum ceteris antè cognitis ſuppliciis teneantur.ᵇ Si quis tamen huiuſmodi reus fuerit oblatus, poſteaquam ſuper crimine claruerit: ſeruus quidem vel libertate donatus beſtiis ſubiiciatur, ingenuus autem gladio cōſumatur. Dat. Kal. Auguſt. Conſtantino A. IIII. & Licinio Conſſ.

ᵃ Ex Cod. Th. lib. 9. tit. 18. l. 1.

ᵇ legendū, tenebātur ex vet. manuſcript. & Co. Th.

AD LEGEM VISELLIAM.

TITVL. XXI.

Seruus vel libertus ad publicos honores tacita veritate promotus, incidit in legem Iuliam Viſelliam: niſi libertus impetraſſet ius anulorum aureorum. Bald.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & cc. Baccho.

Lex

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

*lex Visellia lata est anno vrbis DCCLXXVj. Varrone & Sex. Cornelio Cõsul. eius meminit Vlpia. in frag. tit. 3. Cont. *aliàs, circa.

LEx Visellia libertinæ cõditionis homines persequitur, si ea quæ ingenuorum sunt, contra honores & dignitates ausi fuerint attentare, vel decurionatũ arripere: nisi iure aureorum anulorum impetrato à principe sustententur. Tunc enim quoad viuunt, imaginẽ, non statum ingenuitatis obtinent: & sine periculo ingenuorum etiam officia peragunt publica. Qui autem libertinus se dicit ingenuum, tam de operis ciuiliter, quàm etiam ex lege Visellia criminaliter poterit perurgeri. In curiam autem se immiscens, damno quidẽ cum infamia afficitur: Muneribus vero personalibus in patria patroni, quæ congruunt huiusmodi hominibus, singulos pro viribus adstrictos esse non dubium est. PP. II. Id. Februar. Antiochiæ, CC. Conss.*

AD LEGEM CORNELIAM DE FALSIS.

TITVL. XXII.

Accusatio subiecti partus propter impubertatẽ pueri nõ differtur: & verisimile est quòd causam capitalem ille quem tangit, agat ex fide. Bald.

I Imp. ANTONINVS A. Seuerino.

SI partus subiecti crimẽ diuersæ parti obiicitis, causa capitalis in tempus pubertatis pueri differri non debuit:

sicut

sicut iam pridẽ mihi & diuo Seuero patri meo placuit. Neque enim verisimile est, eam quæ arguitur, nõ ex fide causam suam defensuram, cum periculum capitis subeat. PP. Non. Mart. Duobus & Aspris Conss.

Exceptio falsi obiecta solùm causa differendi processum, non debet admitti: sed debet debitor ad solutionem compelli reseruato iure accusandi. Bald.

II. Imp. ALEXAND. A. Valerio.

SAtis aperte diuorum parentum meorum rescriptis declaratum est, cum morandæ solutionis gratia à debitore falsi crimẽ obiicitur: nihilo minus salua executione criminis debitorem ad solutionem compelli oportere. PP. III. Non. Maij, Maximo II. & Aeliano Conss.

Filius legatum consecutus ex testamẽto, quod verum putauit, non præiudicat sibi illo falso probato. Salyc.

III. Idem A. Cassio.

LIcet ex tabulis quas sub nomine patris tui vxorem eius, id est nouercam tuam, surrepto vero testamento, falsas protulisse allegas: cum crimen admissum ignorares, legatum adscriptum tibi consecutus sis: tamen non impedieris accusationem contra eam impletis solennibus instituere. PP. XI. Kal. Ian. Albino & Maximo Conss.

Plus punitur vtens falso rescripto, quàm si vteretur alio simplici instrumento. Bald.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

MAiorem seueritatem exigit, vt merita eorum qui falsis rescriptionibus vtuntur, digna coerceantur pœna: sed qui deceptus est per alium, si suam innocentiam probat, & eum à quo accepit, exhibet: se liberat. PP. IIII. Kal. Ian. Albino & Maximo Conss.

De falso non potest filius agere contra matrem criminaliter, sed ciuiliter. Saly.

V. Idem A. Petronio.

FAlsi quidem crimen, vel aliud capitale mouere vos matri vestræ, secta mea non patitur: sed ea res pecuniarium compendium non aufert. Si enim de fide scripturæ vnde eadē mater vestra fideicommissum sibi vindicat, dubitatio est: inquiri fides veritatis etiam sine metu criminis potest. PP. III. Kal. Septēb. Agricola & Clemente Conss.

Ex testamento quod quis reprobauit vt falsum, se iuuare non potest. Bald.

VI. Impp. PHILIPPVS A. & PHILIPPVS C. Culpio.

QVi falsas tabulas dixerit, nec obtinuerit: "ad defuncti iudicium aspirare non potest. PP. XV. Kal. April. Philippo A. & Titiano Conss.

"temerit. in omnibus manu scrip.

Transactio super instrumento de cuius fide transigens dubitabat, repellit eum à contraueniendo. Bald.

VII. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS AA. & VALERIANVS C. Heliodoro.

Ipse

IPse significas, cum primum "aduersarij instrumenta protulerunt, fidem eorum te habuisse suspectam. Facta igitur transactione, difficile est vt is qui prouinciam regit, velut falsum, cui semel acquieuisti, tibi accusare permittat. PP. III. Kal. Iul. Tusco & Basso Conss.

"primo.

Fabricatione falsi instrumenti irremediabiliter quis tenetur de falso: sed si ratione vsus, remedium est, quòd desistatur ab vsu. Bald.

VIII. Iidem AA. & CC. Marino.

SI falsos codicillos ab his contra quos supplicas, factos esse contendis: non ideo accusationem euadere possunt, quòd se illis negent vti. nam illis prodest instrumēti vsu abstinere, qui non ipsi falsi machinatores esse dicuntur, & quos periculo solus vsus adstrinxerit. Qui autē compositis per scelus codicillis, in seueritatem legis Corneliæ inciderunt: non possunt defensiones eius recusando, crimen euitare. PP. III. Kal. Iul. Aemiliano & Basso Conss.

Succedēs ab intestato, tenetur præstare fideicommissa relicta in codicillis: nisi codicillus arguatur de falso criminaliter accusando, vel ciuiliter excipiendo. Bald.

IX. Impp. CARINVS & NVMERIANVS AA. Mesio.

SI docueris apud præsidem prouinciæ, ab intestato te heredem eius extitisse, qui codicillos scripserat: ordinarium est, vt in hereditatis possessione constitutus, fideicommissa præ-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. I. МЕЧНИКОВА

beat, quæ iure relicta sunt: nisi consilium est codicillos falsos arguere. Quòd si criminaliter cœptum iudicium interuentu indulgentiæ sopitum est: habes tamen residuam indagationem, & potes de fide scripturæ ciuiliter queri. PP. III. *Kal. April. Carino* II. *& Numeriano* AA. *Conss.*

In criminalibus probat actor, non reus. Salyc.

X. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. Legitimo.

Cum suppositi partus crimen patrui tui vxori moueas, apud rectorem prouinciæ instituta accusatione id proba. PP. XI. *Kalend. Octobr. Diocletiano* A. II. *& Aristobulo Conss.*

Quæstio falsi incidenter potest coram pedaneo iudice agitari. Bald.

XI. Iidem AA. & cc. Isidoro.

Si lis pecuniaria apud pedaneos iudices remissa est, etiam de fide instrumenti ciuiliter apud eos iuxta responsum viri prudentissimi Pauli requiretur. PP. X. *Kal. Iul. Diocletiano* III. *& Maximiano* AA. *Conss.*

Accusatio falsi potest vsque ad 20. annos institui, quemadmodum & criminales actiones regulariter instituuntur. Bald.

XII. Iidem AA. & cc. Primo.

Querela falsi temporalibus præscriptionibus non excluditur, nisi viginti annorum exceptione: sicut cætera quoque ferè crimina. S. VI. *Id. Ian. Viminacij,* CC. *Coss.*

Falsa

Falsa scriptura non prodest scribenti, sed eum adstringit crimine falsi. Salyc.

XIII. Iidem AA. & cc. Marco.

Qui veluti præsentem scripsisse res recepisse suas, cum absens esset, conscripserit: non ignoranti quicquam aufert, sed se criminis obligat periculo. PP. VI. *Kalendas Ianuar. Sirmij,* AA. *Conss.*

Contrectans codicem testamenti, inuoluitur in crimine falsi. Bald.

XIIII. Iidem AA. & cc. Gentianæ.

Eum qui celauit vel amouit testamentum: committere crimen falsi, publicè notum est. S. III. *Kal. Ian. Sirmij,* AA. *Conss.*

Falsitas in tempore, intelligitur falsificare in totum negotium: vnde mutans veritatem in tempore mutat in toto. Bald.

XV. Iidem AA. & cc. Rufo.

Si creditor colludens cum debitore suo tibi prædium venundedit, falsum commisit: & tibi nihil offecit, sed se magis criminis accusationi fecit obnoxium. S. XIII. *Kal. Februarias* CC. *Conss.*

Si de falso ciuiliter quæritur, procurator potest interuenire, non si criminaliter. Saly.

XVI. Iidem AA. & cc. Fortunato.

De fide testamenti querenti duplex via litigandi tributa est. Quamuis itaque per procuratorem accusationem persequi non potes, disceptatione tamen priuata de eiusdem fide

quæri non prohiberis: cum reus ita conuentus, non tantum ab alio iustè, sed etiam ab eo qui ciuiliter egit, solenniter accusari possit. S. VIII. Idus Febr. Sirmij, CC. Conss.*

*pp. No. Maij. Aemil. & Bass. Cõs.

Veritas & falsitas cursu tẽporis non mutantur, & non est incipiendum à tormentis, sed ab indiciis. Bald.

XVII. Iidem AA. & CC. Menelao.

SIcut falsi testamenti vel codicillorum scriptura, temporis interuallo firmari nõ potest, ita vera quæ iure subsistit, non euanescit. Si itaque de fide delicti, vel per accusationem, vel per priuatum iudicium quereris: rector prouinciæ tunc demum eos exhiberi, de quibus interrogatio fieri potest, iubebit: si prius cæteris indiciis fuerit commotus. S. III. Idus Februarij, Sirmij, CC. Conss.*

*de cæteris. vet.

Habens falsum titulum, non intelligitur iustus possessor, & etiam potest accusari de falso. Bald.

XVIII. Iidem AA. & CC. Maximo.

EX initio falsi commissi iusta possessio non paratur. Vnde contra eos quos de dominio fundi tecũ contendere proponis, accusationem instituere potes. S. III. Non. Mart. CC. Conss.

Fœmina non potest accusare de falso ratione solius affectionis, sed ita demum, si suam vel suorum iniuriam prosequatur. Bald.

XIX. Iidem AA. & CC. Cosmiæ.

Etsi

ETsi ad te negotium pertinuit, etiam atq; etiam tecum deliberare debueras, ne improbam institueres accusationem, hoc instrumentũ in quo subscripseras, falsum arguere contendens. At cùm mulieribus in aliena causa falsi non sit concessum accusare, tu autem hæc eadem prædia te prius alij donasse proponas: fieri tibi facultatem accusandi, contra iuris postulas formam. Subscriptum VIII. Idus Martij, CC. Conss.

Falsum vbi cessat dolus, non punitur vt falsum. Bald.

XX. Iidem AA. & CC. Rufino.

NEc exemplum editionis precum aliter per errorem scriptum, cum non nisi dolo malo falsum committentes crimini subiugentur, cognitionem dati iudicis moratur. Subscrip. XI. Kal. Nouembr. Dorostoli, CC. Conss.

Dignitas decurionatus antecedẽs vel sequens, à tormentis non excusat accusatum de falso. Salyc.

XXI. Imp. CONSTANTINVS A. Mechilio Hilariano Correctori Lucaniæ & Brittiorum.*

*CT. 9. 19. 1

SI quis decurio testamentum vel codicillos aut aliquam deficientis scripserit voluntatem, vel conscribendis publicis priuatísque instrumentis præbuerit officium: si falsi quæstio moueatur, decurionatus honore seposito, quæstioni, (si ita poposcerit causa) subdatur: sed non statim desinit esse decurio, qui in huius-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

modi facto fuerit deprehensus. Quantum enim ad municipales pertinet necessitates, decurio permaneat: quantum ad rem gestam & veritatem referendam,[a] *vti decurionatus honore non poterit. Nec verò is qui ante fuerit tabellio, ad eludendam quæstionem super his quæ ante scripserit, factus decurio defendi hac poterit dignitate: quoniam scripturæ veritas (si res poposcerit) per ipsum debet probari auctorem. Datum* III. *Kalend. Febr. Sabino & Rufino Conss.*

[a] seruandā

In crimine falsi acerrima fit indagatio, etiam per torturam: & non solum accusati, sed etiam accusantis. Bald.

XXII. Idem A. ad Maximum. P.V.[a]

[a] C.T.li.9. tit.19. L.2. §. sed vbi falsi. Cót.

VBi falsi examen inciderit, tunc acerrima fiat indago argumentis, testibus, scripturarum collatione, aliísque vestigiis veritatis: nec accusatori tantùm quæstio incumbat, nec probationis ei tota necessitas indicatur: sed inter vtranque personam sit iudex medius: nec vlla interlocutione diuulget quæ sentiat: sed tanquam ad imitationem relationis, quæ solum audiendi mandat officium, præbeat notionem: postrema sententia quid sibi liqueat proditurus. Vltimum autem finem strepitus criminalis compendioso spacio limitamus, quem litigantem disceptantémque fas non sit excedere: cuius exordium nascetur auspicio contestatæ accusationis apud iudicem competentem: post probationem supplicio capitali, si id exigat magnitudo commissi, vel deportatione, ei qui falsum commiserit, imminente. PP. VIII. *Kal. April. in foro Traiani, Constantino* A. VII. *& Constantio Cæs. Conss.*

De falso potest ciuiliter & criminaliter agi: & electa via ciuili, debet supersederi in criminali. Saly c.

XXIII. Imppp. VALENS, GRATIAN. & VALENT. AAA. ad Maximinum præfectum præt.[a]

[a] C.T.9. 19.4.

DAmus licentiam litigantibus, si apud iudicem proferatur scriptura de qua oritur aliqua disputatio, profitendi vtrum de falso criminaliter statuat qui dubitet de instrumenti fide experiri, an ciuiliter. Quod si expetēs vindictam, falsi crimen intenderit, tunc quæstione ciuili per sententiam terminata, criminis fiat indago: vt si quis tabulas testamenti, chirographa, attestationésque, necnon & rationes priuatas vel publicas, pacta, & epistolas vel vltimas voluntates, donationes, venditionésve, vel si quid prolatū aliud instituere conabitur: habeat accusandi facultatem. Ciuilis autem inquisitionis inter vtrasque partes confligentium leuior examinatio procedat: cùm iudex qui præerit quæstioni, intentiones actoris falsas, & conficta crimina reorum, ex le-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

gibus pœnis competentibus possit vlcisci. PP. XVI. *Kalend. Maij Romæ, Valente* V. *& Valentiniano* AA. *Conss.*

Producenti instrumentum suspectum, imminet prius probatio quòd sit verum, & aduersario imminet postea probare contrarium. Bald.

XXIIII. Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. Proculo præfecto vrbi.

PRæbemus licentiam, vt siue ciuiliter, siue criminaliter (vt actor elegerit) super prolatis codicillis vel aliis instrumētis requiratur: incumbat probatio fidei instrumenti, ei primitus qui scripturam obtulerit, deinde ei qui stricta[a] *instantia falsum arguere paratus sit. Dat.* X. *Kalend. Feb. Timasio & Promoto Conss.*

[a] al. instructa. Cont.

DE HIS QVI SIBI ADSCRIBVNT IN TESTAMENTO.

TIT. XXIII.[a]

[a] hoc est de sc. Liboniano, quod de his factū est, & de quo permixtim tractatur tit. D. ad l. Corn. De fals. & sc. Liboniano. Cont.

Filius emancipatus sibi adscribens in testamento patris patre dictante, de æquitate à pœna legis Corneliæ excusatur. Bald.

I. Imp. ANTONINVS A. Valatio.

QVamquam ita interpretantur iurisperiti, vt cōtra legem Corneliam videatur se scribere heredem emancipatus filius patre dictante: tamen si cum testamentum non esset scriptum, iustus successor futurus

turus

turus esset accepta bonorum possessione, filius patri: perinde habebitur atque si sua manu pater tuus te heredem scripsisset, functus dulci officio. Proposita Nonis Septembris, Duobus & Aspris Conss.

Testatoris subscriptio etiam generalis excusat à pœna, sed non tribuit ius petendi legatum extraneo qui sibi adscripsit, nisi specialis fuerit subscriptio testatoris. Salyc.

II. Idem A. Atticio.

SI testator codicillis quos scripsisti, legatum quoque seu fideicommissum reliquisse tibi sua manu adscripsit: non videris in pœnam senatusconsulti incidisse. Quòd si testamentum dictasse codicillis significauit, legato quidē vel fideicommisso abstinere debes: pœna vero falsi tibi principali beneficio remittitur. PP. *Idib. Decembris Antonino* A. IIII. *& Balbino Conss.*

Vere ignorantiam alleganti, & à delicto desistenti, pœna remittitur quam incurrerat quia sibi adscripserat. Bald.

III. Imp. ALEXANDER A. Martiali.

SEnatuscōsulto & edicto diui Claudij prohibitum est eos qui ad scribēda testamenta adhibentur, quamuis dictante testatore, aliquod emolumentum ipsis futurum scribere: & pœna legis Corneliæ facienti irrogata est: cuius veniam deprecantibus ob ignorantiam, & profitentibus à relicto discedere, amplissimus ordo, vel diui principes veniam [raro][a] *dederunt.*

[a] deest in omnibus.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

derunt. PP. XVII. Kalend. April. Maximo II. & Aeliano Conss.

Maritus sibi adscribens in testamento vxoris, incidit in pœnam. Bald.

IIII. Idem A. Crescenti.

QVæ in testamēto vxoris maritus sua manu legata sibi adscripserit, pro non scriptis habentur: & legis Corneliæ pœna, si venia impetrata non est, locum habet. PP. III. Non. *Febr. Fusco* II. & *Dextro Conss.*

Miles sibi adscribens, præsumitur iuris errore non malitia in legem incidisse. Bald.

V. Idem A. Gallieno militi.

QVod adhibitus ad testamentum commilitonis scribendum, iussu eius seruum tibi adscripsisti, pro non scripto habetur: & ideo id legatum petere non potes: sed secuto tenorem indulgentiæ meæ, pœna legis Corneliæ tibi remittitur: in quam credo te magis errore quàm malitia incidisse. PP. XVII. *Kalend. Iul. Fusco* II. & *Dextro Conss.*

Seruus iussu domini sibi adscribens, excusatur à pœna: libertatem tamen non consequitur, nisi de descriptione testatoris subscriptione doceatur. Salyc.

VI. Impp. DIOCL. & MAXIMIA. AA. & CC. Aufidio.

SI libertatem tibi manu tua imperante domino adscripsisti: cum proponas dominum non subscripsisse, & suis[a] literis tuam liberta- [a] al. nec suis, &c.

tem

tem expreßim agnouisse: ad impetrandam libertatem senatusconsulti auctoritas tibi obest: pœna tamen falsi tibi remittitur: quoniam non potueras contra domini voluntatem venire. PP. VI. *Id. Decemb. ipsis* IIII. & III. AA. *Coss.*

DE FALSA MONETA.

TIT. XXIIII.

Fabricantes falsam monetā, puniendi sunt vltimo supplicio sine appellandi remedio. Sal.

I. Imp. CONSTANTINVS A. ad Ianuarium.[a] [a] C. T. 9. 21. 2.

QVoniam nōnulli monetarij adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercent, cuncti cognoscant neceßitatem sibi incūbere huiusmodi homines inquirendi: vt inuestigati tradantur iudici, facti conscios per tormenta ilico udituri, ac sic dignis suppliciis addicendi. Accusatoribus etiam eorum immunitatem permittimus: cuius modus, quoniā dispar patrimonium[b] est, à nobis per singulos statuitur. Si quis autem militum huiusmodi personam suspectam de custodia exire fecerit, capite puniatur. Appellandi etiam priuato licentia denegetur. Si verò miles, aut promotus in gradum, huiusmodi crimen incurrerit: super eius nomine & gradu ad competentes iudices referatur. Dominus verò, [b] dispar census.

vel

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

vel fundus in quo hæc perpetrata sunt: si dominus in proximo constitutus sit, cuius incuria vel negligentia punienda est, & si ignoret, fisco vindicetur: nisi dominus antè ignorans, vt primum repererit, scelus prodiderit perpetratum. tunc enim possessio vel domus ipsius, proscriptionis iniuriæ minimè subiacebit. Sin[a] verò longißimè ab ea domo vel possessione abfuerit, nullum sustineat detrimentum: actore videlicet fundi, vel seruis vel incolis vel colonis qui ad hoc ministeriũ præbuerint, cum eo qui fecit, supplicio capitali plectendis. Viduas autem ac pupillos speciali dignos indulgẽtia credimus, vt viduæ nec in proximo constitutæ, domo sua vel possessione careant, si nulla apud ipsas tam grauis cõscientiæ noxa resideat. Impuberes verò etiam si conscij fuerint, nullum sustineant detrimentum: quia ætas eorum, quid videat, ignorat. Tutores tamen eorum si in proximo fuerint, quoniam ignorare eos quid in rebus pupilli geritur, non oportet, hæc pœna expectabit, vt de rebus eorum, si idonei fuerint, tantum fisco inferatur, quantum à pupillo fuerat inferendum. Dat. XII. Kalend. Decemb. Romæ, Crispo II. & Constantino II. Cæsarib. Conss.

[a] c.T.9.21.4.§.fin verò.Cont.

Qui nummos falsa fusione formauit, debet comburi, & præmium datur accusatori. Salyc.

II. Idem A. ad Tertullum præfectum vrb. Africæ.[a]

SI quis nummos falsa fusione formauerit, vniuersas eius facultates fisco nostro præcipimus addici. In monetis etenim tantummodo nostris cudendæ pecuniæ studium frequentari volumus: cuius obnoxij, maiestatis crimen committunt: & præmio[b] accusatoribus proposito, quicunque solidorum adulter poterit reperiri, vel à quocunq; fuerit publicatus, ilico omni dilatione summota, flammarum exustionibus mancipetur. Dat. Prid. Nonas Iul. Mediolani, Constantino A. VII. & Constantino[c] Cæsar. IIII. Conss.

[a] c.T.9.21.3.

[b] hæc posterior pars sumpta est ex l. 5. C.T. eod. Cõt.

[c] Constantio.

Obreptitium rescriptum impetratum, non excusat à crimine læsæ maiestatis, nec à pœna. Bal.

III. Imppp. VALEN. THEOD. & ARCAD. AAA. Rufino præfecto præt.[a]

SI quis super cudendo ære, vel rescripto aliquo, vel etiam adnotatione nostra sibi arripuerit facultatem, non solum fructum propriæ petitionis amittat, verùm etiam pœnam quam meretur, excipiat. Dat. IIII. Id. Iul. Constantinopoli, Theod. A. III. & Abundantio Conss.

[a] c.T.9.21.9.

DE MVTATIONE NOMINIS.

TIT. XXV.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

Mutatio nominis non fraudulosa, libero homini est permissa. Bald.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Iuliano.

Sicut in initio nominis, cognominis, prænominis recognoscendi singulos impositio libera est priuatis: ita eorum mutatio innocentibus periculosa non est. Mutare itaque nomen, vel prænomen, siue cognomen, sine aliqua fraude licito iure, si liber es, secundum ea quæ sæpe statuta sunt, minime prohiberis: nullo ex hoc præiudicio futuro. S. XV. Kal. Ian. AA. & Conss.

AD LEGEM IVLIAM DE AMBITV.

TIT. XXVI.

Qui honores repetit, in legem ambitus incidit, & pœnam legitimam subit. Salyc.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Pompeiano P. P. Africæ.

Nullus omnino principatum, vel numeratum, seu commentariensis gradum, vel cætera officia repetere audeat: cùm publicæ disciplinæ semel gesta sufficiant. At si quispiam promotorum denuo ad munus etiam per sacras literas irrepserit quod ante docebitur gessisse, cassatis quæ hoc modo sunt impetrata, ad solutionem

tionem

tionem debiti primitus vrgeatur: & qui contra fecerint, pœnam deportationis ad instar legis Iuliæ ambitus excipiant. D. Prid. Kalen. Iun. Mediolani, Stilichone & Aureliano Conss.

AD LEGEM IVLIAM REPETVNDARVM.

TIT. XXVII.

Delinquentes in officio, ibi debent remitti puniendi: & ad quadruplum pecuniæ per se vel per ministros receptæ tenentur. Salyc.

I. Imppp. GRAT. VALENT. & THEO. AAA. Matroniano duci & præsidi Sardiniæ.[a]

[a] Cod. Th. 9.27.3.

Vt vnius pœna, metus possit esse multorum: ducem qui male egit, ad prouinciam quam nudauerit, cum custodia competenti ire præcipimus: vt non solum quod eius non dicam domesticus, sed manipularius & minister acceperit: verum etiam quod ipse à prouincialibus nostris rapuerit, aut sustulerit, in quadruplum exoluat inuitus. Dat. Prid. Id. Iun. Constantinop. Antonio & Syagrio Conss.

Pœna pecuniaria delinquentis in officio, transit in heredes. Salyc.

II. Iidem AAA. Floro præfecto prætorio.[b]

[b] c. T. ibid. l. 4.

Sciant iudices super admissis propriis, aut à se, aut ab heredibus suis pœnam esse repe-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

tendam. Dat. Kalendis Septembr. Antonio & Syagrio Conss.

Iudex corruptus pecunia, puniendus est huius legis pœna. Saly.

III. Iidem AAA. Marcellino.*

*Cod Th. ibid. l. 5. vbi sic inscribitur, Haue Marcelline karissime nobis. Cõt.

Omnes cognitores & iudices à pecuniis atque patrimoniis manus abstineant, neque alienum iurgium putent suam prædam. Etenim priuatarum quoque litium cognitor idémque mercator, statutam legibus cogetur subire iacturam. Dat. Prid. Non. April. Mediol. Merobaude II. & Saturnino Conss.

Concussionem inferens, & processum venalem faciens, vel sententiam venalem proferens, potest à quolibet accusari. Bald.

IIII. Iidem AAA. & ARCAD. A. Edictum ad prouinciales.

*Co. The. ibid. l. 6.

Iubemus* atque hortamur, vt si quis forte honoratorum, decurionum, possessorũ, postremò etiam colonorum, aut cuiuslibet ordinis, à iudice fuerit aliqua ratione concussus: si quis scit venalem fuisse de iure sententiam, si quis pœnam vel precio remissam, vel vitio cupiditatis ingestam, si quis postremò quacunque de causa improbum iudicem potuerit approbare: is vel administrante eo, vel post administrationem depositam in publicum prodeat, crimen deferat, delatum approbet: cum probauerit, & victoriam reportaturus & gloriam. Datum X. Kalend.

Kalend. Iul. Constantinop. Honorio N. P. & Euodio Conss.

Si procurator Cæsaris pecuniam extorquet à colonis, vel aliis sibi subditis, potest conueniri intra annum à tẽpore depositæ administrationis, non postea. Saly.*

*perperã hîc Salycetus putat eundẽ esse procuratorẽ Cæsaris, & procuratorẽ domorum. Contius.

V. Imppp. VALENTINIANVS, THEODO. & ARCAD. AAA. Seuerino Com. re. priua.

*Cod. Th. ibid. l. 7.

Vnusquisque procurator præpositus gynæcio, tabularius, susceptor, colonus, vel quicunque se à comite domorum meminerit esse concussum: cum ipse cui pecuniam numerauit, ab administratione decesserit, intra anni spacium ad iudicium spectabilitatis tuæ, quicquid dederit, repetiturus occurrat: vt prosit pensionibus, quicquid ille reddiderit. Si vero ex tempore depositæ administrationis præstituti temporis curricula transfluxerint, nulla vox aduocationis emergat: sed ipsos procuratores, præpositos, colonos, tabularios, susceptores, obnoxios ad solutionem volumus coartari. Datum Prid. Non. Iun. Mediolani, Valentiniano A. IIII. & Neotherio Conss.

Accedentes ad regendas prouincias, debent iurare forma hîc scripta. Saly.

VI. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio præfecto prætorio.

*Ex nouel. Theodo.

Sancimus* eiusmodi viros ad prouincias regẽdas accedere, qui ad honoris insignia non ambitione vel precio, sed probatæ vitæ & am-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

plitudinis tuæ solent testimonio promoueri: ita sane, vt quibus hi honores per sedis tuæ vel per nostram fuerint electionem commissi, iurati inter gesta depromant se pro administrationibus sortiendis neque dedisse quidpiam, neque daturos vnquam postmodum fore, siue per se, siue per interpositam personam, in fraudem legis sacramentique: aut venditionis, donationisve titulo, aut alio velamento cuiuscunque contractus: & ob hoc (exceptis [solis] salariis) nihil penitus tam in administratione positos, quàm post depositum officium pro aliquo præstito beneficio tempore administrationis quam gratuito meruerunt, accepturos. Et licet neminem diuini timoris contemnendo iusiurandum [a] arbitramur immemorem, vt saluti propriæ vllum commodum anteponat: tamen vt ad salutis timorem etiam necessitas periculi subiungatur: si quis ausus fuerit præbita sacramenta negligere, non modo aduersus accipientem, sed etiam aduersus dantem, accusandi cunctis tanquam crimen publicum concedimus facultatẽ: quadrupli pœna eo qui cõuictus fuerit, modis omnibus feriendo. D. VI. Kal. Decẽb. Constãtinop. Theodosio A. XVII. & Festo Coss.

[a] iureiurando. in omnibus rectè.

DE CRIMINE PECVLATVS.

TITVLVS XXVIII.

Pecunias publicas surripientes, & qui ministerium tunc vel postea præbuerint, pœna capitali puniuntur. Salyc.

I. Imppp. HONOR. THEOD. & ARCAD. AAA. Rufino P. P.

IVDICES qui tempore administrationis publicas pecunias subtraxerunt, lege Iulia peculatus obnoxij sunt, & capitali animaduersioni eos subdi iubemus. His quoque nihilo minus qui ministerium eis ad hoc adhibuerunt, vel qui subtractas ab his scientes susceperunt, eadem pœna percellendis. D. V. Non. Martij, Cõstantinop. Honor. X. & Theod. VI. AA. Coss.

DE CRIMINE SACRILEGII.

TITVLVS XXIX.

Errans in articulis fidei, punitur vt sacrilegus. Salyc.

I. Imppp. GRAT. VALENT. & THEO. AAA. Eutropio præfecto præto.

QVI [a] diuinæ legis sanctitatem aut nesciendo omittunt, aut negligendo violant & offendunt, sacrilegium committũt. D. III. Kal. Mart. Thessalonicæ, Gratiano A. V. & Theodosio A. I. Coss.

[a] Co. The. lib. 16. tit. 2. l. 25.

Præsumitur dignus, qui est electus à principe. Bald.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

II. Iidem AAA. ad Symmachum præfectum vrbi.

DIsputare de principali iudicio non oportet: sacrilegij enim instar est, dubitare an is dignus sit, quem elegerit imperator. *Datum v. Kalendas Ianuar. Mediolani, Richomere & Clearcho Coss.*

In prouincia propria quis non debet administrationem assumere, nisi ex certa scientia sibi concedatur à principe. Saly.

III. Iidem AAA. & ARCADIVS A. Eutropio præfecto prætorio.

°Publicã quietem, legitur in manuscr. rectè. Côtius. *NE quis sine sacrilegij crimine desiderandum intelligat gerendæ ac suscipiendæ administrationis officium intra eam prouinciam in qua prouincialis & ciuis habetur: nisi hoc cuiquam vltronea liberalitate per diuinos affatus imperator indulgeat.* *Dat. XVI. Kalen. August. Arcadio A. & Bautone Coss.*

*Ex Cod. Th. 9.33 I

°mêdosè, Augustali. legédũ enim est Augustorum. nã hic erat præfectus prætorio, id est tabernaculo Augustorum. Contius.

DE SEDITIOSIS, ET DE HIS QVI PLEBEM CONTRA rempublicam °audent colligere.

TITVLVS XXX.

Suscipiens populum contra rempublicam, grauissimè est puniendus. Saly.

I. Imppp.° GRATIANVS, VALENTIN. & THEOD. AAA. Florentio PF. Augustali.°

Si quis

SI quis contra euidentissimam iussionem suscipere plebem, & aduersus publicam disciplinã defendere fortasse tentauerit: multã grauissimam sustinebit. *Datum XIII. Kalend. Ianuar. Constantinop. Richomere & Clearcho Coss.*

Prouocans tumultum & clamorem in populo, debet mori pœna seditionis. Bald.

II. Imp. LEO A. Erythrio° præfecto prætorio. °al. Eraclio.

IN nullis locis aut ciuitatibus tumultuosis clamoribus cuiusquam interpellatio contumeliosa procedat, nec ad solam cuiusquam inuidiam petulantia verba iactentur: scituris his qui huiusmodi voces emiserint, mouerintque tumultus, se quidem fructum ex his quæ postulant, nullatenus habituros: subdendos autem pœnis his quas de seditionis & tumultus auctoribus vetustissima decreta sanxerunt. D. II. Non. Mar. Constantinopo. Leone A. VI. Cos.

QVANDO CIVILIS ACTIO CRIMINALI PRAEiudicet, & an vtraq; ab eodem exerceri possit.

TITVLVS XXXI.

In criminalibus publicis, & in priuatis, ciuilis intentata de re familiari, non tollit criminalem, nec econtra. Salyc.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

I. Imppp. VALENS, GRATIANVS & VALENTINIA. AAA. Antonio præfecto prætorio.

A PLERISQVE *prudentium generaliter definitum est, quoties de re familiari & ciuilis & criminalis competit actio, vtraque licere experiri: siue prius criminalis siue ciuilis actio moueatur: nec si ciuiliter fuerit actum, criminalem posse consumi. & similter econtrario. Sic denique & per vim de possessione deiectus, si de ea recuperanda interdicto* Vnde vi *fuerit vsus, non prohibetur tamen etiam lege Iulia de vi publico iudicio instituere accusationem. Et suppresso testamento, cum ex interdicto* de tabulis exhibendis *fuerit actum: nihilo minus ex lege Cornelia testamentaria poterit crimen inferri. Et cum libertus se dicit ingenuum, tã de operis ciuiliter, quàm etiam lege Visellia criminaliter poterit perurgeri. Quo in genere habetur furti actio, & legis Fabiæ constitutio: & plurima alia sunt quæ numerari non possunt: vt cùm altera prius actio intentata sit, per alterã quæ supererit, iudicatum liceat retractari. Qua iuris definitione non ambigitur, etiam falsi crimen, de quo ciuiliter iam actum est, etiam criminaliter esse repetendum. Data Prid.* Kalendas *Ianuar. Treu. Valente* VI. *& Valentiniano* II. AA. *Coss.*

DE

DE CRIMINE EXPILATAE HEREDITATIS.

TIT. XXXII.

Post aditam hereditatem & apprehensam possessionem cessat hoc crimen. Sal.

I. Impp. SEVERVS & ANTONIN. AA. Euphratæ.

E XPILATAE *quidem hereditatis crimen intentare non potes, quando communis arcæ rebus inspectis claues traditas coheredi profitearis. Sed cùm de his exhibendis apud iudicem quæreretur, rationem compensationis induci non oportuit. Exhibitis enim quæ desiderantur, suis iudicibus directa quæstio relinquenda est.* PP. XII. *Kalend. Maij, Antonino* A. II. *& Geta* II. *Coss.*

Priuignus potest agere contra vitricum crimine expilatæ hereditatis. Bald.

II. Imp. ANTONINVS A. Primo.

E*xpilatæ hereditatis crimen aduersus vitricum adito præside prouinciæ non prohiberis persequi.* PP. VII. Kalend. *Mart. Læto* II. *& Cereale Coss.*

Reuerentia nouercæ non facit hoc crimen silere, quando de alia quàm de mariti agitur hereditate. Salyc.

III. Idem A. Helenæ.

S*I aui tui hereditatem adiisti, expilatæ hereditatis crimine aduersus nouercam quon*

NN 5

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

dam tuam experiri non prohiberis. PP. III. *Non. Januar. Sabino & Anulino Coss.*

Vxor defuncti non potest conueniri ab herede crimine hereditatis expilatæ, sed res & fructus extantes possunt vindicari, & consumpti possunt condici. Saly.

IIII. Imp. GORDIANVS A. Basso.

Aduersus vxorem (quæ socia rei humanæ atque diuinæ domus suscipitur) mariti diem suum functi successores, expilatæ hereditatis crimen intendere non possunt. Et ideo res quas per eandem abesse quereris, competenti in rem actione, vel si dolo malo fecerit quo minus res mobiles possideret, ad exhibendum persequere. Fructus autem rerum quas mala fide tenuit, licet expilatæ hereditatis non teneatur crimine, suos non facit, sed extantes quidem vindicari, consumptos verò condici posse procul dubio est. PP. VI. *Kalend. Mart. Attico & Prætextato Coss.*

Legata non minuuntur, licet hereditas expiletur. Saly.

V. Imp. PHILIPPVS A. & PHILIP. C. Simplicio.[a]

[a] al. Supplicio.

Obtentu expilatæ hereditatis, emolumentum legatorum, maxime suspensa cognitione, legatariis iisdémque libertis defuncti auferri non oportet. PP. XV. *Kalend. Februa. Philippo* A. *& Titiano Coss.*

Hæc accusatio est subsidiaria. Saly.

VI.

VI. Iidem A. & C. Basiliæ.

Expilatæ hereditatis crimen loco deficientis actionis intendi consueuisse, non est iuris ambigui. PP. X. *Kalend. Mart. Aemiliano & Aquilino Coss.*

VI BONORVM[a] RAPTORVM.

[a] al. De vi bono. raptorũ. in omnib. manus.

TITVLVS XXXIII.

Actio vi bonorum raptorum habet locum pro vi illata in rebus mobilibus tantum. Sal.

I. Imp. GORDIANVS A. Valerio.

VI bonorum raptorum actionem, quæ cũ pœna sua retrahit ablata: potius ad mobilia, mouentiáque, quàm ad fundos per iniuriam occupatos spectare, explorati iuris est. PP. *Kalend. Martiis, Attico & Prætextato Coss.*

Heres donatoris à donatario auferre res non potest. Bald.

II. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS AA. Longino.

Si res mobiles quarum in te fuerat dominium perfecta donatione translatum, violenter heres donatricis abstulit, vi bonorum raptorum actionem intra annum quidẽ quo experiundi potestas fuit, in quadruplum: post annum in simplum intendere non vetaris. P. VII.[b] Maij.

[b] XII. Kal.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Maij. Seculari & Donato Coſſ.

Etiam rapiens res ſibi obligatas, intra annum tenetur ad quadruplum. Saly.

III. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Euelpiſto.

Res obligatas ſibi creditorem vi rapiẽtem, non rem licitam facere, ſed crimen cõmittere conuenit, eúmque etiam vi bonorum raptorum intra annum vtilem in quadruplum, pòſt ſimpli actione conueniri poſſe non ambigitur. S. VII. Kal. Ianuar. Sirmij, AA. Coſſ.

De raptis à ſeruo dominus ignorans tenetur noxaliter ad quadruplũ intra annum. Sal.

IIII. Iidem AA. & CC. Attalo.

a al. ſeruũ alienum. b dicis. in omnib. c infra.

De his quæ ſeruus a alienus neſciente domino vi rapuiſſe dicitur, b intra c annum in quadruplum vi bonorum raptorum, & poſt in ſimplum dominus eius noxali actione apud competentem iudicem conueniri poteſt. S. II. Kal. Maij, Heracliæ, AA. Coſſ.

Venditionem rei raptę poteſt dominus ratam habere, & agere ad ſimplum: vel improbare, & agere vi bonorum raptorum ad quadruplum. Salyc.

V. Iidem AA. & CC. Domnæ.

Siue negotiorum geſtorum contra nouercam tuam, ſiue actione vi bonorum raptorum (quæ in quadruplum intra annum vtilem, ac pòſt in ſimplum conſtituta eſt) putaueris agendum: notione præſidali poteris experiri. S. VI. Non. Iul. Philippopoli, AA. Coſſ.

DE CRIMINE STELLIONATVS.

TITVL. XXXIIII.

Diſſimulanter rem aliquam pignorans pluribus ſucceſſiuè, tenetur crimine ſtellionatus, Salyc.

I. Imp. ALEXAND. A. Alexandro.

Improbum quidem & criminoſum fateris, eaſdem res pluribus pignoraſſe, diſſimulãdo in poſteriore obligatione, quòd eædem aliis pignori tenerentur. Verùm ſecuritati tuæ cõſules, ſi oblato omnibus debito, criminis inſtituendi cauſam peremeris PP. V. Idus Februar. Pompeiano & Peligno Coſſ.

Etiam rem filij donatam ſi pater obligat ignoranti, tenetur crimine ſtellionatus. Bald.

II. Imp. GORDIAN. A. Valenti.

Si pater tuus in te donationem contulerit, & cum emancipatus eſſes, traditionibus dominium corporum in te tranſtulit, poſteáque creditorem ſortitus: quaſdam earum rerum ſine voluntate tua velut proprias ſuas obſtrinxit: ius tuum non læſit. Nec tamen iniuria ſtellionatus crimine petetur, cùm ſcies alienam rem, te non conſentiente velut propriam ſuo nexuerit creditori PP. II. Kalend. Ianuar. Gordiano A. & Auiola Coſſ.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

III. Idem A. Hadriano.

Stellionatus accusatio inter crimina publica non habetur. PP. *Idib. Aprilis, Attico & Prætextato Coss.*

Crimen committit, qui rem obligatam priori, obligat secundo ignoranti: vel qui animo decipiendi creditorem, cum alio fingit anteriorem obligationem. Salyc.

IIII. Imp. PHILIP. A. Euprepio.*

*al. Eutro peti.

Ignorantia creditoris, cui res pridem apud alios obligatæ, pignoris siue hypothecæ iure obligantur, non sine periculo capi consueuit. Etenim huiusmodi fraudes ad extraordinariã criminis executionem spectare, ac stellionatus commissum seuerissimè esse vindicandum sæpe rescriptum est. proinde siue ignorantiam tuam debitor circunuenire tentauerit, siue obligatione rite perfecta, participato fraudis consilio, per subiectam quasi anteriorem personam dispendium tuum ad occultum compendium suum trahere pertentat: adire suum iudicem potes, congruentem iuri ac debitæ religioni sententiam relaturum. PP. VI. *Id. Maij, Peregrino & Aemiliano Coss.*

DE INIVRIIS.

TITVL. XXXV.

Actiuè vel passiuè non licet seruis iniuriam facere. Salyc.

I. *Imp.*

I. Imp. ALEXANDER A. Syro.

Nec seruis quidem alienis licet facere iniuriam. PP. XI. *Kalend. Decemb. Alexandro* A. *Coss.*

Pro iniuria illata filiæ coniugatæ, marito & patri competit iniuriarum actio. Salyc.

II. Idem A. Clauo.*

Iniuriarum actio tibi duplici ex causa competit: cum & maritus in vxoris pudore, & pater in existimatione filiarum* propriam iniuriam pati intelligantur.* PP. *Prid. Idus Maias, Agricola & Clemente Coss.*

*In vet. est Dauo. *al. tripli-ci. Cont. *filiorum rectè. Cõtius.

Qui alium dicit falsum delatorem, & mentitur, iniuriarum tenetur. Salyc.

III. Imp. GORDIAN. A. Donato.

Si non es nunciator, vereri non debes ne eapropter quòd iniuriæ faciendæ gratia quidam te veluti delatorem esse dixerunt, opinio tua maculata sit: quinimo aduersus eos qui minuendæ opinionis tuæ causa aliquid confecisse comperientur, more solito iniuriarum iudicio experiri potes. PP. II. *Id. Iulias, Gordiano* A. *& Auiola Coss.*

Qualitas personæ, & habitus iniuriati, facit iniuriam atrocem iudicari. Sal.

IIII. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS AA. & VALERIANVS C. Vindio.

Atrocem sine dubio iniuriam esse factam manifestum est, si tibi illata est cum esses in sacerdotio, & dignitatis habitum & orna-

menta

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

*profer-res. *mercem præferres:* & *ideo vindictam potes eo nomine persequi* PP. II.* *Aemiliano & Basso Coss.*

Verba sui natura iniuriosa, præsumuntur animo iniuriandi prolata, nisi contrarium probetur. Salyc.

V. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Victorino.

SI non conuicij consilio te aliquid iniuriosum dixisse probare potes: fides veri à calūnia te defendit. Si autem in rixam inconsulto calore prolapsus, homicidij conuicium obiecisti, & ex eo die annus excessit: cùm iniuriarum actio annuo tempore præscripta sit, ob iniuriæ admissum conueniri non potes. PP. VI. *Id. Iul. ipsis* AA. IIII. & III. *Coss.*

Patronus vel eius heres iniuriam liberto facere non potest. Sal.

VI. Iidem AA. & CC. Flauiano.

CVm nec patronos iniuriam facere libertis, iuris æquitas permittat, proponásque patronæ heredes eum qui libertatem à defuncta acceperat, iniuriis afficere: curabit præses prouinciæ contumeliam heredum compescere. PP. *Id. Iul. ipsis* IIII. & III. AA. *Coss.*

Hoc crimen est priuatum. Salyc.

VII. Iidem AA. & CC. Potentiano.

INiuriarum causa non publici iudicij, sed priuati continet querelam. S. Idib. Februar. Sirmij, AA. *Coss.*

Pr

Pro atroci iniuria in personam serui illata, dominus potest agere ciuiliter & criminaliter ad vindictam. Saly.

VIII. Iidem AA. & CC. Martiano.

DOminum pro atroci iniuria quam seruus eius passus est, edicti perpetui actione proposita, qua damni etiam haberi rationem verbis euidenter exprimitur, agere posse conuenit. S. XV. *Kal. Nouemb.* AA. *Coss.*

Qui liberum dicit seruum infamandi causa, tenetur iniuriarum, nisi sic esse faciat pronunciari. Salyc.

IX. Iidem AA. & CC. Nonnæ.* *al. Nono S.

QVi liberos infamandi gratia dixerint seruos, iniuriarum actione conueniri posse non ambigitur. S. VI. *Kal. Decemb. Nicomediæ,* AA. *Coss.*

Dicens alicui verba iniuriosa per viam iudicij, si desistit à procedendo, potest iniuriarum conueniri. Bald.

X. Iidem AA. & CC. Paulo.

SI quidem auiam tuam ancillam (infamandi causa) reipublicæ ciuitatis Comanensium dixit Zenodorus, ac recessit: iniuriarum actione statim conueniri potest. Nam si perseueret in ea causa facultatem habens agendi, super hac re deferri querelam, ac tunc demum, si non esse serua fuerit pronunciata, postulari conuenit. S. XV. *Kal. Ianuar. Nicomediæ,* CC. *Coss.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Causam iniuriarum ciuilem, vel criminalem, tam actiuè, quàm passiuè possunt illustres per procuratorem exercere. Sal.

XI. Imp. ZENO. A. Alexandro viro illustri.

SI quando iniuriarum actio, quam inter priuata delicta veteris iuris auctores connumerant, à quibuslibet illustribus viris militantibus, seu sine cingulo constitutis, vel vxoribus eorum, vel liberis masculini sexus, vel filiabus (superstitibus videlicet patribus aut maritis illustribus) vel si aduersus aliquam huiusmodi personam criminaliter fortè mouetur: ipsos quidem qui super iniuria queruntur, inscribere: aliáque omnia quæ in huiusmodi causis de more procedunt, solenniter obseruare decernimus: licere autem illustri accusatori, vel reo, vel vxori, vel liberis masculini sexus, seu filiæ itidem illustris superstitis, causam iniuriarum in quocunque iudicio competenti per procuratorem criminaliter suscipere, vel mouere: sententiam iudice contra eum qui procuratorem dederit (etsi ipse non adesset iudiciis, sed causam per procuratorem dicere) legibus prolaturo: ita tamen, vt nullus alius idem sibi audeat vindicare, vel à nostro numine postulare: sed in cæteris mos iudiciorum qui hactenus obtinuit, in posterum seruetur intactus. Dat. v. Non. Nouembr. Constantinop. Illo v.c. Coss.

DE FAMOSIS LIBELLIS.

TITVLVS XXXVI.

Qui famosum carmen de aliquo inuenerit, illud pandere non debet. Sal.

I. Impp. VALENTINIA. & VALENS AA. Edictum.* *al. Imperatores Val. & Valens ad Edictum. *in Codi. Th. eo. ti. lib. 9. l. 7. & 9.

SI quis famosum libellum, siue domi, siue in publico, vel quocunque loco ignarus repererit: aut corrumpat priusquam alter inueniat, aut nulli confiteatur inuentum. Si vero non statim easdem chartulas vel corruperit, vel igni consumpserit, sed vim earum manifestauerit: sciat se quasi auctorem huiusmodi delicti capitali sententiæ subiugandum. Sanè si quis deuotionis suæ, ac salutis publicæ custodiam gerit: nomen suum profiteatur, & quæ per famosum libellum persequenda putauerit, ore proprio edicat: ita vt absque vlla trepidatione accedat, sciēs quidem quòd si assertionibus suis veri fides fuerit opitulata, laudem maximam & præmium à nostra clementia consequetur. Sin vero minimè hæc vera ostenderit, capitali pœna plectetur. Huiusmodi autem libellus alterius opinionem non lædat.* PP. XVI. *Kalend. Mart. Constantinop. Valentiniano & Valente* AA. *Coss.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

DE ABIGEIS.

TIT. XXXVII.

Crimen abigeatus sine inscriptione potest proponi. Salyc.

I. Impp. HONOR. & ARCAD. A A. Pasiphilo.*

*Ex Cod. Th. lib. 2. tit. 1. l. 8. Pars l. momentariæ. ff. vnde vi. & l. pen. ff. de accusa.

ABacti animalis accusatio nō solum cum inscriptionibus, sed etiam sine ea obseruatione proponitur. Dat. VIII. Kalend. Ian. Mediolani, Olybrio & Promoto Coss.

DE NILI AGGERIBVS NON RVMPENDIS.

TITVL. XXXVIII.

Rumpentes aggeres Nili, vel eius aquam vltra solitum occupantes, concremantur: & eius criminis participes deportantur, sine spe veniæ. Salyc.

I. Impp. HONOR. & THEO. A A. Anthemio. PP.*

*Ex Cod. Th. lib 9. tit. 32. l. 1.

SI quis posthac per Aegyptum intra duodecimū cubitum fluminis Nili vltra fluenta de propriis ac vetustis vsibus præter fas prætérque morem antiquitatis vsurpauerit: flammis eo loco consumatur, in quo vetustatis reuerētiam, & propemodum ipsius imperij appetierit securitatē: consciis & consortibus eius deportatione constringendis: sic vt

vt nunquam supplicandi eis, vel recipiendi ciuitatem vel dignitatem vel substantiam licentia tribuatur. Dat. X. Kalend. Octob. Constantinop. Honorio VIII. & Theodosio III. AA. Coss.

DE HIS QVI LATRONES VEL ALIIS CRIMINIBVS REOS OCCVLTAVERINT.*

*C. Th. 9. 29. l. & se.

TITVL. XXXIX.

Eadem pœna puniuntur receptatores, qua rei principales. Saly.

I. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA. Simplicio Vic.

EOs qui secū alieni criminis reos occultando, eum eámve sociarunt: par ipsos & reos pœna expectet: & latrones quisquis sciens susceperit, & eos offerre iudicibus supersederit, supplicio corporali, aut dispendio facultatum, pro qualitate personæ & iudicis æstimatione plectetur. PP. Romæ, X. Kalend. April. Gratiano A. III. & Equitio V. C. Coss.

II. Imp. MARTIANVS A. Palladio præfecto prætorio.

SI qui latrones, seu aliis criminibus obnoxij in possessione degunt, seu latitant: dominus possessionis si præsto est, aut procuratores si dominus abest, seu primates possessionis vltro eos offerant: aut si scientes hoc sponte

non fecerint, conueniantur à ciuili officio, vt tradant prouinciali iudicio eos qui requiruntur, sub examine iudicis arguendos, & pœnas post documenta congruas subituros. Si verò exhibere eos domini vel procuratores aut primates possessionis distulerint: tunc ad detinendos eos [adito *] rectore prouinciæ omnia ciuilia dirigantur auxilia. Sin autem propter multitudinem fortè eorum qui in prædio sunt, ciuile adminiculum sufficere non posse constiterit, & memorati audaces executoribus obiecerint manus, vel aliàs parere distulerint: tunc iudex prouinciæ memor periculi sui, à viro deuoto tribuno seu primatibus militum qui in locis sunt, auxilium postulet: vt per militarem manum correpti accusati, sine damno atq; læsione cuiuslibet legibus offerantur, & conuicti pœnas subeant competentes: non ignaro iudice, quòd si aduersus innocentem ob aliam causam præter latronũ vel aliorum nocentium inuestigationem, militare auxilium postulauerit, aut dispendiis adfici prouinciales concesserit: commotione seuerissima (prout tua celsitudo iudicauerit) ferietur. Tribuni etiam siue primates numerorum [vel officiorum *] qui in locis sunt, admoniti per literas iudicis, si adminiculum militare præbere noluerint, aut si ab ipsis militibus damna prouincialibus inflicta fuerint: & damna & læsiones

* deest in omnibus.

* deest in manuscr.

siones restituent, & acerrima condemnatione pro arbitrio virorum illustrium magistrorum militum ferientur. Domini etiam prædiorum, seu procuratores vel primates possessionum impunes non manebunt, si præsentes & scientes vltro non obtulerint nocentes, vel admoniti eos exhibere distulerint. nam dominus quidẽ, possessionis dominio priuabitur: procurator verò seu primates perpetuo exilio subiacebunt. Ipsi quoque procuratori vel domino vel primatibus possessionis, si se ad comprimendam multitudinem rusticanorum sufficere non posse firmauerint, & id prouinciali iudicio palam fecerint: militare auxilium rector prouinciæ à tribuno vel à primatibus numeri faciet dari, si ciuilia non posse sufficere perspexerit. Si verò post exhibitionem eorum qui accusantur, innocentes eos esse, & nihil criminis admisisse patuerit: accusatores pœnam quæ in calumniatores exercenda est, subire cogantur. Exemplo enim graue est sic latronem requirere, vt innocentibus periculum fiat. Datum XII. Kalen. Ianu. Constantinopoli, Mariniano & Asclepiodoto Coss.

DE REQVIRENDIS REIS.

TITVLVS XL.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Contra absenté de graui crimine accusatum non fertur definitiua: sed citati non comparentis bonorum adnotatio debet fieri. Sal.

I. Imp. ANTONINVS A. Rustico.

CVm absenti reo grauia crimina intentantur, sententia festinari non solet, sed adnotari, vt requiratur, non vtique ad pœnam, sed vt potestas ei sit purgandi se, si potuerit. Postquam verò requirendus factus intra annum redierit, & si se crimine purgauerit, res arbitrio iudicis signatas recipiat. Sin verò intra id tempus reuersus, post intimationem suam fuerit defunctus: etsi necdum se purgauerit, ad heredes proprios res transmittat. Dat. Tusco & Basso Coss.*

Adnotati bona intra annum non comparentis, irreuocabiliter confiscantur: & postea veniens repertus nocens, punitur: innocens verò absoluitur, non propterea bona recuperat. Salyc.

[a] C.T.9.1.2 II. Imp. CONSTANTIN. A. ad Ianuarium.[a]

QVicunque ex eo die quo reus fuerit in iudicio petitus, intra anni spacium noluerit adesse iudicio: res eius fisco vindicentur. Et si postea repertus, nocens fuerit deprehensus, seueriori sententiæ subiugetur. Sed & si argumẽtis euidentibus, & probatione dilucida innocentiam suam purgauerit, nihilo minus

minus

minus facultates eius penes fiscum remaneant. Datum Idibus Ianuar. Constantino A. V. & Licinnio Cæs. Coss.

Contumax in ciuili causa non notatur etiam facti infamia. contumax verò in causa criminali, adficitur infamia facti. Salyc.

III. Impp. HONORIVS & THEOD. A A. Palladio præfecto prætorio.

IN pecuniariis causis edictum contra latitantem propositum, existimationem eius non lædit. Criminalis verò programmatis tenor hanc tantam ferat de iure censuram, vt inter reos adnotati, non tantùm patrmonium debeat transferre, sed & famæ existimationem lædere. Dat. VII. Kalend. Iul. Rauennæ, Eustachio & agricola Coss.

DE QVAESTIONIBVS.

TIT. XLI.

Regulariter etiam in criminalibus serui non torquentur in dominos. Salyc. [a] Antigonæ. sic in vet. & fortè legendũ Antigono. vt sit illud rescriptũ quod citatur in l. 1. §. itẽ. D. c.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS A A. Antianæ.[a]

QVæstionem de seruis contra dominos haberi non oportet, exceptis adulterij criminibus, item fraudati cẽsus accusationibus, & crimine maiestatis, quod

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ad salutem principis pertinet. *In cæteris autem quamquam ea quæ seruus contra dominum dixit, iudicaturi sententiam formare non debeant: tamen si aliis quoque probationibus fides veritatis inuestigetur, præscriptionis inuidia euanescit. In pecuniariis verò causis nec inopia probationum seruos contra dominum interrogari posse manifestum est.* PP. *Kalend. Ian. Fusco* II. *& Dextro Coss.*

Serui non audiuntur contra tutorem, vel matrem domini sui. Bald.

II. Iidem AA. & CC. Catulo.

I*Nsolitum est, & graue exemplo, audiri seruos aduersus tutores, vel matrem dominorum suorum: nisi tutelæ agatur. Proposita tertio Idus Septembris, Chilone, & Libone Consulibus.*

Præcedentibus indiciis verisimilibus, mulier quæ de maleficio mariti impetitur, est torquenda. Bald.

III. Imp. ANTONINVS A.

C*Vm cognitionaliter audisset, dixit:*[a] *Primùm serui alieni interrogabuntur, si præstita fuerint ex tanto scelere argumenta, vt videantur accedere ad verisimilia causæ crimina. ipsa quoque mulier torquebitur. Neque enim ægrè feret si torqueatur, quæ venenis suis viscera hominis extinxit.* PP. VII. *Kalendas April. Sabino & Anulino Coss.*

[a] In quibusdã exem. incipit hæc l. Primũ, cuius inscriptio est. Im. Anto. A. cũ cognitionaliter audisset, dixit.

Non

Non est credendum de facili confesso de se & sociis: sed si alleget euidentem rationem vel aliud verisimile quod instruat iudicem, debet procedere ad inuestigationem veritatis. Bald.

IIII. Pars ex rescripto imperatoris ANTONINI A.

S*Icuti conuictis confessisque ad societatem scelerum vocantibus eos à quibus apprehensi custoditíve sunt, facilè credi non oportet: ita si euidentibus rationibus post commissum communiter facinus ad euitandam de se sententiam id fecisse fuerint probati, publicæ vindictæ non sunt subtrahendi.* PP. V. *Kalend. April. Sabino & Anulino Coss.*

Etiam si de nece defuncti vindicãda tractatur, serui libertate donati non indistinctè torquentur. Salyc.

V. Imp. ALEXAND. A. Respecto.

N*Ec si mors testatoris vindicãda est, quæstioni indiscretè subiiciuntur hi qui libertatem supremo iudicio acceperunt.* PP. VI. *Id. Mart. Iuliano* II. *& Crispino Coss.*

Seruus vel libertus non torquetur in dominum vel patronum, vel pro eo. Salyc.

VI. Imp. GORDIANVS A. Herodiano.

P*Ridem placuit domestica seruorum seu libertorum propriorum vel maternorum*[a] *interrogatione in causis ad dominos vel patronos pertinentibus abstinendum esse: vt neque pro his, neque aduersus eos in capitalibus vel*

[a] paternorum.

pecun

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

pecuniariis quæstionibus veritatis vim obtinere possit, quod in confessionem ab eis fuerit deductum. PP. VII. *Idus Maij, Sabino & Venusto Coss.*

Seruus non torquetur contra dominum volentem vel inuitum. Salyc.

VII. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. Vrbanæ.

SEruos qui proprij indubitatè iuris tui probabuntur, ad interrogationem nec offerente te produci sineremus: tantum abest, vt etiam inuito te contra dominam vocem rumpere cogantur. PP. *Kalend. Nouembr. Maximo* II. *& Aquilino Coss.*

Milites etiam veterani, & eorum filij, necnon cæteri in dignitate positi, etiam præcedentibus indiciis, non debent torqueri, nisi à militia ignominiosè sint dimissi. Salyc.

VIII. Iidem AA. ad Sallustium præsidem.*

*Sallustianum. vet.

* al. subiugari.

MIlites neque tormentis, neque plebeiorum pœnis in causis criminum subiungi concedimus, etiam si non emeritis stipendiis suis videantur esse dimissi: exceptis his qui scilicet ignominiosè sunt soluti. quod & in filiis militum & veteranorum seruabitur. Oportet autem iudices nec in his criminibus quæ publicorum iudiciorum sunt, ad inuestigationem veritatis à tormẽtis initiũ sumere: sed argumẽtis primùm verisimilibus probabilibúsque vti.*

Et si

Et si his veluti certis indiciis ducti, inuestigandæ veritatis gratia ad tormenta putauerint esse veniendum: tunc id demum facere debebunt, si personarum conditio patiatur. Hac enim ratione etiam vniuersi prouinciales nostri fructum ingenitæ nobis beneuolentiæ consequentur. PP. *sine die & consule.*

In causa ingenuitatis ad torturam potest perueniri. Salyc.

IX. Iidem AA. & CC. ad Charissimum* præsidem Syriæ.

* al. Cariũ. Cót.

SVper statu ingenuitatis per omnia interrogationum & quæstionum vestigia decurrẽdum est: ne alienæ fortè sordidæ stirpes splendidis & ingenuis natalibus audeant subrogari: vel propria ac debita, per compositam quæstionem, quibus competit, successio denegetur. Datum VI. *Id. Maij, Emissa ipsis* IIII. *&* III. AA. *Coss.*

Super falsitate testamenti potest seruus hereditarius torqueri: etiam si ei libertas sit præstita. Salyc.

X. Iidem AA. & CC. Ptolemæo.

CVm testamentum falsum esse proponas: ad illuminandam veritatem seruos hereditarios (etsi libertas eis ab eo qui se heredem esse adfirmat, præstita est) etiam per tormenta interrogari, constitutionibus principum est permissum. PP. VI. *Kalend. Septemb. ipsis* IIII. *&* III. AA. *Coss.*

In

In dignitate vel præeminétia positi, & eorum liberi vsque ad pronepotes, nec pœnis plebeiorum, nec quæstionibus debent subiici. Salyc.

XI. Iidem AA. & cc. Boetho.

[a] l.7.D.de senatoribus.

DIuo[a] Marco placuit, eminentissimorum quidem necnon etiam perfectissimorum virorum vsque ad pronepotes liberos, plebeiorum pœnis vel quæstionibus non subiici, si tamen propioris gradus liberos per quos id priuilegium ad vlteriorem gradum transgreditur, nulla violati pudoris macula adspergit. In decurionibus autem & filiis eorum hoc obseruari vir prudentissimus Domitius Vlpianus in publicarum disceptationum[a] libris ad perennem scientiam & memoriam refert. PP.V.Kal. Decemb. ipsis IIII. & III. AA. Coss.

[a] al. disputationú. al. dispositionum.

Si inter duos est quæstio de dominio, serui, potest ipse torqueri. Salyc.

XII. Iidem AA. & cc. Aspro.

QVoties de dominio mancipiorum tractatur, si aliis probationibus veritas illuminari non possit: de se ipsa esse cum tormentis interroganda, iuris auctores probát. PP.III. Id. Maij, Sirmij, Tiberiano & Dione Coss.

Si quæstio sit inter duos se contendentes heredes, serui hereditarij possunt torqueri. Salyc.

XIII. Iidem AA. & cc. Philippæ.

HOc quod placet, si de hereditate quæratur, hereditarios seruos interrogari, tibi opitulari non potest. Vbi enim de dominio incertum est, ad quem hereditas[a] pertineat: merito per interrogationem hereditarij serui ad veritatis indaginem peruenitur. Tu autem adseuerando seruum communem esse, non dubitas portionem ad eum pertinere, contra quem interrogari eum cupis. Quæ res quæstionem haberi ab eo non permittit: cum nec communis seruus aduersus dominum communem, qui non occidisse socium suum dicatur, interrogari possit. S.III. Kalend. Maij, Heracliæ, AA. Coss.

[a] al. ex hereditate.

Nedum pro domino presenti, sed nec pro præterito seruus potest torqueri. Salyc.

XIIII. Iidem AA. & cc. Constantio.

SEruos non solùm pro dominis sub quorum dominio sunt cōstituti, sed nec pro his quorum antea fuerunt, interrogari posse constat. S.VIII. Id. April. CC. Coss.

Vbi de facto serui quæritur, ipse potest torqueri. Salyc.

XV. Iidem AA. & cc. Maximo.

INterrogari seruos de facto suo, non solùm in criminali causa, sed etiam in pecuniaria (veluti quando per eos depositi vel commodati nomine, vel aliis causis legibus cognitis res aliis præstitæ[a] sunt) posse, non ambigitur. S.V. Id. Aprilis, CC. Coss.

[a] permissæ.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Decuriones prohibentur torqueri, nisi contra principem vel rempublicam dicantur moliti, pœna capitis imminente iudici in contumeliam ordinis torquenti. Salyc.

XVI. Impp. VALENTIN. VALENS & GRAT. AAA. ad Antonium præfectum prætorio Gallianorum.[a]

[a] Legēdū, Galliarū. Contius.

[b] c.T.9.35.2.

DEcuriones[b] siue ob alienum siue ob suum debitum, exortes omnino earũ volumus esse pœnarum, quas fidiculæ & tormenta constituunt. Quod quidem capitale iudici erit, si in contumeliam ordinis exitiúmque tentetur. Maiestatis tantũmodo reos, & (quæ nefanda dicto[c] sunt) conscios, aut molientes ex ordine municipali, maneat tam cruēta conditio. Dat. XV. Kalend. Octobr. Treueris, Valente V. & Valentiniano AA. Coss.

[c] al. dictu. al. dicta. rectè, vt in C.T.

Nec gratia nec pecunia iudex debet innocentes vel dignitate munitos torquere: & memoria pristinæ dignitatis prodest.

XVII. Imp. ARCADIVS & HONOR. AA. Messalæ PP.

NIhil sibi deflectens à iustitia indignatio cognitorum, nihil venalis exigentium terror in eas quæ aut innocentia securæ, aut principali sunt honore munitæ, intelligat licere personas, ad inferendas iniurias corporales. habeat hanc mercedem laboris multorum munerum testimoniis commendata deuotio. Idémq; & si munera[d] decurionatus quis deposuerit, nam & ipse propter pristinā dignitatē quæstionem non patitur. Dat. XII. Kalend. Septemb. Theodoro V. C. Cos.

[d] al. munia. rectè, vt in omnibus manuscrip.

In quæstione hereditatis, vel de rebus hereditariis serui hereditarij possunt torqueri. Bald.

XVIII. Imp. IVSTINIA. A. Demostheni præfect. præto.

DE tormentis hereditariorum seruorum sancimus nullo discrimine secũdum anteriores leges & constitutiones interposito, siue de iure hereditatis aliqua moueatur inter heredes quæstio, siue de corporibus tantum hereditariis, siue de vtroque eorum: seruos de corporibus tantùm hereditariis interrogari, & licere seruos eos tantummodo, qui res gerendas detinent, siue in seruitute relicti sunt, siue libertatem adipisci per vltimam testatoris voluntatem præcepti sunt, in quæstionem rerum hereditariarum deduci, & ex his ea quæ occulta[e] sunt reuelari: prius tamen sacramento super his à nobis statuto præstando. Data XV. Kalen. Octob. Chalcedone, Decio V. C. Cons.

[e] occultata.

DE ABOLITIONIBVS.[f]

TITVLVS XLII.

[f] Quinq; tituli sequentes pertinent ad SC. Turpillianū. Cont.

Accusatio cuius abolitio est concessa à præside, non repetitur nisi à principe impetretur. Saly.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Paternæ.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

PRAESES prouinciæ si perspe xerit abolitionem ad omnia cri mina quæ mota sunt pertinen- tem, à se impetratam: ne semel finita instaurentur, intercessio- ne auctoritatis suæ prospiciet. Supplicatione ve- ro porrecta nutui principali, præfata abolitio- ne sopitum crimen, ab eadem persona reuocari potest. PP. XV. Kalend. Decembr. Diocletiano III. & Maximiano AA. Coss.

"priuata. "renouari. rectè: & sic in omnibus.

Abolitio priuata concedenda est à iudice causa cognita. Salyc.

II. Imp. CONSTANTINVS A. ad Ianuarium præfectum vrbi."

"Cod. Th. 9. 37. 1. paulò aliter. Cont.

ABolitio præsentibus partibus causa cognita non à principe, sed à competenti iudice postulari debet: id est, si per errorem, seu temeritatem, seu calorem ad accusationem prosiluerit. hoc enim accusator explanans, abolitioni locum faciet. Sin autem per deceptionem, vel pecuniis à reo corruptus ad postulandam abolitionem venit: redemptæ miserationis vox minime admittatur, sed aduersus nocentem rerum inquisitione facta, pœna competens ingeratur." Hi autem qui suam suorúmque iniuriam defendunt, & qui cognatos suos in accusationem deducunt: omnimodo abolitionem petere non prohibentur. Dat. XVI." Kal. Decem. Serdicæ, Constantino A. V. & Licinio Coss.

"exeratur.

"VI.

Per

Per calumniam accusanti, non debet abolitio concedi. Salyc.

III. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Probum."

"c. T. ibid. l. 3.

FAllaciter incusantibus accusationis abolitio non dabitur. Sin autem syncera mente accusationem instituerit, & reus aliquid iniuriæ inscriptionibus illatæ tolerauerit, id est si vel carceres sustinuerit, vel tormenta, vel verbera, vel catenas, abolitio non petetur: nisi forte ille qui hæc passus est, suum consensum ad petendam abolitionem accommodauerit. Quando autem reus nihil tale passus est: postquam fuerit officij custodiæ traditus, intra dies triginta accusatori petēti, etiam inuito reo dari permittitur. Post hoc verò tempus, nisi reus consentiat, censemus non esse tribuendam. Quòd" si ingenuorum, licet plebeiorum, qui conscij & participes criminum non erant, testimonij gratia corpora fuerint lacerata verberibus, tormentísque vexata, abolitionem etiam duarum partium consensu petitam, iubemus vigore iudicis denegari: & crimen propositum, cuius examen tormentis iam cœperat agitari. Sin autem testibus tormenta minime sunt illata: etiam sic abolitio non dabitur in illis criminibus (vt in violata maiestate, aut patria oppugnata, vel prodita, aut peculatus admisso, aut sacramentis desertis. omniá-

"c. T. ibid. l. 4.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

que quæ iure veteri continentur) in quibus iudex non minus accusatorem ad docenda quæ detulit, quàm reum ad purganda quæ negat, debet vrgere. Data II. Id. Octobr. Treueris, Valentiniano N. P. & Victore Conss.

DE GENERALI ABOLITIONE.

TIT. XLIII.

Generali abolitione finita, intra XXX. dies accusatio potest repeti, & non vltra. Salyc.

I. Imp. ANTONINVS A. Rutiliano consulari Ciliciæ.

QVI potentatus,[a] *& vis, aliorúmque criminum reum fecit, si post abolitionem ex forma solita reorum factam, & post edicta proposita intra diē statutum repetere supersederit: persequi crimina volens non est audiendus.* PP. VIII. Kal. Maij, Læto II. & Cereale Coss.

[a] impressionis. l. si per impressionē ff. de his quæ vi metúsque causa.

Si reus non erat accusatus tempore quo publica abolitio superuenit: ea finita etiam post XXX. dies accusari non prohibetur. Salyc.

II. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIA. AA. Paulino.

CVM *eo tempore quo indulgentia nostra crimina extinxit, accusatio à te instituta non fuerit: publicæ abolitionis præscriptio cessat.* PP. VI. Idus Februar. Maximo II. & Aquilino Coss.

Indulgentia remittit pœnam, non infamiam. Salyc.

III. Imppp. VALENT. VALENS. & GRATIA. AAA. ad Senatum.[a]

INdulgentia,[b] *patres conscripti, quos liberat, notat: nec infamiam criminis tollit, sed pœnæ gratiam facit.* Dat. XIIII. Kalend. Iun. Treueris, Gratiano A. II. & Probo Coss.

[a] Cod. Th. e. tit. l. 5.
[b] i. abolitio. sic l. 17. ff. ad Turpill.

VT INTRA CERTVM TEMPVS CRIMINALIS QVAESTIO TERMINETVR.

TIT. XLIIII.

Non prosequens accusationem intra tempus legitimum, in quarta parte bonorum multatur, & infamia notatur. Salyc.

I. Imppp. VALENT. THEODO. & ARCAD. AAA. Desiderio vic. Asiæ.[a]

QVISQVIS *accusator reum in iudicium sub inscriptione detulerit, si intra statutum tempus accusationem cœptam persequi supersederit, vel (quod est contumacius) vltima die adesse neglexerit: quarta bonorum omnium parte multatus, aculeos consultissimæ legis incurrat, scilicet manente infamia quam veteres iusserant sanctiones.* Dat. IIII. Id. Iul. Treueris, Arcadio A. I. & Bautone Coss.

[a] Cod. Th. 9. 36. I.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Dilationes necessarias non superuacuas debet iudex dare vtrique parti. Sal.

II. Impp. HONOR. & THEO. AA. Cæciliano P. P. post alia.[b]

[a] Cod.Th. 9.36.2.

NOuerint iudices cuilibet culmini honoriue præsidentes, necessariis vtrique parti (si petantur) dilationibus non negatis, præcedentibus scilicet inscriptionibus intra certum tempus criminales causas limitandas: quo emenso subeat accusator qui destitit, pœnam legibus constitutã. Et si persona vilior fuerit, cui damnum famæ non sit iniuria, pœnam patiatur exilij: nisi forte intra statuti temporis metas consensus partium abolitionem poposcerit. Iudicum autem debet esse diligentia, vt si nulla rationabilis à reo vel accusatore dilatio postuletur, vrgeant talium causarum notionem non expectatis moris. Dat. XII. Kalen. Feb. Rauennæ, Honorio VIII. & Theodosio III. AA. Coss.

Causæ criminales intra biennium sunt terminandæ, pœna iudici negligenti imminente.

III. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto prætorio.

[a] l. properandum. 7. de iud. [b] deest.

CRiminales causas omnimodo intra duos[a] annos à contestatione litis connumerandos finiri censemus, nec vlla [alia[b]] occasione ad ampliora produci tempora: sed post biennij excessum minime vlterius lite durante, accusatum absolui: scientibus iudicibus eorúmque

officiis,

officiis, quòd si litigatoribus admonentibus, ipsi litis introductionem vel examinationem distulerint, pœna vicenarum librarum auri feriantur. Datum Kalend. April.

AD SENATVSCONSVLTVM TVRPILLIANVM.

TITVLVS XLV.

Desistens præter abolitionem à causa criminis publici iudicij, incidit in Turpillianum. Salyc.

I. Imp. ANTONINVS A. Amato.[a]

[a] al. Aniano. Cont.

IS demum in senatuscõsultum incidisse videtur, qui crimẽ publici iudicij detulit: & causa criminis ordinata, id est inscriptionibus depositis, & fideiussore de exercenda lite præstito, eóque qui accusatur sub custodia officij facto, non impetrata abolitione ab executione criminis destitit.

Fideiussor non tenetur vltra quantitatem quam promisit. Sal.

II. Imp. GORDIAN. A. Appio.

SI pro eo qui in crimen[a] subscripsit, fidem tuam adstrinxisti, isque destitit, & commissa stipulatio est[b]: non vltra quantitatem quam spopondisti, obligatus es: eo qui destitit, infamia nihilo minus notando, & extra ordinem secundum iudicialem motum puniendo.

[a] al. crimine. Cont.

[b] al. stipulatione.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Desistens ab accusatione criminali sub prætextu certæ finalis causæ, non potest ad illam reuerti. Bal.

III. Impp. VALERIANVS, & GALLIENVS AA. Syllano.*

*al. Arcadio. Cōt.

QVamuis eum ordinem scriptura contineat, vt primò abolitio criminis posceretur, & tunc dehinc omnibus placitis obtemperaretur: non obseruantibus tamen aduersariis pactorum fidem, instaurare accusationem minimè potes, à qua ipse destitisti. PP. Prid. Non. Iul. Tusco & Basso Coss.

Qui accusationem deseruit, amplius illam non repetit. Salyc.

IIII. Iidem AA. Patrophilo.

SI is de quo supplicas, contra parentes vestros desertam (vt dicis) accusationem cœperit persequi: præscriptio illi in iudicio præsidis destitutæ rei poterit opponi. PP. Prid. Non. Maij, Seculari & Donato Coss.

Mulier pacto desistens ab accusando, incidit in Turpillianum. Salyc.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANVS AA. Matronæ.

SI fœmina suam suorúmque iniuriam exequatur, cum ipsa pacto contra vetitum destitisse profiteatur: in senatusconsulti Turpilliani pœnam eam incidisse, certi iuris est. Subdita VII. Non. April. CC. Coss.

Ille dicitur destitisse, qui deposuit animum prosequendi: non qui aliquantisper distulit. Bal.

VI. Iidem AA. Lucilio.*

*Luciliano.

IN executionibus criminum obtinuisse videtur, illos destitisse, qui animum accusationis implendæ prorsus deseruerunt. Cum igitur aliis ex causis, vel simplicitatis ratione, necdū te ad finem vindictæ peruenisse preces tuæ testentur: poteris postposita formidine impedimenti super aliquantulo silentio, institutam accusationem secundum leges perferens, quam probabis tibi debitam vindictam reportare. PP. III. Kalen. Iul. Diocletia. VI. & Max. AA. Coss.

DE CALVMNIATORIBVS.

TITVLVS XLVI.

Accusatoris calumnia iudicis officio mercenario punienda est tempore quo fertur absolutoria, non postea. Saly.

I. Imp. ALEXANDER A. Sabino.*

*Sabiniano. al. Sauiniano.

CALVMNIA eo tēpore coërceri solet quo de causa præsente accusatore iudicatur: ideóque posteaquam de causa iudicatū est, contra consuetudinem calumniam accusatoris puniri desideras.

A præsumpta calumnia excusatur mater, & heres vindicans necem defuncti. Saly.

II. Idem A. Apolloniæ.

MAter inter eas personas est, quæ sine calumniæ timore necem filij sui vindicare possunt. Idq; beneficium senatusconsulti

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

& in aliis publicis iudiciis seruatum est. Sed extraneus heres qui suspicionem quam de morte sua habuisse defunctus cauit, exequitur, hoc nomine à calumnia excusatus est: cum inter voluntariam accusationem, & officij necessitatem heredis, multum intersit. PP. VI. *Kal. Iul. Iuliano & Crispo Conss.*

Non probans crimen quod intendit, non infamatur, nisi de calumnia damnetur. Salyc.

III. Idem A. Æmilio.[a]

[a] Aemiliano. Cót.

QVI non probasse crimen quod intendit pronunciatur: si calumniæ nõ damnetur, detrimentum existimationis non patitur. Non enim si reus absolutus est, ex eo solo etiam accusator qui potest iustã habuisse veniendi ad crimen rationem, calumniator credendus est.

Filius accusans de morte patris, excusatur à præsumpta calumnia. Bald.

IIII. Imppp. CARVS, CARINVS & NVMERINVS AAA. Arcadio.[a]

[a] Archelao. Cót.

CAlumniæ pœna in paternæ mortis accusatione cessat. PP. XI. *Kalend. Decemb. Caro, & Carino* AA. *Conss.*

In causa criminali non probans punitur de calumniis, non in causa ciuili etiam liberali. Sal.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. Cæsio.[a]

[a] aliàs, Cestio. Cót.

QVI calumniatores pronunciantur: in publicorum duntaxat iudiciorum quæstionibus,

nibus, non etiam in liberalibus causis, quæ priuatas disceptationes continẽt, periclitari solent.

Faciens torqueri seruos alienos per calumniam, tenetur ad duplum. Bal.

VI. Iidem AA. Domitio.[a]

[a] Domitiano.

DOminis seruorum per accusatoris calumniam tortorum, aduersus eum pœna dupli lege Iulia prouidetur. S. XV.*

Ante inscriptionem accusatoris nedum reus non debet adduci, sed nec accusatio recipi. Saly.

VII. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Valerianum P V.[a]

NON prius quemquam sinceritas tua ad tuæ sedis examen iubebit adduci, quàm solennibus satisfecerit qui nititur fidem doloris adserere: cum iuxta formam iuris antiqui, ei qui cœperit arguere,[a] aut vindicta proposita sit, si vera detulerit: aut supplicium, si fefellerit.[a]

Ex Cod. Theo. lib. 9 tit. 1. l. 9

[a] Vrguere legẽd. sícque reperi in meis manus. & C. Theodos. quod etiam notauit Cuiacius. Cont.

Accusator licet submissus, à pœna calumniæ non excusatur. Saly.

VIII. Imppp. GRATIA. VALENT. & THEOD. AAA. Menandrio Vic. Asiæ.

NOstris & parentum nostrorum constitutionibus comprehensum est, eos qui accusationem alienis nominibus præsumpsissent, delatorum numero esse ducendos: atque ideo calumniosissimum caput, & personam iudicio irritæ delationis infamiæ supplicium sequatur: quo posthac singuli vniuersique cognoscant

[a] D. VII. Kal. Dec. Remis. Grat. N P. & Gadalaifo Coss.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

sciant non licere in eo quod non possit ostendi, iudicum animos commoueri. Dat. VIII. Id. Maij, Constantinop. Arcadio A. & Bautone Coss.

Per calumniam accusantibus nõ prosunt beneficia abolitionum, etiam à principe concessa. Salyc.

Cod.Th. 9.37.3.

IX. Iidem AAA. Floro præfecto prætorio.

FAllaciter incusantibus, maximè post exhibitionem accusati, nullius iuris color veluti deriuata excusatione proficiat: non publica quidem abolitio, non priuata talibus proficiat subueniátque personis: non specialis indulgẽtia, nec beneficium quidem eos generale subducat. Dat. XV. Kal. Iun. Constantinop. Antonio & Syagrio Coss.

quidam ait in vet. aliquo libro legi, deiurata accusatione.

Nemo potest mentiri impunè. Bald.

X. Impp. HONOR. & THEODO. AA. Coss. præt. tribu. pleb. Senatui suis S.D.

pars l. vl. ff. de accusatio.

QVisquis crimen intendit, non impunitam fore nouerit licentiam mentiendi: cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicij. D. VIII. Id. Aug. Rauennæ, Asclepiodoto & Mariniano Coss.

DE POENIS.

TITVL. XLVII.

Deportatus, & in opus publicum aliud quàm metalli damnatus, æquiparantur. Salyc.

I. Imp.

I. Imp. TIT. AELIVS ANTONINVS A. Lucio.

al. Luciano.

ETiam in opus perpetuum damnati, non dissimilis conditionis sunt ab his qui deportantur in insulam. PP. sine die & Cos.

al. incip. in opus. recte. Cõtius.

Procurator Cæsaris nõ potest in exilium mittere: & sententia à non suo iudice lata, non valet. Salyc.

II. Imp. ANTONINVS A. Valerio.

PRocurator meus qui vice præsidis non fungebatur, exilij tibi pœnam non potuit irrogare: ac propterea frustra vereris sententiam quæ nulla iuris ratione subnixa est.

Decuriones non adficiuntur pœnis plebeiorum. Salyc.

III. Idem A. Senatui.

al. Senedoni, aliàs Seuero. al. Senecioni.

DEcurionem in opus publicum dari non oportere manifestum est.

Calamitas matris non nocet filio antè concepto, licet postea nato sic. Salyc.

IIII. Idem A. Marinæ.

SI ante conceptus est puer de quo libellos dedisti, quàm mater eius in metallum condemnaretur: natus conditionis eius est, cuius ante condemnationem mater eius fuit.

daretur. recte.

Veterani & eorum liberi primi gradus priuilegiantur, ne in metallum vel opus publicum damnentur. Salyc.

V. Idem A. Senatui.

HOnor veteranis etiam in eo habitus est, vt liberi eorum vsque ad primum dun-

taxat

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

taxat gradum pœna metalli vel operis publici non efficiantur, sed in insulam relegentur.

Liber homo non debet damnari ad perpetuum carcerem. Salyc.

VI. Idem A. Alphio.*

*Appio.

INcredibile est quod allegas, liberum hominem vt vinculis perpetuis contineretur, esse damnatum. Hoc enim vix in sola seruili conditione procedere potest. PP. III. Id. Febr. Messala & Sabino Conss.*

Aetas non releuat à pœna, quando delictum potest cadere in personam. Salyc.

VII. Imp. ALEXANDER A. Isidoro.

IMpunitas delicti propter ætatem non datur, si modò in ea quis sit, in quam crimen quod intenditur, cadere potest.

Bona deportati confiscantur, non relegati. Salyc.

VIII. Idem A. Victori.*

*Victorino.

DEportatorum in insulam ab eo cui id faciendi ius erat, bona fisco vindicantur: relegatorum autem non, nisi sententia specialiter adempta fuerint.

In metallum vel ministerium metallicorum, non damnantur filiæ decurionum. Salyc.

IX. Idem A. Demetrio.

SI matrem tuam decurionis filiam fuisse probatum fuerit, apparebit eam non oportuisse in ministerium metallicorum nec in opus metalli dari.

Senten

Sententia lata sine temporis præfinitione est perpetua. Bald.

X. Idem A. Catulo.

SEruus sub pœna vinculorum sine temporis præfinitione domino reddi iussus sententia præsidis prouinciæ, perpetuò vinctus esse debet.

Tam liberi quàm serui possunt in metallum damnari. Salyc.

XI. Imp. GORDIANVS A. Titiano.

MEtalli supplicium tam ad personas liberas quàm etiam ad seruiles pertinet conditiones.

Ad clamorem populi præses non debet illicita perpetrare. Bald.

XII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANVS AA. In consistorio dixerunt:

DEcurionum filij non debent bestiis subiici. Cúmque à populo exclamatum esset, iterum dixerunt: Vanæ voces populi non sunt audiendæ. nec enim vocibus eorum credi oportet, quando aut noxium crimine absolui, aut innocentem condemnari desiderant.

Pœna per quam dominus non priuatur serui dominio, non priuat eum seruitio. Salyc.

XIII. Iidem AA. Vrsino.

SEruo ex sententia damnato, si quoquo modo ex sententia proprietatis ius amputatum non sit, domino suo obsequi eum par est.

Iudex non potest facere gratiam de tempore, nec de pœna. Bald.

XIIII.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

XIIII. Iidem AA. & cc. Vicario.

*necdum.

SI operis publici temporalis pœnæ sententia præfinitus nondum excesſit dies, hunc expectari conuenit: cum non remitti pœnam facilè, publicè intersit, ne ad maleficia temere quisquam prosiliat.*

Pœnam temporalem vel perpetuam iudex non reuocat vel minuit post sententiam. Salyc.

XV. Iidem AA. & cc. Agatho.

POenam sua dictam sententia præsidi prouinciæ reuocare non licet.

Ad pœnalem sententiam non peruenitur, nisi reus fuerit confessus, vel probationibus clarissimis conuictus. Salyc.

XVI. Imp. CONSTANTINVS A. ad Catulinum proconsulem Africæ.*

*Cod. Th. lib. 9. titu. 40. l. 1.

QVi sententiam laturus est, temperamentum hoc teneat, vt nō prius capitalem in quempiam promat seuerámque sentētiam, quàm in adulterij vel homicidij vel maleficij crimine, aut sua confesſione, aut certe omnium qui tormentis vel interrogationibus fuerint dediti, in vnum conspirante concordantéque rei finem, conuictus sit: & sic in obiecto flagitio deprehensus, vt vix etiam ipse ea quæ commiserit, negare sufficiat. Dat. III. Non. Nouembr. Treueris, Accepta XV. Kalend. Maij Hadrumeti, Volusiano & Anniano Conss.*

*conspirātes cōcordātésque.

Nemo

Nemo est signandus in fronte: quia non debet facies hominis ad similitudinem dei formata fœdari. Bald.

XVII. Idem A. Eumelio.*

*Cod. Th. eo. l. 2.

SI quis in metallum fuerit pro criminum deprehensorum qualitate damnatus, minime in eius facie scribatur: cum & in manibus & in suris posſit pœna dānationis vna inscriptione comprehendi: quò facies, quæ ad similitudinem pulchritudinis est cœlestis figurata, minime maculetur. Dat. XII. Kal. April. Cabillu no, Constātino A. IIII. & Licinio IIII. Conss.

Crimine liquidato non debet sententia differri, ne detur materia supplicandi. Salyc.

XVIII. Imp. CONSTANTIVS A. Theodoro v. p. præsidi Arabiæ.*

*Cod. Th. eo. l. 4.

CVm reis manifesta probatione conuictis spacium temporis ante sentētiam datur, facultas supplicandi, vel quibusdam malignis artibus tam præsidum, quàm officialium pœnas euitandi criminosisſimis patet: cum & in homicidij crimine, & in aliis detectis grauioribus causis vltio differenda non sit. Igitur de cætero iuxta criminis qualitatem legem oportet seruari, & in scelerosos & noxios proferri iuris sententiam. Dat. Id. Octobr. Constantio A. IIII. & Constante Cæ. Conss.

In pœnam delicti non debet quis alicui corpori vel collegio congregari, vel transferri. Salyc.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

XIX. Impp. VALENTINIANVS & VALENS AA. ad Olybrium P.V.[a]

NE quis pro coërcitione delicti, vel pistoribus, vel cuicumq; alteri corpori (cum alterius sit corporis) addicatur: sed vnusquisq; pro crimine in quo fuerit deprehensus, motum congruæ seueritatis excipiat. D. III. Id. April. Valentiniano & Valente AA. Conss.

[a] Corrigit hæc lex legē Cōstātini, quæ est C. Th. 9.40.3. & 6. & 5. Cōstius.

Si princeps rescribat aliquem puniri vltra modum regularem, debet iudex vsque ad dies triginta differre, vt videat si princeps pœnam relaxet. Salyc.

XX. Imppp. GRATIANVS, VALENT. & THEODO. AAA. Flauiano præfecto prætorio Illyrici & Italiæ.[a]

SI vindicari in aliquos seuerius contra nostram consuetudinē pro causæ intuitu iusserimus, nolumus statim eos aut subire pœnam, aut excipere sententiam: sed per dies triginta super statu eorum sors & fortuna suspensa sit. Reos sanè excipiat vinciátque custodia, & excubiis solertibus vigilanter obseruet. Dat. XV. Kalend. Septemb. Veronæ Antonio & Syagrio Conss.

[a] Cod. Th. eod. l. 13. huius autem legis suasor fuit S. Ambrosius auctore Sozomeno lib. 7. ecclesi. hist. c. 24. Cont.

De venali perfidia apparitores licet absentes, debent damnari. Salyc.

XXI. Imppp. VALENTINIANVS THEODO. & ARCAD. AAA. ad Principium P.P.[a]

NE diu apparitorum praua admodum venalísque perfidia impune in publica commoda desæuiat, censemus etiam in absentes sentes eos pro competenti vltione debere consurgi. Dat. Kalend. Iun. Arcad. A. & Bautone Conss.

[a] Cod. Th. eo. l. 14.

Pœna non debet egredi delinquentem, sed suos tenere auctores. Salyc.

XXII. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano præfecto prætorio.[a]

SAncimus ibi esse pœnam, vbi & noxia est. Propinquos, notos, familiares procul à calumnia submouemus: quos reos sceleris societas non facit. Nec enim adfinitas vel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur suos teneant auctores: nec vlterius progrediatur metus, quàm reperiatur delictum. Hoc singulis quibusq; iudicibus intimetur. Dat. VIII. Kalen. Aug. Constantinop. Eutropio & Theodoro[b] VV. CC. Conss.

[a] Cod. Th. eo. l. 18.

[b] Cod. Th. Theodorum solū connumerat.

Tempus quo condemnatus postea stetit in carcere, computatur in exilij tempus. Salyc.

XXIII. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS AA. ad Anthemium præfectum prætorio.

OMnes quos damnationis conditio diuersis exiliis destinatos, metas temporis præstituti in carceris implesse custodia deprehenderit, solutos pœna, vinculísque laxatos, custodia liberari præcipimus, nec formidare miserias vllas exilij. Sit satis immensorum cruciatuum semel luisse supplicia, ne hi qui diu priuati sunt auræ communis haustu, & lucis aspectu, intra

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

breue spacium catenarum ponderibus prægrauati, etiam exilij pœnam sustinere iterum compellantur. Dat. XIIII. *Kal. Maij, Constantio & Constante* V. C C. *Conss.*

Ille qui stetit in exilio quantum debuit, non debet incarcerari postea. Bald.

XXIIII. Iidem AA. Monaxio præfecto prætorio.

RECtores prouinciarum conueniri præcipimus, vt hi qui pro suo crimine pœnam exilij sub certo temporis spacio subire decreti sunt: exacto præfinito tempore, nec claustris carceralibus, nec in locis quibus exules versati sunt, teneantur. D. III. *Kalend. Septemb. Eudoxiopoli,* D.N. *Theodosio* A. VII. *& Palladio* V.C. *Conss.*

Puniendi sunt capite, qui barbaros docent nauigia fabricare. Salyc.

XXV. Iidem AA. Monaxio præfecto prætorio.

HIs qui conficiendi naues incognitam antè peritiam barbaris tradiderint, capitale supplicium proponi decernimus. Dat. VIII. *Kalen. Octob. Constantinop. Monaxio & Plinta Conss.*

Argumentum constitutionis vltimæ quæ lingua Græca primum fuerat edita, ex lib. 60. Basil. tit. 51. cap. vlt. Iac. Cuiacio interprete.

XXVI.

COnstitutio iubet vt ne missi in exilium, eis locis in quæ missi

sunt

sunt degant in custodia, & vt ne quis relegetur in propugnaculũ Gypsi vel alia præsidia, sed si quidem morte dignum sit crimen, huic pœnæ subiiciatur, si exilio perpetuo vel temporario tum in exilium mittatur: ita tamen vt non iubeatur esse in custodia eis locis in quæ mittitur, sed in prouinciã eant, quam iudex statuerit, citra ciuitates & prouincias inferius exceptas, cum potestate versandi in tota prouincia, qua tamen exire nequeat, nec manens in ea quicquam seditiose & inciuiliter agere, nisi velit vltimo supplicio adfici à præside prouincię vel à præside illorum locorum in quibus exulat. Et coniecti in carcerem, vt in regia vrbe, in eo non sint supra constitutum iam tempus in superiori titulo de custodiis. & simili modo in prouinciis, vt compendio criminum causę finiantur, & reus, si dignus exilio, damnetur, non in custodiam, sed in prouinciam quæ non sit ex prohibitis, ea lege vt vltimo supplicio adficiatur si prouincia excesserit, vel ibi inciuiliter quid admiserit. Magistratus autem Alexandriæ & Thebaidos solos iubet in Gypsum, & in Oasin mittere vel in sex menses vel ad

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

summum in annũ. Quod si perpetuum sit exilium, neque in Gypsum mittere neque in Oasin,ᵃ neque in custodiã alterius prouinciæ, sed vt dictũ est, in prouinciam integram, ea conditione vt si quid deliquerint, vel si excesserint iussa præsidum, qui miserunt, vltimo supplicio adficiantur. Iubet autem officiales cuiusq; iudicij huius legis commonefacere præsides, nec quenquam detinere vltra relegationis tempus, sed statim dimittere sine dãno & mora, & eũ qui quid ausus fuerit accipere, quadruplum reddere. Prohibentur vero præsides relegare in prouincias & ciuitates constitutioni subiectas.

ᵃIn eã missus est magnus Athanasius à Cõstãtio Tyrãno. In eãdem iussu Theodosij missus est Nestorius: qua de re habeo Theodosij cõstitutionẽ in actis synodi Ephesinæ, vbi tamẽ Petra appellatur. Cont.

NE SINE IVSSV PRINCIPIS CERTIS IVDICIBVS LICEAT CONFISCARE.

TITVL. XLVIII.

Iudices merum imperium non habentes, non possunt suo officio pręter legem exercendo bona confiscare. Salyc.

I. Impp. THEODOSIVS A. & VALENT. C. ad Hierium præfectum prætorio.

Nulli

NVlli iudicum liceat (exceptis qui in summa administrationis sunt positi potestate) proscriptionis tẽpestate totius substantiæ aliquem percellere, nisi ad nostras aures hoc ipsum referatur. Datum x. Kalend. Febr. Constantinop. Theod. A. XI. & Valent. Cæs. Conss.

DE BONIS PROSCRIPTORVM, SEV DAMNATORVM.

TIT. XLIX.

Quando seruus capitaliter dãnatur, peculium domino non aufertur. Salyc.

I. Imp. ANTONINVS A. Marco.ᵃ

ᵃ Marcello.

SEruorum capitis crimine damnatorum peculia dominis non auferri notum est: sed quod seruum dominus habuisse probauerit, recipiet, preciúmque rerum si quæ ab eo distractæ sunt. Ipsius quoque præsentiæ potestas ei dabitur, quoad rationes per eum administratæ reddantur ac disponantur. Sed meminisse dominum oportebit instare vt id velocius fiat, vt pœnæ suæ reddi posit.

Deportatus in quæsitis post deportationem non habet heredem. Bald.

II. Imp ALEXANDER A. Frontoni.

DEportati nec earum quidẽ rerum quas post pœnam irrogatam habuerint, he-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

redem habere possunt: sed & hæ publicabũtur.

Peculium castrense filij deportati non debetur fisco, sed patri. Salyc.

III. Idem A. Iuliano.

SI filius tuus cum esset in tua potestate, in insulam deportari meruit: peculiũ eius nec quod in castris acquisiuit, vel quod ei militaturo donasti, auferri tibi debet. PP. VI. *Idus Septembr. Alex.* II. *& Marcello Conss.*

Damnatus in metallum, seruus efficitur: & publicantur bona, quæ non restituuntur nisi sola principis indulgentia. Salyc.

IIII. Imp. GORDIANVS A. Callimorpho.

IN metallum damnatus pœnæ seruus efficitur: & ideo eiusmodi sententiam passi bona vindicantur rationibus fisci. Quare si quid rerum habuit is quem postea nostra indulgentia liberatũ esse proponis, ad ius fisci potius quàm ad ipsius dominium pertinet.

Publicatis bonis alicuius, obligationes transferuntur in fiscum. Salyc.

V. Imp. PHILIPPVS A. Arriano.

SI (vt proponis) bona eius qui tutelã tuam administrauit, sententiam passi ad fiscum sunt deuoluta: procuratorem nostrum adire cura: qui si quid iure posci animaduerterit, non negabit.

Bona matris deportatę nõ reseruãtur filiis.

VI. Impp. DIOCL. & MAXIM. AA. Gaudẽtio.

DE bonis matris deportatæ filiis nihil deberi, iuris absolutissimi est.

Docet qualiter bona deportati debent describi, & qualiter debent ad principem referri: & punit negligentem. Bald.

VII. Imppp. VALENTIN. VALENS & GRAT. AAA. ad Probum præfectum prætorio.*

*C.T. li. 9. tit. 41. l. 7.

SI quis intra prouinciam pro qualitate delicti stylum proscriptionis incurrerit, per ordinarij officij solicitudinem bonorum eius indago diligentissimè celebretur: ne quid rei priuatæ commodis per gratiam atque colludium furto subducatur: & plena descriptio comprehendat, quod spacium, & quod sit ruris ingenium, quid aut incultum sit, aut colatur, quid in vineis, oliuetis, aratoriis, pascuis, syluis fuerit inuentum: quæ etiam gratia & quæ amœnitas sit locorum, quis in ædificiis ac possessionibus sit ornatus: quótve mancipia in prædiis occupatis, vel vrbana, vel rustica, vel quarum artium generibus imbuta teneantur: quot sint censuarij, vel coloni: quot boum exercitiis terrarum atque vomeribus instruentium, quot pecorum & armentorum greges, & in qua diuersitate numerati sint: quantum auri & argenti, vestium ac monilium, vel in specie, vel in pondere, & in quibus speciebus, quídve in apothecis sit repertum. tunc demum omnia ea quæ velle nos perspicis, inquisitione constricta, rationalis rei priuatæ tradantur officio, aut palatinis super hac causa missis, nostro rectẽndæ*

* casarij.

patrimonio. Mox verò ad nos sub literis publici iudicis sigillatim de omnibus nominatímque referatur, proculdubio negligentia multanda. Nam si quid post factam à prædicto officio inuestigationem, rationalis rei priuatæ, cui inquisitio secunda mandata est, amplius fortaßis inuenerit: officium fraudulentum ea cõdemnatione ferietur, vt aliud tantum, quantum fuerat subtractum, ex propriis facultatibus inferat. Dat. III. Non. Maij, Treueris, Valẽtiniano NB. P. *& Victore Conss.*

Vbi succeditur ex delicto, ita debet fieri collatio sicut si succederetur ab intestato. Bald.

VIII. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio præfecto prætorio.[a]

[a] C.T. ibi. l. 8. quibusdã mutatis.

SI deportatus suos & emancipatos filios habuerit: pars quæ ex bonis eius liberis cõcessa est, ad eos tantũ qui in potestate erant, trãsferatur: si emancipati ea quæ consecuti erant emancipationis tempore, damno suo existimãt conferenda. Sin autem confusionem bonorum & donationis elegerint: ea omnia quæ fiscus liberis damnati concedit, æquæ diuisionis partibus sortiantur. Quæ regula etiam in dote filiæ, vel neptis ex filio deportati conferenda, custodienda erit.

Publicatis bonis viri, res propriæ vxoris non debent occupari, & dotes ilico debent ei restitui. Salyc.

IX. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Cæsario præfecto prætorio.[a]

[a] C.T. ibi. l. 9.

SI quis posthac stylum (quod absit) proscriptionis exceperit: vxor eius res proprias ex quocunque titulo sibi quæsitas veluti manu iniecta mox vindicet, aut certè quoquo modo occupatas statim recipiat. Dos etiam, non quæ aliquoties [inaniter] dotalium instrumentorum tenore conscribitur, sed quam se corporaliter tradidisse docuerit, representetur. Ea etiã quæ ab innoxio adhuc marito ante nuptias titulo donationis acceperit, vel durante matrimonio largitione viri ad eam ante proscriptionem peruenerint, apud eã firmiter permaneãt.

Donata filiis emancipatis ante reatum patris, non reuocantur. Salyc.

¶ Si quid[b] etiam in emancipatos liberos ante tempus criminis ac reatus patrem contulisse claruerit, integrum iisdem citra inquietudinẽ reseruetur. Quod verò nec vxor, nec emancipati liberi potuerint vindicare, captum à publicis personis ita ad me referri specialiter censeo, vt illud quoque addatur, vtrum filios habeat qui damnatus est: simúlque adiiciatur vtrum iidem apud se ex causa donationis aliquid vindicauerint.

[b] C.T. li. 9. tit. 42. l. 1.

Vbi bona alicuius in fiscum transeunt ratione contractus, vel quasi, debet fiscus præferri donatariis, & aliis prætendentibus causam obligationis. Bald.

¶ Sed

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Sed in his qui fiscalibus actibus nexi sunt, & pro ratiociniis proscribuntur, & condemnantur: placuit, si quid proprium vxor habuerit, vel a marito datum ante initium actus ex quo origo fraudis ac vitij in iudicium deducta est: si quid deinde in emancipatos filios donatione collatum est antequam crimẽ oriatur, intemeratum apud accipientium iura persistere: nec quicquam fisco in qualibet causa teneatur obnoxium, nisi quod in dominio proprio cum obligari cœpit, habuerit: vel quod agens tam suo, quàm vxoris suæ, vel filiorum, vel cuiuscunque præterea nomine comparauerit, Exceptis duntaxat Cæsarianis, vel [a] *Catholicianis, qui ab omni iuris beneficio excluduntur, nisi probata à me purgatáque ratiocinia fuerint, vt quod innoxiè habuerint, transmittendi copiam habeant. Datum* III. *Nonas August. Constantinopoli, Arcadio* IIII. *& Honorio* III. AA. *Coss.*

[a] legẽdũ, id est, vt apparet ex quadã lege Constan. li. 10. eccl. hist. Euseb. Contius.

Quando bona damnati de crimine capitali veniunt publicanda, si liberos habet, debetur dimidia. Salyc.

X. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Hierio præfecto prætorio.[b]

[b] C.T. eo. l. vlt.

QVando quis quolibet crimine damnatus capitalem pœnam deportationémve sustineat: si quidem sine liberis mortuus sit, bona eius ad fiscum perueniant. Si verò filij, vel filiæ, vel nepotes ex defunctis filiis relicti erunt, dimidia parte ærario vindicata, alia eis reseruetur. Idem est & si posthumos dereliquerit. Decurioni verò qui hoc incurrerit, si liberos non habeat, succedat curia, bonáque vniuersa detineat aut ipsa per se, aut suo ordinatura periculo munera subiturum. Sin autem erit soboles curiali: & si ea necdũ procreata est, integris patris fortunis fulciatur. Si filia, vel filiæ fuerint, pars dimidia ad eas deuoluatur facultatum: altera dimidia ad curiam. Sin autem mares curiales fuerint intermixti, dimidia pars eis curiæ nomine deferatur: & alia quam in commune omnibus tribuit indulgentia principalis, pro virili diuidatur portione, excepta sola maiestatis quæstione: quam si quis sacrilego animo adsumpserit, iuste pœnam ad suos etiã posteros transmittet. Dat. X. *Kal. Feb. Constantinop.* D. N. *Theod.* XII. *& Valentiniano* II. AA. *Conss.*

XI. Αὐτοκράτωρ. * *Græca constitutio.*

Sententia l. vlt. C. de bonis proscriptorum lib. 9. Cod. tit. 49. Ex Eustathio περὶ χρονικῶν διαστημάτων.

ΟΙ ἔχοντες πράγματα τῶν κατακριθέντων ὑπὸ τυραννίδι ἐν τῇ βασιλίδι πόλει ἕως δύο μηνῶν, καὶ ἕως ὀκτὼ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ὑφείλουσι καταμηνύσαι. ἐπεί τοι γε μετὰ τῶν πραγμάτων τὸ τετραπλάσιον παρέχουσιν.

Eadem

Eadem Latinè per Ant. Cont.

Quicunque habēt vel detinent bona damnati perduellionis, in regia quidem vrbe intra duos mēses, in prouincia verò intra octo menses debent ea fisco deferre. Alioqui enim vnà cum ipsis bonis quadruplum insuper præstabunt.

IN AVTHENT. *Vt nulli iud. §.fi.collat.ix.constit.ix.*

Bona damnatorum seu proscriptorum non fiunt lucro iudicibus, aut eorum officiis: neque secundum veteres leges fisco applicantur, sed ascendentibus & descendentibus & ex latere vsq; ad tertium gradum, si supersint. Vxores verò eorum dotem & ante nuptias donationem accipiant. Si verò sine dote sint, de substantia mariti accipiant partem legibus definitam: siue filios habeant, siue non. Sed si neminem prædictorum habent qui deliquerunt, eorū bona fisco sociātur. In maiestatis verò crimine condēnatis veteres leges seruari iubemus.

[a] Mortem sibi conscientiū.

DE BONIS [a] EORVM QVI MORTEM SIBI CONSCIVERVNT.

TIT. L.

Vbi quis mortē sibi consciuit ob criminis publici conscientiam, bona eius publicantur.

I. *Imp.*

I. Imp. ANTONINVS A. Aquiliæ.

Eorum demum bona fisco vindicantur, qui cōsciētia delati admissíque criminis, metúque futuræ sententiæ, manus sibi intulerunt. Eapropter fratrem vel patrem tuum, si nullo delato crimine, dolore aliquo corporis, aut tædio vitæ, aut furore, vel insania, aut aliquo casu suspendio vitam finisse constiterit: bona eorum tam ex testamento, quàm ab intestato ad successores pertinebunt. PP. XII. *Kalend. Iun. Duobus Aspris Coss.*

II. Imp. ALEXANDER A. Rustico.

Eorum qui in reatu diem suū functi sunt, si non perduellionis causam sustinuerūt, nec ob metum criminis mortem sibi consciuerunt, bona ad successores transmittūtur. Dat. Idibus Maij, Alex. A. *Iter. & Martia.* A. *Coss.*

DE SENTENTIAM PASSIS, ET RESTITVTIS.

TIT. LI.

Restitutio à principe concessa damnato, restituit eum in pristinum statum, etiam quo ad honores & bona. Bald.

I. Imp. ANTONINVS A.

Cum salutatus esset à Geliano & Aduento & Opilio Macrino præfectis prætorio clarissimis viris, item amicis &

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

cis, & principalibus officiorum, & vtriusque ordinis viris, & processisset, oblatus est ei Iulianus Licinianus ab Opilio" Vlpiano tunc legato, in insulā deportatus: tunc Antoninus Augustus dixit: Restituo te in integrum prouinciæ tuæ. & adiecit, Vt autem scias quid sit in integrum restituere: honoribus, & ordini tuo, & omnibus cæteris te restituo.

"Aelio. vel ter. Cont.

Indulgentia solam pœnam remittit, non autem bona restituit, nisi dictum sit. Salyc.

II. Idem A. Quieto.

CVm patrem tuum in metallum damnatum fuisse proponas, eius quidē bona merito à fisco occupata sunt: nec ideo quòd ex indulgentia mea pœna tantummodo metalli liberatus esset, etiā bonorum restitutionem impetrauit, nisi speciale beneficium super hoc fuerit impetratum.

Recuperās bona per viam quotæ, tenetur creditoribus pro rata, non si recuperet aliquid in singulari. Salyc.

III. Imp. ALEXAND. A. Stratonico.

SI debitor pœnam sentētiæ passus est, quam bonorum ademptio secuta est: quāuis postea ciuitati Romanæ restitutus, non totam substantiam, sed aliquid ex indulgentia principis vt haberet impetrauit: æris tamen alieni ex præcedente tempore pœna liberatus est. Si verò partem bonorum accepit, pro rata portione eius tenetur. Quòd si ob pecuniam debitam fisco bona

bona eius occupata sunt, mansit vnà cum suis fideiussoribus propriis creditoribus obligatus.

Indulgentia non restituit obligationes contra reuersum, etiam in postea quæsitis. Saly.

IIII. Idem A. Valentinæ.

TVtor filiorum [tuorum] quorum te bonorum possessionem accepisse dicis, in metallum damnatus, & postea ex indulgentia generali regressus, quāquam locupletior sit, actione tutelæ administratæ tibi non tenetur, si non ex gratia sententiæ facta, specialiter statum pristinum cum bonis omnibus recuperauerit.

Indulgentia non restituit actiones aduersus quondam debitores. Sal.

V. Idem A. Iuliano.

SI ademptis bonis in insulā deportatus sis, quamuis ex indulgentia communi rediisti, actiones tamen quascunque habuisti, remanent in causa bonorum publicatorum: " nec ex ordine est quod petis, vt contra heredes tutorum actiones tibi præstentur.

"al. iudicatorum. Contius.

Indulgentia concessa filio deportato, non restituit eum in patriam potestatem. Salyc.

VI. Imp. GORDIANVS A. Fabiano præfecto prætorio.

IN insulā deportato filio, hacq; ratione vinculo paternæ potestatis exempto: si postea ex indulgentia diui Alexandri (vt proponis) reditus in patrium solum, præcedénsque dignitas

restituta sit, potestas tamen patria repetita non videtur.

Indulgentia principis non restituit militiam neque famam. Saly.

VII. Imp. PHILIPPVS A. & Philippus Cæsar Cassio.

GEneralis indulgētia nostra reditum exulibus seu deportatis tribuit: non etiam loca militiæ pridem adempta conceßit, neque integram atq; illibatam existimatione͂ reseruauit.

Seruus in metallum damnatus desinit esse domini, & indulgentia ei concessa priori domino eum non restituit. Saly.

VIII. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Seleuco PP.

FRustra adhuc seruum esse tui iuris existimas, qui in metallum damnatus, pœna eius postea liberatus est. Per huiusmodi enim indulgētiæ occasionē integrari dominium prius non placuit: verùm idcirco tamen impunè tibi eum præses prouinciæ iniuriosum esse non patietur. Quod si quid rerum tuarum tenet, procurator vobis iudex erit. fisci enim cœpit esse mancipium.

Per deportationem patris, filij liberantur à patria potestate, quam non recuperat ex sola indulgentia sibi concessa.

IX. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. Restitutæ & aliis.

SI pater vester in insulam deportatus, generali indulgentia restitutus est, nec vt liberos

beros

beros in potestatem reciperet, specialiter impetrauit: in dubium nō venit, hereditatis commodum per vos ei acquiri, quos sententia contra eum prolata patresfamilias effecit, nequaquam potuisse.

Indulgentia simplex tollit pœnam, sed non abolet infamiam, nisi specialiter & ipsa sit remissa. Saly.

X. Iidem AA. & cc. Demetrio.

CVM indulgentia nostra interueniente sis reuersus ad lares tuos, frustra vereris ne ex annotatione præsidis, quæ iam abolita est, calumniam patiaris.

Actor interim deportatus & restitutus potest ad priorem actionem redire. Saly.

XI. Iidem AA. & cc. Philippo.

CAsus eius qui fundi mouerat quæstionem, & ex benignitate nostra facta in eum cum bonis restitutio, statum pristinum causæ non immutauit.

Onus creditorum sequitur bona per indulgentiam restituta. Saly.

XII. Iidem AA. & cc. Tryphoni præfecto prætorio.

SI deportationis sententiæ veniā indulgentia nostra consecuta suam recepit substantiam, se protegere sceleris pœna contra creditores, quo minus iure debitum soluat, improbè conatur.

R R 2

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Restituto damnato, filij recidunt in eius potestatem, & per consequens testamentum eorum irritatur. Saly.

XIII. Imp. CONSTANTINVS A. ad Maximum præfect. vrb.[a]

[a] Co. The. 9. 43. l. singul. Idem postea in vniuersũ statuit Theodo. li. 1. Cod. Th. tit. 4. l. 1. Cont.

IN quæstione testamenti, quod deportati filius remeante patre fecisset, remotis Vlpiani atque Pauli notis, Papiniani placet valere sententiam: vt in patris sit filius potestate, cui dignitas ac bona restituta sunt.

Gesta per filium tempore deportationis paternæ sunt valida, donec filius fuerit ætatis legitimæ. Bald.

¶ Ita tamen, vt gesta per filium cuius consilia 1
legitima ætas firmauerat, rata sint eodem in
potestatem patriam redeunte, ne eorum rescissio efficiat (quod est maxime absurdum) eodem tempore nec in patris nec in sua quemquam fuisse potestate.

Tutor & curator dati filio deportati, patre restituto deponunt officium tutelæ & curæ, & pater reassumit ius legitimæ administrationis. Bald.

¶ Minores enim ætate iure quicquam agere 2
probibentur. Quibus si damnato patre tutor datus est, necesse est vt ab officio suo recedat regresso eo, quem non solum nomine redire, sed etiam officiũ suum nulla prauitate corruptum liberis præbere oportet: vt eorum bona tueatur & augeat. Nam si patria potestate ad corrumpendi atque effundendi patrimonij licentiam

abutatur: vt furioso, ac dementi, itémque prodigo, libidinum omnium vitiorúmque seruo, non est eorum pecunia committenda: quin ab administratione fugiat, neque tutor esse desinat, omniáque minoris dispendia suis ipse damnis præstet. Sententia vero deportationis nullo patrem præiudicio deminuat.

Quicquid deportatio abstulit, restitutio restituit: nisi sit aliqua causa ab extrinseco impediens. Bald.

3 *¶ Quem si comperta integritas, vt naturæ, ita*
officio liberis restituerit, ei gubernacula rerum tradenda sunt, cuius ad imitationem publici iuris prouisa custodia est. Quæ nisi bonis patribus detur, luctuosior erit filiis reditus, quàm discessus. Ideóque tantum ad restitutionem indulgentia valeat, quantum ad correctionem sententia valuit: vtq; deportationis ipsum per se nomen, rerum omnium spoliatio est, ita indulgentiæ restitutio, bonorum ac dignitatis, vno nomine amissorum omnium sit recuperatio. Et filij emancipationem à patribus officiis petant: vt libertatem non damnationis, sed lenitatis paternæ testem habeant. Dat. XVIII. kal. Octob. Sirmij, Crispo II. & Constantino II. C. Coss.

Explicitus est Codicis DN. Nostri Iustiniani PP. A. Repetitæ prælectionis liber nonus.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

*addebāt veteres, & populi: vt Paulus lib. 5. sent. e. tit. & Lampridius in Alexandro ait eũ leges de iure fisci & populi moderatas & infinitas tulisse. Contius.

*huius legis inscriptio sic ex manu script. libris reponēda est. Impp. Seuerus & Antonin. AA. Attico & Seuero.

CODICIS DOMINI IVSTINIANI REPETITAE PRAELECTIONIS

Liber X.

DE IVRE FISCI.*

TITVLVS I.

In dubio donatarius à fisco conuentus hypothecaria, debet probare donationē præcessisse, vt absolutio sequatur. Bart.

I. Imp. ALEXANDER A. Attico & Seuero.*

SI PRIVS quàm fisci rationibus pater vester obligaretur, perfectam prædiorum donationem fecisse fuerit probatus: quod citra fraudem creditorum gestum est, non rescinditur.

Computatio facta à tabulariis, seu à calculatoribus, vim sententiæ non habet quo ad condemnationem & absolutionem: nisi per iudicem confirmetur. Bart.

II.

II. Imp. GORDIANVS A. Serenio.

INstar rei iudicatæ obtinere minimè potest computatio à tabulariis facta: nisi sententia procuratoris fuerit comprobata.

Debitori fisci soluenti restituitur res eius indebitè alienata. Bart.

III. Idem A. Atticæ.

SI minori precio quàm res est, aperta fraude emptoris vel gratia, quæ obligata sunt fisco, venierint: aditus procurator meus debitam quantitatē inferenti restitui ea prædia iubebit.

Publicatio bonorum statu integro remanente, non impedit quem succedere. Bart.

IIII. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. Niceti.*

CErta forma super metroicis data est, qui iussu principis in aliam ciuitatem translati sunt. Nam prædia eorum, quæ ante quàm demigrarent, habuerint: si ab eis distracta non essent, fisci rationibus vindicari iampridem decretum est: nisi aliud speciali præcepto augusta maiestas decreuerit. Vt igitur à principibus salubriter statutum est, ita saluis his quæ vtiliter placuerunt, parentibus heredes eos existere minimè oportere, nulla legis sanctione statutum est.*

*Mucatra olo, vt l. 7. De rescin. venditio.

*metœcis legēdum docet Alciat. ti. de iure fisci.

Nunciis principis non creditur sine literis. Bart.

V. Exemplum sacrarum literarum eorundem AA. ad Flaccum.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Prohibitum est cuiuscunque bona, qui fisco locum fecisse existimabitur, capi priusquam à nobis forma fuerit data. Et vt omni prouisionis genere occursum sit Cæsarianis: sancimus licere vniuersis quorum interest, obiicere manus his qui ad capienda bona alicuius venerint, qui succubuerit[a] legibus: vt etiam si officiales ausi fuerint à tenore datæ legis desistere, ipsis priuatis resistentibus, à facienda iniuria arceatur. Tunc enim is cuius interest bona alicuius non interpellari, officialibus volentibus ea capere, debet acquiescere, cum literis nostris cognouerit non ex arbitrio suo Cæsarianos (id est officiales) ad capiendas easdem venisse facultates: sed iustitiæ vigorem id fieri statuisse.

[a] legend. quæ succubuerit, id est ceciderint in caussam caduci.

Procuratore fisci agente ante tempus, actio perimitur, sicut quolibet priuato agente Bart.

VI. Imp. CONSTANTINVS A. ad prouinciales.[a]

[a] Co.Theo. tit. l.3.

Iustas etiam, & quæ locum habēt, fisci actiones præcipimus concremari ob hoc solum, quòd suis temporibus prolatæ non sunt: vt iam calumniæ priuatorum eo saltē arceantur exemplo, quo iustas fisci lites silere præcipimus. Dat. III. Kalend. Iun. Constantino A. V. & Licinio Cæs. Coss.

Contra fiscum licet cuilibet se defendere. Bart.

VII. Idem A. ad Volusianum præfectum vrbi.[a]

[a] Co.Th. eo.l.5.

Defensionis facultas danda est his quibus aliquam inquietudinem fiscus infert: cum facultates eorundem adhuc controuersia pendente inquietari describique fas non sit. Vbi ergo controuersia extiterit, fisco alicuius patrimonium vindicante: apud eum omnibus facultatibus constitutis cognitio ventiletur: vt cum rei exitus debere eas vindicari probauerit, tunc demum res persequi liceat, & super modo facultatum ac rerum interrogationem haberi, quæ per conditionales seruos inuestiganda est: vt si quid subtractum fuerit, exigatur, & extrinsecus integrum tantum aliud multæ nomine, quantum fuerat per fraudem ablatum. Sane in huiuscemodi quæstione si Cæsariani nomen inciderit, ad vsurpationem constitutionis istius non debebit accedere: si quidem consuetudo fraudum, quibus prædicti omnia temerare consueuerunt, exceptionem eorundem meruit. Datum Prid. Kalen. Ianuar. Sirmij, Constantino A. VII. & Constantio Cæsar. Coss.

Qui in fraudem fisci super rebus fisco incorporatis contrahit, punitur in quadruplum. Bart.

VIII. Impp. VALENTINIANVS & VALENS AA. ad Dracontium vic. Africæ.

QVi in contractibus scelestis, ac fisco perniciosis interuersorum maculosis sese fraudibus implicuerint: quadrupli redhibitione teneantur. Dat. XV. Kal. Decem. Adrumeti, Valentiniano & Valēte AA. Coss.

Forma & lex data & consuetudo antiqua in electione officialium est seruanda. Bart.

IX. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS AA. Patricio comiti rerum priuatarum.*

*Cod. Th. eo. ti. l. 17.

SVper creandis susceptoribus periculo procuratorum rei dominicæ, dispositionem tuæ sublimitatis firmam esse præcipimus: ita vt omni ambitione cessante, quæ statuta sunt, quæq; antiqua consuetudine commendantur in pabulis, vel sumptu familiæ ministrando, intemerata permaneant: super irenarcha & optione omni antiqua consuetudine obseruanda. Dat. III. Kalen. Ian. Constantinop. Theodo. A. VIIII. & Constantio II. Coss.

Bona delinquentis mortui non pertinent ad fiscum, nisi viuens fuerit condemnatus. Bart.

X. Iidem AA. Palladio præfecto prætorio Orientis.

EOrum patrimonia mortuorum, qui vitæ suæ tempore diuersis conscientiam suam dicuntur polluisse criminibus, fisci rationibus nequaquam competere, vel ab eo alienari censemus, nisi post publicam accusationem eos constiterit fuisse conuictos. Dat. VIII. Idus Iul. Rauennæ, Eustathio & Agricola Coss.

XI. Pars vndecimæ const. ex lib. lvj. βασιλ.

Πᾶσα δημοσία δίκη ἐντὸς ἓξ μηνῶν μετὰ τὴν προκάταρξιν μετρουμένων πληρούσθω, εἰ μὴ ἄρα συμβῇ κατὰ τὸ ἀναγκαῖον ἢ πρόσωπα, ἢ δικαιώματα τινὰ ἕτερα ἐξ ἐπαρχιῶν ἀχθῆναι κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν, ἢ αὐτοὶ οἱ ἐναγόμενοι τὴν αἰτίαν ὑπερθέσεως παράσχωσιν ὡς ἀπαράσκευοι.

Eadem Latinè ex collectione Ant. August.

OMnis publica actio intra sex menses post litis contestationem peragatur: nisi forte contingat vt sit necesse vel personas, vel instrumēta quędam ex prouinciis accersiri in Regiam vrbem, aut si ipsimet, qui conueniuntur, causam dilationis præbeant, vtpote si se imparatos dixerint.

DE CONVENIENDIS FISCI DEBITORIBVS.

TITVL. II.

Fideiussor officialium non potest conueniri, nisi principali excusso, etiam si de bonis principalis aliqua bona emerit. Bart.

I. Imp. GORDIANVS A. Saturnino & aliis.

Non

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

NOn iniusta ratione desideratis, repromissa fisco indemnitate, eos priori loco conueniri, qui reliqua cōtraxerunt: mox ad vos perueniri, qui ab his quædam mercati estis.

Cautio quæ non probat contra fiscũ, sed contra officiales, facit vt officiales primo conueniantur. Bart.

II. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS AA. & VALERIANVS C. Erophilo.[a]

[a] Patrophilo. ve.

FIsco quidem contra te manet actio, quòd argentum quod inferre debebas, rationibus fuerit relatum, si cautionem quæ tibi super eo exposita est, tabularius non subnotauit: æquum tamen est, vt prius de bonis eius qui exactor fuit, si soluendo est, & cōueniendi eius facultas datur, indemnitati fisci satisfiat: tunc à te, si seruari hic modus non poßit, reposcatur.

Si diuisa est administratio à iudice, vel ab eius officialibus, primo conuenitur gerens, fideiussores & nominatores ipsius, quàm perueniatur ad collegam. Bart.

III. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC. Ianuario & aliis.

[a] sic reposuimus ex exēp. Victoriano, cũ antea legeretur cæterorum.

QVoniam Augerio ac filio eius ad exigenda reliqua consortes vos atque consocios esse dicitis, eisque certorum[a] dumtaxat nominum exactionem mandatam: nec inter eum & cæteros qui exactores fuerant nominati,

nominati, confusæ exactionis mutuum periculum constitutum, sed separato muneris obsequio, discretam solicitudinis rationem fuisse adseueratis: à iure non discrepat, vt prius ex bonis exactorum, qui principali loco ad exactionem fuerant destinati, indemnitati fiscali satisfiat: pòstque eos, si solidum debitum exolutum non sit, nominatores conueniri. Rationalis igitur noster iuris ordinem sequetur: excußisq; exactorum facultatibus, necnon etiam nominatorum, si fiscus in vniuersi debiti quantitate securitatem indemnitatis consecutus non fuerit, etiam vos ad restituenda fiscalia debita adstringet.

Debitores fisci exiguntur summatim, nec possunt impetrare, vt eodem modo debitores sui exigantur. Bart.

IIII. Impp. VALENTINIAN. VALENS & GRATIANVS AAA. ad Archelaum comi. Orientis.[a]

[a] Cod. Th. lib. 10. tit. 16. l. 2.

HI qui fisco nostræ mansuetudinis obnoxij sunt, omissa frustratione teneantur, vt quod suis nominibus debent, de suis facultatibus cogantur exoluere: seruatis, cum compleuerint, allegationibus propriis, si quas aduersus quoscunque ex suis contractibus debitores competere sibi ex iure crediderint: ita vt aduersus eos quos sibi obnoxios adseuerant, legibus & iudiciis experiundum esse cognoscant. Dat. III. Non. Iul. Nouioduno, Valentiniano NB. P. & Victore Coss.

Scrip

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

Scriptura propria nõ facit fidem pro scribente, vel eius herede, etiam si fiscus sibi successerit. Bart.

v. Iidem AAA. Fortunatiano comi. rerum priua.[a]

[a] Cod. Th. eo. tit. l. 3.
[b] In Cod. Th. erat deportati sed Tribonianus elegit nomen generalius.

INter chartulas confiscati,[b] breuis quidam adseueratur inuentus, qui nomina continebat debitorum, seu contractuum, cum tamen neque testibus credita pecunia probetur, neque cautionibus ea quæ breui inserta sunt, ostendantur. iniquum esse perspeximus, vt sub propria adnotationis manu vnusquisq; sibi faciat debitorem. Occasionis igitur huiusmodi calumniam præsenti volumus iussione cohiberi: vt breuis vanitate reiecta, nullus ad redhibitionem de his quorum nomina conscripta sunt, vrgeatur. quod & in aliis similibus causis obseruandum esse censemus. Dat. Pridie Non. Iul. Hierapol. Gratiano A. IIII. & Merobaude Coss.

DE FIDE[a] ET IVRE HASTAE FISCALIS, ET de adiectionibus.

TITVL. III.

[a] Perperã antea legebatur, de fide instrumentorum. cũ in Codic. The. legatur de fide & iure hastæ.

Si probatur quòd in venditione rei debitoris fisci debita solennitas non seruetur, restituitur res cum fructibus perceptis & percipiendis. Bart.

I. Imp. ANTONINVS A. Curtiæ.

Quod

QVod in libellum contulisti: procuratori meo, ad cuius officium desiderium tuum pertinet, allega: cui si probaueris, non auctore procuratore, vel eo cui vendendi fuit facultas, neque habitis hastis, neque omni ordine peracto venditas res esse: & id quod ex causa iudicati debes, exolueris, rescissa venditione mala fide facta, easdem res recipies cum fructibus quos ad emptorem mala fide peruenisse, vel peruenire debere constiterit. PP. Non. Ian. Antonino A. IIII. & Balbino Coss.

Si in venditione debita solennitas non fuit obseruata, res vendita retrahitur. Bart.

II. Imp. GORDIANVS A. Heracleoni.

DVplex ratio desiderium tuum iuuat: & quòd prætermissa hastarum solennitate possessiones tuas ex officio distractas suggeris: & quòd precij vilitate, ob exiguum debitum, gratiosam emptionem in fraudem tuam, in vtilitatémque[a] rationum mearum, aduersarium commentum fuisse dicis. quapropter illicita ista redargue, tam indemnitati fisci consulturus, quàm tuæ securitati operam laturus. PP. V. Kalend. Gordia. A. & Auiola Coss.*

[a] inutilitatémque, vno verbo in vet. quę lectio recta est.

Emptio à fisco facta, & alia quæ requiruntur ad acquisitionem dominij, possunt probari sine scriptura. Bart.

III. Idem A. Crispo.

Et

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ETsi instrumenta emptionis non extent, quibuscunq; tamen probationibus vxor tua ostenderit ad se eam domum pertinere, quam à fisco eius nomine dicis comparatam, preciúmque ab ea exolutum, & in eam dominium translatum: frustra fiscum ex persona matris eius referre quæstionẽ procurator meus non sinet.

Intra tempus in subhastatione statutum quilibet veniens admittitur, licet res iam alteri fuerit vendita. Bart.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. & cc. Marcellinæ.

[a] inclusa desunt in vet.

SI tempora quæ in fiscalibus [auctionibus,[a] vel] hastis statuta sunt, patiuntur: cum etiam augmentum te facturam esse profitearis: adi rationalem[b] nostrum, vt iustam vberioris precij oblationem admittat.

[b] id est procuratorẽ. Cont.

Venditio facta à fisco solenniter, non retractatur prætextu rescripti, vel minoris ætatis. Bart.

V. Imppp. VALENTINIA. VALENS & GRATIAN. AAA. ad Viuentium P.P. Galliarum.[a]

[a] Cod. Th. eo. tit. l. 1.

QVæcunque pro reliquis prodigorum in annonario titulo cæterísque fiscalibus debitis in quibuscunque corporibus sub auctione licitanda sunt, fisco auctore vendantur: vt perpetuo penes eos sint iure dominij: quibus res huiuscemodi sub hastæ solennis arbitrio

bitrio fiscus addixerit. & si quid vnquam, vt à fisco facta venditio poßit infringi, auctoritate rescripti fuerit impetratum, nullus obtemperet: cum etiam minoribus, siquando aliquid ex rebus eorum pro fiscalibus debitis adiudicatur emptoribus, repetitionis facultas in omnem intercipiatur ætatem. Dat. III. Non. Nouembr. Treu. Valentiniano NB. P. & Victore Coss.

Qui solenniter emit à fisco, solum ad precium tenetur, & ob aliud debitum non conuenitur. Bart.

VI. Iidem AAA. ad Felicem Com. sacr. larg.[a]

[a] Cod. Th. eo. tit. l. 2.

SI qui proscribente ac distrahente fisco, debitorum fiscalium emerint facultates: pro earum rerum tantùm precio obnoxij sint, quas eos patuerit decursis hastis & proscriptione habita comparasse. Nam ita eos munimus, vt nullius conuentionis reliquorum fiscalium nomine patiamur extrinsecus subire iacturam. Dat. VIII. Id. Mar.[a] Marcianop. Valentiniano & Valente AA. Coss.

[a] aliàs. D. IIII. Id. Nouemb. Valentin. NP. & Victore Coss.

VII. Αὐτοκράτωρ Ζήνων.*

ΕΑΝ δημοσιωθέντος τινὸς ἡ οὐσία πιπράσκεται, ἔξεστι καὶ τῷ κόμητι τῶν ἰδιοκτήτων τοῦ βασιλέως καὶ τῇ σχολῇ τῶν παλατίνων καὶ τῷ τοῦ δημοσίου συνηγόρῳ ἀγοράζειν τινὰ πράγματα ἐκ ταύτης τῆς οὐσίας, μηδενὸς διαβάλλοντος τὸ συνάλλαγμα. PP. III. Kal. Aug. post Consul.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

Eadem Latinè ex collectione Ant. Aug.

Imp. Zenon.*

SI alicuius bona publicentur, atque vendantur, licet tam comiti rerum priuatarum Augusti, quàm scholæ Palatinorum, quàm etiam fisci aduocato emere aliquas res ex eadem auctione, ísque contractus à nemine calumnietur.

DE VENDITIONE RERVM FISCALIVM CVM PRIuatis communium.

TITVL. IIII.

Ratione partis fiscus potest vendere totum. Bart.

1. Imp. ALEXAND. A. Epicteto.

FOrma est, quotiens ad fiscum vel minima portio rei pertinet, vt vniuersa à procuratoribus meis distrahatur: sed precium partis tantùm in fiscum redigatur, reliquum dominis partium restituatur. Emptorem igitur prædiorum de quibus libellum dedisti, apud suum iudicem conueni, vsurum defensionibus si quæ sibi competunt.* P P. VII. *Kal. Octobr. Lusco & Dextro Conss.*

* Forma. i. regula, canon. hinc formatæ epistolę inveteribus conciliis vocãtur, quas Græci vocant canonicas.

NE

NE FISCVS REM QVAM VENDIDIT, EVINCAT.

TITVL. V.

Res fisci solenniter vendita non euincitur, licet non pertinuerit ad stationem venditoris: & officiales inuicem experiuntur etiam durante officio. Bald.

1. Imp. [ALEXANDER A. ad Hermiam.]

GRauissimum verecundia mea duxit, vt cuius rei precium, cum bona fide esset addicta, semel fiscus acceperit, eius controuersiam referat. Non solum ergo emptorem ab eadem statione, sed ne ab alia quidem quæstionẽ pati debere æquum est: cum etiam in his venditionibus emptore non inquietato officia inter se possint experiri. Dat.* X V. *Kal. Maij, Modesto & Probo Coss.*

*Pars epistolæ Imper. Alexãdri ad rationalem.

2. Impp. HONO. & THEODOS. AA. Palladio præfecto prætorio Orientis.

R*Etractare fiscum quod semel vendidit, æquitatis honestatísque ratio non patitur. Dat. Kal. Ian.* CP. *Martiano* A. *& Adelphio Conss.*

DE HIS QVI EX PVBLICIS RATIONIBVS MVTVAM pecuniam acceperunt.

TITVL. VI.

SS 2

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Qui accipit pecuniam mutuam ab officialibus fisci, tenetur in quadruplum. Bart.

I. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Probum præfec. præt."

* C.T. lib. 10. tit. 24. l. 1.

SI quis ab exactoribus, tabulariis, & arcariis, officiísque rationum fœnebrem pecuniã sumpserit: detectus in eodẽ, ad quadrupli pœnam ex hac auctoritate teneatur. Dat. IIII. *Id. Mart. Treuer. Valentiniano & Valente Coss.*

Qui aurum fiscale mutuo sumpsit sine principis licentia, & qui dederit: pœna hic inserta tenetur. Bart.

II. Imppp. GRATIAN. VALEN. & THEOD. AAA. Palladio præfecto præt."

* comiti sa. largitionum.

" C.T. 10. 24. 2.

SCiant omnes, " accipiendi mutuo ex largitionibus sacris auri, non patere cuiquam facultatem. Quòd si quis aurum ex nostro ærario priuatis commodis profuturum, occultè aut cautionis aut sponsionis fide, vt debitor redditurus sine nostra auctoritate acceperit: ablatis bonis omnibus, perpetuæ deportationis subdetur exilio. Is etiam qui ex memoratis thesauris sub specie publici creditoris aurum cuiquam commodauerit, aut dederit, capitali sententiæ subiugetur. Dat. XII. *Kal. August. Heracleæ, Eucherio & Syagrio* CC.

POEN

POENIS FISCALIBUS CREDITORES PRAEFERRI.

TIT. VII.

Persecutio pœnæ præfertur quãdo pœna additur per nomina multiplicatiua. in dubio inest simplum. Bald.

I. Imp. ALEXAND." A. Marcello.

REm suam persequentibus, pœnæ exactio postponitur. Sicut itaq; in sortis quantitate, fisci persecutio potior est: ita in triplo quod pœnæ nomine adiectum est, propria forma seruanda" est.

" Sic restituimus, cũ antea perperam legeretur Antoninus. Cõr.

* al. ferenda.

DE FISCALIBUS VSVRIS.

TIT. VIII.

Ex mora pœnæ non accedunt vsuræ. Bart.

I. Imp. ANTONINVS A. Antiocho.

EIus summæ quam tibi pœnæ nomine inflictam probaturus es, vsuræ non exigentur. nec enim multam tibi procurator meus irrogauit vltra quàm placitum est: sed pœnam te iußit inferre. PP. XV. *Kal. Dec. Sabino & Anulino Coss.*

Fiscus qui succedit in locum priuati, vtitur iure priuati. Bart.

II. Imp. ALEXANDER A. Victorino.

SI sub pignore creditum fuit, etiam fiscum qui succeßit in locũ debitoris, vsuras præ-

S S 3

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

stare oportet, si eas dependi saltē pacto placuit. PP. III. Non. Septēb. Iuliano & Crispino Coss.

Fiscus non potest stipulari vsuras vltra legitimum modum vsurarum: nec iam ab alio stipulatas exigere. Bart.

III. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto prætorio.

Fiscum etiam nostrum parêre sanctioni nostri numinis iubemus: per quam vsque ad dimidiam centesimæ vsuras stipulari creditoribus, exceptis certis personis, permisimus: vt ipse etiam fiscus vltra dimidiam centesimæ partem à debitoribus suis minimè exigat: siue principaliter ei promiserunt: siue à prioribus suis creditoribus actiones ad eum quocunque modo deuolutæ sunt. Dat. VIII. Id. April. CP. Decio v. c. Cos.

DE SENTENTIIS ADVERSVS FISCVM LATIS RETRACTANDIS.

TIT. IX.

I. Imp. ANTONINVS[a] A. Acutiano.[b]

Causas in quibus contra fiscum iudicatum est, intra triennium retractari posse, & post id tempus, si præuaricatio arguatur, vel manifesta fraus probetur, notum est. PP. Non. Iul. Duob. Aspris Coss.

[a] sic reposuimus, cū antea legeretur Alexāder. Contius.
[b] Aristęo.

DE

DE BONIS VACANTIBVS, ET DE INCORPORATIONE.

TIT. X.

Etiam ex priuilegio ciuitates non succedunt in bonis vacantibus: & si occupauerint, ab eis auferuntur. Bart.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. ad Eucharium.

Scire debet grauitas tua, intestatorum res qui sine legitimo herede decesserint, fisci nostri rationibus vindicandas: nec ciuitates audiendas quæ sibi earum vindicandarum ius veluti ex permissu vindicare nituntur: & deinceps quæcunque intestatorū bona ciuitatibus obtentu priuilegiorum suorum occupata esse compereris, ad officium[a] nostrum eadem reuocare non dubites. Datum Prid. Idus Aprilis Annibaliano & Asclepiodoto Coss.

[a] legendū fiscū: vt in veter. Cont.

Si res conceditur in integro statu per principem: intelligitur cum pertinentiis, & cum iure suo, & instrumentis, & omnibus fructibus, & mancipiis quæ in ea sunt. Bart.

II. Imp. CONSTANTINVS A. ad Aemilium v. p. rationalem.[a]

[a] C. T. l. I. eod. tit. libro 10.

Si quando adnotationes nostræ contineant possessionem siue domum quam donauerimus, integro statu donatam: hoc verbo ea vis continebitur quam ante scribebamus, cum adiacentibus, & mancipiis, & pecoribus, & fru-

SS

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Ctibus, & omni iure ſuo : vt ea quæ ad inſtructum poſſeßionis vel domus pertinent, tradenda ſunt. Dat. VI. Id. Mart. Medio. Conſtantino A. III. & Licinio Coſſ.

Si res fiſco deferatur, primo debet ſolenniter examinari per procuratorem Cæſaris : ſecundo incorporari cum auctoritate procuratoris fiſci. Bart.

III. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA. ad Florentium Com. rerum priuat.[a]

[a] C.T. li. 10 tit. 9. l. 1.

SI quando aut alicuius publicatione, aut ratione iuris aliquid rei noſtræ additum eſt: ritè atque ſolenniter per comitem rerum priuatarum, deinde per rationales in ſingulis quibuſque prouinciis commorantes incorporatio impleatur : & diligens ſtylus ſigillatim omnia adſcribat : tituli verò quorum adiectione prædia noſtris ſunt conſecranda ſubſtantiis, non niſi publica teſtificatione proponantur: grauiſſimis ſtatim ſubdendis ſuppliciis, qui huiuſmodi aliquid propria vſurpatione tentauerint. D. IIII. *Kalend. April. Valentiniano* N. B. P. & *Victore Conſſ.*

Bona eius qui nullo modo aliquem habet ſucceſſorem, dicuntur bona vacantia. Bart.

IIII. Imppp. HONOR. & THEOD. AA. & CONSTAN. A. Palladio præfecto prætorio.[a]

[a] C.T. lib. 10. tit. 10. l. 30. pars l. vlt. ſ de iure fiſci.

VAcantia mortuorum bona tunc ad fiſcum iubemus transferri, ſi nullũ ex qualibet ſanguinis linea, vel iuris titulo legitimum reliquerit inteſtatus heredem. Dat. VIII. Idus *Iul. Rauen. Euſtathio & Agricola Coſſ.*

In prouinciis vbi non eſt procurator Cæſaris, de principis cura certi officiales deſtinantur: quorum ſolicitudine bona vacãtia ſub prȩſide inueſtigantur: & de eis inuentarium conficitur, & principi ſcribitur. Bart.

V. Impp. THEOD. & VALEN. AA. Hieritocrati[a] com. rerum priuat.[b]

[a] Hermocrati.
[b] C.T. eo. tit. l. vlt. vbi extat prolixior.

SI vacantia, vel alio modo bona delata legibus ad ærarium perhibeantur: certi palatini electi, & iureiurando obſtricti mittantur, vt eorum inſtantia præſes prouinciæ præſente fiſci patrono diligenter inquirat, cuius vacans cadénſque fuerit patrimonium, quantúmque vel quale videatur : vt quum data reclamandi copia, nullum id vel iure poßidere, vel vindicare conſtiterit, locúmque ærario factũ eſſe, tam ipſius relatione, quàm publicorum monumentorum fide conſtiterit, rerum nobis notitia intimetur : vt iuſſu noſtro vacantia, vel aliæ res nomine occupentur ærarij. quæ forma etiam in parte bonorum, vel in vna alterá ve re, ſeu actione vna vel etiam pluribus ſeruetur. Nam ſi quid per fraudem in diſpendium ærarij fuerit admiſſum, mißi quidem executores non euitabunt indignationem : præſes autem facultatum parte dimidia multabitur : fiſci verò patronus detrimentum quod pro vitio eius fiſco

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ingeritur, resarcire vrgebitur. Datum VII. Id. Octob. Constantinop. D N. Theod. A. XV. & qui fuerit nuntiatus Coss.

DE DELATORIBVS.

TIT. XI.

Si relinquitur tacitè incapaci, non defertur in fiscum. Bart.

I. Imp. ALEXANDER A. Basso.

SI ei qui capere potest, tacitum fideicommissum relictum est: cessat delatio. His enim prohibetur tacitè relinqui, qui palam relictum capere non possunt. PP. XIII. Kalend. Maij, Maximo II. & Aeliano Coss.

Qui defert ex necessitate officij, vel ex præcepto iudicis, pœnam delatoris non sustinet. Bart.

II. Imp. GORDIANVS A. Eutychemo.

MOnēte officij solicitudine, quinimò iussu procuratoris, vt causam ab alio delatam, conuenienti diligentia instrueres: non ipsum volūtarium delatoris munus suscepisse te, actorum lectio, quæ precibus intexta sunt, manifestè declarat. Eapropter ne quid in persona tua quod est sectæ temporum meorum alienum, attentetur: præses prouinciæ vir clarissimus ad solicitudinem suam reuocabit. PP. VIII. Id. Septemb. Pio & Pontiano Coss.

Qui

Qui ad defensionem suam alium nominat, non videtur deferre. Bart.

III. Idem A. Chlœlio.[a]

[a] Cęcilio.

NVlla macula vel crimine delatoris aspergitur is, qui cum ab officialibus fundum seu domum fisci possidere contenderetur: non se, sed alium eius rei possessorem esse monstrauerit. PP. Prid. Kalendas Iul. Gordia. II. & Pontiano Coss.

Qui venit ad defensionem reipublicæ, vt delator non punitur. Bart.

IIII. Imppp. CARVS, CARINVS & NVMERIANVS AAA.[a] Candido.

[a] Perperā antea legebatur Philippus A. &c

EX varia statutorum diuersitate ad id decursum est, vt hi qui reipublicæ causas defendunt, delatorum criminibus non teneantur: cum omnibus notissimum sit, eos solos execrabiles nunciatores esse, qui fisco deferunt. PP. III. Kalend. Septemb. Carino & Numeriano Coss.

Delator non admittitur sine patrono fisci, & malè deferentes ex consuetudine, grauissimè puniuntur. Bart.

V. Imp. CONSTANTINVS A. ad prouinciales.[a]

[a] C.T. 10. 10.3.

OMnes iudices inuigilare præcipimus, delatores sine fisci aduocato denunciantes, pœnis adficere. apertissimi enim iuris est, vt quod ex cuiusq; patrimonio ceciderit in casum, & legibus & recto iuris ordine fisci aduocatis agentibus vindicetur. Sed quia nonnulli præci-

pites

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

pites, secundum ius possessa patrimonia deferre non cessant, damus omnibus licentiā qui se læsos existimant, contra delatores seueritatem iudicum implorare ferro districtam. Datum XI. Kal. April. Cōstātinop. Constantio & Albino Coss.

Seruus punitur si dominum deferat, præterquam in crimine læsæ maiestatis. Bart.

VI. Impp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. Pallio consulari Lydiæ.[a]

[a] C. T. 10. 10. 17.

S Eruum domini delatorem iubemus in exemplum omnium proditorum seuerissimæ sententiæ subiugari, etiam si obiecta probauerit: excepto crimine maiestatis. Datum VII. Kalend. Nouemb. Constantinop. Antonio & Syagrio Coss.

Pars Const. 7. ex Basilicis.

VII.

Οὔτε οἰκέτῃ, οὔτε ἐλευθέρῳ ἔξεστι καταμηνύειν, ὅθεν μηδεὶς εὐλαβείσθω μήτε θάνατον μήτε οὐσίας ἀφαίρεσιν. εἰ δέ τις ἢ ἄλλως πῶς καταμηνύσει τινὰ ἢ ὡς εὑρόντα θησαυρὸν διαβάλει, οἰκέτης μὲν ὢν παραχρῆμα διδόσθω πυρί, καὶ μάλιστα εἰ τοῦ δεσπότου κατηγορεῖ. ἐλεύθερος δὲ ὑπάρχων καὶ τῆς οὐσίας ἐκπίπτων καὶ τῆς πολιτείας ἔξω τῶν ὅρων τῆς ῥωμαϊκῆς γινέσθω βασιλείας.

Ead.

Ead. Latinè ex collect. Ant. Aug.

NEque seruo, neque libero homini liceat deferre id, ex quo quisquam aut mortem, aut bonorum suorum amisſionem pertimescat. Quod si quis aliter fecerit, vel si propterea quòd thesaurū inuenerit, deferat quenquam: seruus quidem statim igni tradatur, maximè si dominum suum detulerit: liber autē homo bonis ademptis, & ciuitate amissa extra fines Romani imperij abeat.

VIII.

Μὴ ἐξέστω τοῖς τοῦ δημοσίου συνηγόροις λέγειν ὡς περιηχήθησαν τινὰ κατέχειν δημόσια καὶ διὰ ταύτης τῆς ἀφορμῆς κατηγορίας ἐπιβουλεύειν ἑτέροις, ἀλλὰ καὶ ὁ καταμηνυτὴς παρέστω, καὶ ἡ ποιότης αὐτοῦ σκοπείσθω, καὶ μήδε υἱὸς πατέρα ἢ μητέρα, ἢ ἀπελεύθερος πάτρωνα ἐπὶ δημοσίοις καταμηνυέτω, μηδὲ ὁ ἐξορίαν ὑπομείνας, ἢ ἐπὶ συκοφαντίᾳ κατακριθείς, ἢ πληγὰς παρὰ τοῦ ἄρχοντος δεξάμενος. μηδὲ ἕτερον πρόσωπον ἀπὸ νόμου εἰργόμενον ἀκουέσθω. Οἰκέτης δὲ ἢ ἐπὶ δημοσίᾳ αἰτίᾳ, ἢ ἐπὶ ἄλλῃ τινὶ τοῦ δεσπότου κατηγορῶν ἐν αὐτῷ τὸ φθέγγεσθαι τὴν κατηγορίαν ἀποτεμνέσθω, εἰ καὶ ἀληθεύει κατὰ τοῦ δεσπότου. καὶ ἡ σχολὴ δὲ τῶν παλατίνων ἐὰν καταμηνύσῃ τινὸς (μόνη γὰρ αὕτη καὶ δύναται καταμηνύειν καὶ

ἀναγ

(ἐπαναγκάζεται) ἢ καὶ ἕτερος ὁ ἐκ τοῦ νόμου συγχωρούμενος μνημονευέτω τοῦ καταμηνύοντος ὁ τοῦ δημοσίου προεστώς. καὶ εἰ μὲν ἐπὶ τῆς βασιλίδος πόλεως εἴη ὁ καταμηνυθεὶς ἐκ διαλαλιᾶς τοῦ κόμητος τῶν ἰδικῶν ὑπομιμνησκέσθω καὶ μηδὲν πλέον παρέχοι τῇ τῶν παλατίνων σχολῇ καὶ τῷ κατὰ καιρὸν [illegible]ηρίῳ, καὶ τοῖς τοῦ δημοσίου συνηγόροις διδότω τῶν τεσσάρων N N, μήτε ὑπὲρ τῆς ὑπομνήσεως μήτε ὑπὲρ προβολῆς τοῦ ἐντολέως. καθεκάστην δὲ διάγνωσιν τὰ νενομισμένα δαπανήματα ἐν τῷ εἰρημένῳ δικαστηρίῳ παρεχέτω, καὶ ὑπὲρ τῆς διαγνώσεως αὐτῆς καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν πεπραγμένων ἐκλήψεως, καὶ ἀνεύθυνος μὲν ὢν ἀπαλλαττέσθω τῆς δίκης. εἰ δὲ ὑπεύθυνος φανείη μὴ αὐτὰ μόνα ἅπερ ἔχων εὑρίσκεται πράγματα, ἢ τὸ χρέος ὅπερ ἐχρεώστει ἀποδιδότω, ἀλλὰ καὶ τὰ συμβάντα τῷ ταμείῳ δαπανήματα ἐν διπλασίονι διδότω ὑπὲρ οὗ μάτην ἐδικάσατο. Ἐὰν δὲ πράγματα μόνα καταμηνύεται ὡς διαφέροντα τῷ ἱερωτάτῳ ταμείῳ, ἀγνοεῖται δὲ ὁ ταῦτα διακρατῶν, καὶ ἐν τῇ βασιλίδι πόλει τὰ πράγματα ἢ ὑπὸ τὴν αὐτῆς ἐνορίαν, ἢ ἀκινήτοις μὲν οὖσιν αὐτοῖς μὴ ἐπιβαλλέτω τίτλους ἡ σχολὴ τῶν παλατίνων, μήτε ἐμβαινέτω αὐτοῖς, ἀλλὰ προγράμματα προτιθέτω ὁ κόμης τῶν ἰδιοκτήτων τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς περιφανέσι τόποις τῆς βασιλίδος, καὶ ἐν οἷς τὰ πράγματα διάκειται, ἐπιτρέπων ἑκάστῳ ἀντιποιουμένῳ τούτων

τούτων τῶν πραγμάτων εἴσω τριάκοντα ἡμερῶν καταλαμβάνειν τὸ αὐτοῦ δικαστήριον, καὶ συνίστασθαι τοῖς ἑαυτοῦ δικαίοις ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις δαπάναις, εἴτε αὐτὸς ὁ κατέχων τὰ πράγματα βούλεται ἀπαντῆσαι, εἴτε φίλος αὐτοῦ, εἴτε οἰκέτης, εἴτε ἀπελεύθερος ὅταν ἄπιστον ᾖ τῇ ἀληθείᾳ ταῦτα κατέχων πληρουμένων καὶ ἐπὶ αὐτῷ πάντων ὅσα περὶ τοῦ φύλακος τῆς νομῆς νενομοθέτηται. Ἐὰν δὲ μήτε αὐτὸς ὁ τῆς ὑποθέσεως κύριος, μήτε ἐντολεὺς αὐτοῦ νεμόμενος, μήτε φύλαξ τῆς νομῆς φανείη εἴσω τριάκοντα ἡμερῶν, καὶ τοῦτο αὐτὸ γένηται δῆλον ἐν ὑπομνήμασι γινέσθω μὲν ἐπὶ νομῆς τῶν πραγμάτων τὸ ταμεῖον, μηδενὸς προκρίματος ἐπαγομένου τῷ κυρίῳ τῶν πραγμάτων ἐν ταῖς ἁρμοζούσαις αὐτῷ περὶ τούτων δικαιολογίαις. εἰ δὲ κινητὰ ἢ αὐτοκίνητα εἴη τὰ καταγγελθέντα πράγματα, μηδὲ ταῦτα κατεχέτω τις προπετῶς ἀλλ᾽ ἀναζητείσθω ὁ ταῦτα νεμόμενος καὶ ὑπομνησθεὶς ἀγωνιζέσθω τὴν δίκην ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις δαπανήμασι καὶ ὅροις. διὰ δὲ πάντων τῶν ἐννόμων τρόπων, καὶ ἀποδείξεων ἐγγράφων, ἢ καὶ ἀγράφων ἀνερευνάσθω τὰ πράγματα καὶ διὰ τῶν δυναμένων εἰδέναι τὸ ἀληθὲς προσώπων, εἰδότος τοῦ ἐναγομένου ὡς ἐὰν ἡττηθῇ οὐ μόνον τὰ περὶ τὴν δίκην γινόμενα δαπανήματα ἀπαιτηθήσεται, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ πράγματα παρ᾽ αὐτῷ φανέντα καὶ τὴν τούτων διατίμησιν. ταῦτα καθόλου περὶ τῶν

δημοσ

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

δημοσίων πραγμάτων ἡ διάταξις νομοθετήσασα ἐπιτρέχει λοιπὸν ἰδικὴν νομοθεσίαν περὶ τῶν διὰ τυραννίδα δημευομένων λέγουσα τοὺς ἐπὶ τούτοις καταμηνύοντας μηδὲ μηνυτὴν καλεῖσθαι, ἀλλὰ ἑτοίμως προσέχεσθαι, καὶ εἰ μὲν συκοφαντήσωσιν οἱ προσαγγείλαντες ὁμοίως τοῖς ἄλλοις μηνυταῖς αὐτοὺς τιμωρεῖσθαι. ἐὰν δὲ διελέγξωσι τὰ μηνυθέντα μὴ μόνον ἀπαλλάττεσθαι τῆς τιμωρίας, ἀλλὰ καὶ ὀγδόην μοῖραν τῶν προσαγγελθέντων πραγμάτων αὐτοὺς κομιεῖσθαι, τοὺς δὲ καταγγελθέντας ἐὰν μὲν τὰ παρ' αὐτῶν κατεχόμενα πράγματα ἤτοι ἡ οὐσία πᾶσα ἐλάττων εἴη τῶν πεντήκοντα τῶν χρυσίου λιτρῶν πρὸς τὴν διατίμησιν αὐτῶν τὰς ἐγγύας διδόναι, εἰ δὲ ὑπερβαίνει τὰς πεντήκοντα λίτρας ἄχρι μὲν τῶν πεντήκοντα παρέχειν καὶ αὐτοὺς τὰς ἐγγύας, ἐπὶ δὲ τῇ λοιπῇ ποσότητι διομνύσθαι προστιθέντας ἐν τῇ ἐξωμοσίᾳ ὡς προσεδρεύσωσι τῷ δικαστηρίῳ αὐτοὶ ἢ οἱ τούτων ἐντολεῖς καὶ οὐκ ἀπολειφθήσονται τοῦ δικαστηρίου τῶν θείων ἰδικῶν τοῦ βασιλέως. ἐὰν δὲ μετὰ τὴν ἐξωμοσίαν ἀπολειφθέντες τρίτον κληθεῖεν ἑκάστης κλήσεως ὑπὲρ δέκα ἡμέρας γενομένης, γένηται δὲ καὶ τρία κατ' αὐτῶν κηρύγματα καὶ μήτε οὕτως φανεῖεν αὐτοὶ ἢ οἱ ἐντολεῖς αὐτῶν ἐκδικηταί, ἐπιβαινέτω μὲν τοῖς πράγμασι τὸ ἱερώτατον ταμιεῖον, φυλάττεσθαι δὲ τὸ ἀποκείμενον τοῖς ἀπολιμπανομένοις. εἰ δὲ τὰ προσαγγελθέντα πράγματα ἐν ἐπαρχίᾳ διά-

κειντ

κεινται καὶ ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ κινούμενος ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων ἢ ἐκ προστάξεως τοῦ κόμητος τῶν ἰδικῶν τοῦ βασιλέως ἐξετάζει τὴν ὑπόθεσιν μηδὲν ταραχῶδες μηδὲ βίαιον γινέσθω, ἀλλὰ τὰ μὲν δαπανήματα τῆς δίκης εἰς τὸ τρίτον μέρος τῶν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει γινομένων παρεχέσθω. ἕκαστος δὲ προσαγγέλλων, ἢ τῷ κόμητι τῶν θείων ἰδικῶν τοῦ βασιλέως, ἢ τῇ σχολῇ τῶν παλατίνων, ἢ τοῖς λαμπροτάτοις τοῦ δημοσίου συνηγόροις, ἢ τοῖς λαμπροτάτοις ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν γινωσκέτω ὡς εἴτε ἐπιμείνας τῇ δίκῃ φανείη συκοφάντης εἴτε ἀποστῇ τῆς κατηγορίας, καὶ ἀφανὴς γένοιτο σύμμετρον μὲν ἔχων περιουσίαν καὶ μὴ δεδιὼς τὴν ἐν αὐτῇ τιμωρίαν, καὶ πληγὰς βαρυτάτας ὑπομενεῖ, καὶ δικαιωκῶς ἐξορίζεται. ἐὰν δὲ στρατείαν ἔχῃ ἢ σεμνὸν ἐπιτήδευμα ἢ περιουσίαν ἀρκοῦσαν, ἐκπίπτει καὶ τῆς στρατείας καὶ τῆς οὐσίας, καὶ οὐδὲ τὴν βασιλίδα πόλιν οὐδὲ τὴν ἐπαρχίαν οἰκοῦσαι συγχωρεῖται. παραφυλαττόντων τὸν νόμον τοῦ τε κόμητος τῶν ἰδικῶν τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς πειθομένης αὐτῷ σχολῆς, καὶ τοῦ παραβαίνοντος αὐτὸν ἐφ' ἑκάστῳ κεφαλαίῳ πεντήκοντα χρυσίου λίτρας πρόστιμον ἀπαιτουμένου. εἰ δὲ ἐν ἐπαρχίᾳ παραβαθείη τι τούτων ἐφ' ἑκάστῃ αἰτίᾳ ἀνὰ τριάκοντα χρυσίου λιτρῶν, καὶ οἱ τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες, καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς ἀπαιτείσθωσαν. ἵνα δὲ τὰ τῶν προστίμων τούτων μὴ λανθάνῃ, ἔξεστι καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀδικουμένοις κατα-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

μηνύειν τὸν παραβάντα τὸν νόμον καὶ προσαγ-
γέλλειν τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ ἢ τῷ ἐνδοξοτά-
τῳ μαγίστρῳ ἀζημίως ἵνα ταῦτα διὰ αὐτοῦ μαν-
θάνων ὁ βασιλεὺς αὐτῷ τῷ μαγίστρῳ τὴν τῶν
προστίμων εἴσπραξιν ἐπιτρέψῃ.

Pars VIII. Const. siue eius epitomes ex Basilicis & versione Ant. Aug.

NE liceat aduocatis fisci dicere sibi esse relatum detinere quemquam bona ad fiscum pertinentia, & propter hanc occultam accusationem insidias aliis agere: sed delator adsit, eiúsque qualitas consideretur, & neque filius patrem, vel matrem, aut libertus patronum de rebus fiscalibus deferat: neque exilium passus, aut calumniæ causa damnatus, aut fustibus à magistratu cæsus, aut alius à iure prohibitus audiatur. Seruus autem siue in fiscali causa, siue in alia qualibet dominũ accusauerit: eius vox in ipsa accusationis oratione opprimatur, etiam si vera contra dominũ detulerit. Schola vero Palatinorum quæ est, potest & cogitur delationes facere, aut is, cui à iure permittitur, si quẽquam deferat, patronus fisci delatoris meminerit. Atque si est in vrbe regia is qui delatus est, ex

est, ex decreto Comitis rerum priuatarum conueniatur, neque amplius quatuor nummis toti Palatinorũ scholæ, & pro tẽpore Primicerio, atq; fisci aduocatis pro citatione aut pro comparitione procuratoris exsoluat. Sed in singulis cognitionibus constitutas expensas in iam dicto iudicio præbeat, tam pro ipsa cognitione, quàm pro actorum conscriptione. Quòd si innocens sit, absoluatur à petitione: si verò obnoxius esse videatur, non ea solum, quæ habeat, aut debitũ, quod debeat, exsoluat, sed etiam sumptus, quos fiscum fecisse contigerit, in duplum auctos restituat, ex quo temere litem suscepit. Si vero solum bona deferantur, vt ad sacrum ærarium pertinentia, & ignoretur eorum possessor, sint tamen ea intra regiam vrbem, aut in suburbanis, si quidem immobilia fuerint, non eis titulos schola Palatinorum imponat, néve ea occupet, sed Comes rerũ priuatarũ Augusti edicta in celebrioribus regiæ vrbis locis proponat, & vbi ea consistũt, quibus permittat cuicunque contradicturo de his rebus intra triginta dies suscipere apud se iudicium, & cum suis rationibus compare-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

re, expenſas ſoluendo ſupra dictas: ſiue
ipſe poſſeſſor bonorum ſit, qui velit ſe
opponere, ſiue amicus ipſius, aut ſer-
uus vel libertus, cum abeſt is, qui vere
ea bona poſſidet. ea quoque in hoc ne-
gotio peragantur, quæ de cuſtode poſ-
ſeſſionis conſtituta ſunt. Si vero neque
ipſe dominus rei, neq; procurator poſ-
ſidentis, neq; cuſtos poſſeſſionis intra
triginta dies appareat, idque actis ex-
preſſum ſit, in poſſeſſionem mittatur fi
ſcus eorum bonorum ſine præiudicio
domini in eis quæ ipſi cõpetunt, actio-
nibus. Si vero bona delata ipſi mobi-
lia, aut ſe mouentia fuerint, non teme-
re ea apprehenduntur: ſed prius per-
quiratur eorum poſſeſſor, íſque conue-
niatur, & litiget expenſas ſoluẽdo iam
dictas aliáque ſupra ſcripta ſeruando.
Atqui omnib. legitimis modis & pro-
bationibus ſcriptis, & non ſcriptis di-
ſcutiatur de his rebus, & q ſcire quid-
quam poſſunt examinentur. Sciat vero
is qui cõuenitur ſe, ſi ſuccubuerit, non
ſolum ſumptus in eo iudicio factos ſo-
luturum, ſed & illa, quæ apud ipſum re-
periantur, reſtituturum, & eorum adie-
cturum æſtimationẽ. Hæc cum gene-
raliter de rebus fiſcalibus conſtitutio
ſtatuiſſet,

ſtatuiſſet, propriam deinceps ſanctio-
nem de publicatis ob crimen læſæ ma-
ieſtatis decernit, vt de eo crimine re-
nuntians nullo pacto delator appel-
letur, ſed recte ſuſcipiatur: & ſi qui-
dem hi nuntiatores calumniati fue-
rint, vt cæteri delatores puniantur, ſi
vero vicerint in delatione, non ſolum
pœna careant, ſed etiam octauam par-
tem bonorum, delatorum accipiant.
Delati autem, ſi res ab eis poſſeſſæ, vel
eorum facultates minores quinquagin
ta auri libris æſtimabuntur, eius quan-
titatis quæcunque fuerit, fideiuſſores
dabunt: ſi vero excedẽt eam ſummam,
vſque ad quinquaginta eaſdem libras
nihilominus dabunt fideiuſſores: pro
reliqua autem quantitate iurabũt, ád-
dentes in eadem cautione iuratoria ſe
adfuturos in iudicio ſacrarum priua-
tarum Auguſti aut per ſeipſos, aut per
procuratores, neq; id tribunal deſer-
turos. Si vero poſt id iuſiurandũ deſe-
rant, ter vocantur denis diebus inter
ſingulas vocationes interpoſitis: fient
quoque tria proclamata contra eos, &
ſi ne tunc quidem veniant aut ipſi aut
eorum procuratores, vel defenſores,
poſſeſſionem bonorum ſacer fiſcus ap-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

prehēdat, absentibus reseruata eorum defensione. Quod si bona delata in prouincia sint,& Præses prouinciæ siue sponte sua,siue ex iussione Comitis rerum priuatarum Augusti de causa cognoscat, nihil cū tumultu,aut per vim fiat: sed expensæ soluēdæ eius iudicij tertiam partem earum, quæ in regia vrbe soluuntur, non excedant. Vnusquisque autem deferens siue Comiti rerum diuinarum priuatarum Augusti,siue scholæ Palatinorum,siue clarissimis fisci aduocatis, siue etiam clarissimis Præsidibus prouinciarum, nouerit se, siue in causa perseueret, & calumniator esse detegatur: siue ab accusatione desistat, & latitet: si mediocres facultates habeat,eásque amittere pro nihilo ducat, grauissimis verberibus castigandum,& perpetuò fore relegandum. Si vero militiam habeat, vel honestum aliquod officium, aut idoneas facultates: excidet tum à militia, tum ab aliis facultatibus, & neque intra vrbem regiam, neque in ea prouincia habitare permittetur. Seruabitúrque hæc lex tam à Comite priuatarum Augusti, quàm à schola, quæ sub eo est: cámque violans ob singula capita eius

violata quinquaginta auri libras multæ nomine exsoluet. Si verò in prouincia eorum aliquid violetur: in singulos euentus triginta auri libras tam qui prouinciis præsunt, quàm subiectæ eis cohortes exsoluent. Ne vero quisquam eam multam effugiat, liceat etiam iniuria affectis deferre legis transgressorem, & renuntiare id impunè Sacratissimo Augusto, aut gloriosissimo magistro, vt ea cognoscens Imperator ipsi magistro multarum exactionem committat.

DE PETITIONIBVS BONORVM SVBLATIS.

TIT. XII.

Bona quæ deferuntur in fiscum, nemo potest sibi impetrare. Bart.

1. Imppp. GRATIANVS, VALENTI. & THEODOS. Augusti Eutropio præfecto prætorio.

QVISQVIS in crimine maiestatis deprehensus fuerit & punitus, bonáque eius (sicut plectendi consuetudo criminis habet) fiscus inuaserit: nullus eadem sub specie munificentiæ principalis audeat proprio iure poscere. qui contra legem id ausus

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

fuerit sperare, quod non licet, reus violatæ legis habeatur. Sed quoniam plerumque ita in nonnullis causis inuerecunda petentium inhiatione constringimur, vt etiam non concedenda tribuamus: nec rescripto quidem nostro aduersus formam latæ legis, loci aliquid relinquatur. Si quid autem ex bonis talibus nostro iudicio, nullo tamen desiderante atque poscente, concedi cuiquam voluerimus: huiusmodi tantùm valeat liberalitas. Datum XVI. *Kalend. Decembr. Thessalonicæ, Gratiano* V. *&* *Theodosio* I. AA. *Coss.*

Nullus admittitur ad impetrandas res delatas in fiscum, siue fiscales. Bart.

II. Impp. THEODOSIVS & VALENT. Augusti Florentio P. P.

Ex Nouell. Theodos.

OMne semen alienas appetendi fortunas, stirpitus eruere cupientes, nulli deinceps volumus petitionis rerum esse licentiam. Et si intestatus quisquam quædámve, ac nullis ex numero propinquorum existentibus, vel vxore vel marito, fati munus impleuerit, cuiuscunque sit conditionis aut sectæ, seu quolibet titulo res fuerit fiscalis: nemo audeat ad petitionem rerum defuncti defunctæúe, cuiuscunque fortunæ aut sectæ sit, si fisco nostro locus pateat, adspirare: cum ne illis quidem quorum actu atque officio petitionum procedebat effectus, impune liceat sanctionibus nostris aduersari: sed vir illustris

illustris quidem cuiuscunque temporis quæstor, si oblatæ petitioni subscripserit, vel etiam responsum dederit: vírque illustris comes rerum priuatarum si vel instrui permiserit vel petitionem siqua insinuatur, admiserit: indignationem nostri numinis sustinebit, cæterísque fiet vindictæ & temeritatis exemplum. Memoriales vero, qui excipienda huiusmodi rescripta vel implenda curauerint, & palatinos qui instruxerint, vel gesta admissæ petitionis ediderint, bonorum proscriptione puniri decernimus. Pari forma res etiam ciuiles, & ad ius publicum pertinentes, ab omni petitione muniendas esse censemus, scilicet nec pragmatica iussione, vel sacra adnotatione, vel quolibet oraculo diuino, seu mandatis (siqua contra hanc sanctionem nostram fuerint impetrata) quippiam roboris habere valituris. Datum XI. *Kalend. Maij Theod.* A. XVIII. *& Albino Coss.*

DE HIS QVI SE DEFERVNT.

TITVLVS XIII.

Grauatus tacite de restituendo non capaci, si se deferat, lucratur tertiam. vxor vero defuncti non capax se deferens lucratur dimidiam: & facta diuisione habebit optionem. occultantes vero legitime puniuntur. Bart.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

I. Imp. CONSTANTINVS A. Maximo Rationali Hisp.*

C.Th.l.I. eti. li.10.

IS CVIVS *tacitæ fidei commissa fuerit hereditas: statim officio grauitatis tuæ nunciet, & gesta prodat, & continuò quod actum fuerit, renunciet: & post hanc fidem tertiam ex omnibus defuncti bonis percipiat portionem. Quòd si ab vxore defuncti istud ad officium deuotionis tuæ fuerit reuelatum: ipsa etiam persona quam defunctus esse voluit heredem, si gesta apparuerint,* tali premio mancipetur, vt ex omni patrimonio medium consequatur: & cum fisco nostro celebret diuisionem: id etiam habitura priuilegium, vt prior eligat optionem*. & tunc occultator ille gestorum, fisci & mulieris pariter inimicus, exutus omni patrimonio suo, ac fisco vindicato, in insulam deportetur. Dat. Id. Mart. Gallicano & Basso Conss.*

*aperuerit.

*legédum portionem, vt in C. Th. Contius.

SI LIBERALITATIS IMPERIALIS SOCIVS SINE HEREDE DECESSERIT.*

TITVLVS XIIII.

Inter socios liberalitatis imperialis factæ etiã inter viuos, est locus iuri accrescendi, etiam post dominium vtriusque quæsitum. Bart.

In C.Th. lib.10. tí. 14. inscribitur: Si petitionis socius. Cót.

I. *Imp.*

I. Imp. CONSTANTINVS A. ad Mygdonium castrensem Palatij.*

Ex C.Th. 10.14.1. & 2.Cót.

IVBEMVS *vt si quis fortè ex his quibus communiter à nobis aliquid donatum sit, nullo herede relicto decesserit: ad cõsortem potius solatium, quàm ad personam aliam pars decedentis perueniat. Datum* XII. *Kalen. April. Antiochiæ, Constantino* A. IIII. *& Licinio* IIII. *Coss.*

DE THESAVRIS.

TITVLVS XV.

Quærere thesaurum in proprio omnibus licet: in alieno verò suo nomine, nullo modo licet. Bart.

I. Imp. LEO A. Erythrio præfecto prætorio.*

NEMO* *in posterum super requirendo in suo vel alieno loco thesauro, vel super inuento ab alio vel à se, effusis precibus pietatis nostræ benignas aures audeat molestare. Nam in suis quidem locis vnicuique, dummodo sine sceleratis ac puniendis sacrificiis, aut alia qualibet arte legibus odiosa, thesaurum (id est condita ab ignotis dominis tempore vetustiori mobilia)* quærere, & inuento vti, liberam tribuimus facultatẽ: ne vlterius*

*al. Zeno & Leo Augusti Epinico Conſ.

*hæc lex corrigit eam quæ est in Co. Theo. eo. titu. quæ quartã tã tũ inuentori tribuit. Cót.

*monilia.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ulterius dei beneficiũ inuidiosa calumnia persequatur: vt superfluum sit hoc precibus postulare, quod iam lege permissum est. & imperatoriæ maiestatis videatur præuenire liberalitas postulanda. In alienis vero terrulis nemo audeat inuitis, nimo nec volentibus vel ignorantibus dominis opes abditas suo nomine perscrutari. Quòd si nobis super hoc aliquis crediderit esse supplicandum, aut præter huius legis tenorem in alieno loco thesaurum scrutatus inuenerit: totum hoc locorum domino reddere compellatur: & velut temerator legis saluberrimæ puniatur. Quòd si fortè vel arando, vel aliàs terram alienam colendo, vel quocunque casu, non studio perscrutandi, in alienis locis thesaurum inuenerit: id quod repertum fuerit, dimidia retenta, altera dimidia data, cum locorum domino partiatur. ita enim eueniet vt vnusquisque suis fruatur, & non inhiet alienis.

legendũ, id est nec volẽtibus

DE ANNONIS ET TRIBVTIS.

TITVLVS XVI.

Pars const. I. ex lib. 56. Basilicorum.

I.

Αἱ σχολάζουσαι τὸ λοιπὸν ἀννοναὶ, καὶ αἱ κεφαλιτίωναι, τῷ δημοσίῳ δεκηδικεύσθωσαν: καὶ μὴ διαιρείσθωσαν παρὰ τῶν ἀρχόντων ἑτέροις, ἢ εἰς

εἰς δημόσια ἔργα δίχα θείου τύπου, καὶ τὴν δόσιν, καὶ τὸν τρόπον τοῦ δαπανήματος διορίζοντος, ἀλλὰ μηδὲ ἐκ τοῦ δημοσίου κανόνος εἰς ἰδιωτικὸν, ἢ δημόσιον ἔργον ὕλαι μεταφερέσθωσαν, ἢ εἰς ἀγορασίαν ὑλῶν χρήματα διδόσθωσαν ἄνευ θείου τύπου, τοῦ παραβαίνοντος οἴκοθεν τὸ δημόσιον πληροῦντος, καὶ τοῦ προσφόρου σκρινίου βαρυτάτοις ἐπιτιμίοις ὑποκειμένου.

Eadem latinè ex collectione Ant. Augustini.

Vacantes deinceps annonæ, & capitationes à fisco exigentur: neq; à magistratibus separabuntur vt aliis concedantur, aut in publica opera insumantur, sine sacra forma, qua & donatio & modus sumptuum explicetur. Sed neque etiam ex publico canone in priuatum, vel publicum opus materiæ arborum transferantur, aut in emptionem materiæ pecunia tribuatur sine sacra forma. Qui contrauenerit, de suo fisci damnum sarciat, & competens scriniũ grauissimis pœnis subiiciatur.

Onus æris alieni est personale: & ideo inter heredes diuiditur pro hereditariis portionibus. Onus annonæ & tributorum est reale: & prout quis possidet, & fructus percipit, oneratur. Bart.

II. Imp.

II. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. Augusti & Valerianus Cæs. Antiocho.

AEs quidem alienum pro portione ex qua quisque defuncto heres extiterit, præstari oportet: annonas autem is soluere debet, qui possessiones tenet, & fructus percipit. PP. Seculare & Donato Conss.

Ad onera realia non tenetur quis in plus quàm de re possideat. Bart.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. Augusti & cc. Herennio.

INdictiones non personis, sed rebus indici solent: & ideo ne vltra modum earundem possessionum quas possides, conueniaris, præses prouinciæ prospiciet. PP. XVII. Kalend. Nouemb. Aemiliano & Aquilino Coss.

Omnes debent soluere quod princeps imponit: & officiales non possunt augere vel deminuere. Bart.

III. Imp. CONSTANTINVS A. ad Proculianum.

*Cod. Th. II. II. l. I. §. ideóq; omnes pé sitare. *OMnes* *a* *pensitare debebunt quæ manus nostræ delegationibus adscribuntur, nihil amplius exigendi [vel remittendi] potestatem esse. Nam si quis vicarius, aut rector prouinciæ aliquid iam cuiquam crediderit remittendum: quod alij remiserit, de propriis dare facultatibus compelletur. Dat. XV. Kalend. Iul. Constantinop. Constantino A. IIII. & Licinio IIII. Conss.*

Omnes

Omnes coguntur soluere publicas functiones, cum non sit munus extraordinarium. Bart.

IIII. Imp. CONSTANTINVS A. ad Vranium.

OMnes omnino ad oblationem functionũ publicarum oportet vrgeri. Lege enim nostra signatum est, nec esse extraordinaria, nec vocari, quæ solenniter à prouincialibus deuotissimis conferenda sunt. Dat. III. Non. Februar. Constantio A. II. & Constante Conss. l. 5. Codi. Th. eo. ti.

Qui plus fructus colligit, plus soluit: qui minus, minus. Bart.

V. Impp. VALENTI. & VALENS Augusti ad Dracontium Vic. Africæ.

PRo locis ac proximitate possessionum, annonam ad limites transuehi præcipimus. Dat. XV. Kalend. Iul. Med. Valentiniano & Valente AA. Conss. l. 11. Cod. Th. eo. ti.

Rescriptum in quo immunitas conceditur à muneribus ordinariis, non valet. Bart.

VI. Impp. GRATIAN. VALENTIN. & THEODOS. Augusti ad Principium præfectum prætorio.

IN fraudem annonariæ rei ac deuotionis publicæ elicitum damnabili surreptione rescriptum, manifestum est iure non posse vires sortiri. circa omnes igitur par atque æqualis illationis forma teneatur. Dat. VIII. Kalen. Octob. Aquil. Arcad. A. I. & Bautone Conss. l. 20. Cod. Theo. eo.

Ad

Ad operandum vel portandum nō debet quis longius mitti: sed debet ratio itineris adhiberi. Bart.

VII. Imppp. VALENTINIANVS, THEOD. & ARCAD. Augusti Cynegio præfecto prætorio.

l. 11. Cod. Theo. eo.

Nemo possessorum ad instruendas mansiones vel conferendas species, longius delegetur: sed omnes muneris ac necessitatis habita ratione delegentur. Dat. x. Kal. Ianuar. Constantinop. Arcad. A. I. & Bautone Conss.

Non est faciendum id in quo plus expenditur, quàm de commodo percipitur. Bart.

VIII. Iidem Augusti Cynegio præfecto prætorio.

l. 12. Cod. Theo. eo.

Mediterraneæ ciuitates ante à maritimis, & maritimæ à mediterraneis onerabantur expensis: vt plus haberet dispendij translatio, quàm deuotionis illatio. Hoc non solum in præsens, verum etiam in posterum prohibemus, ea lege vt se vltimo nouerint supplicio puniendos qui ista commiserint.[a]

[a] Dat. III. No. Sept. Valentiæ. Honorio N. P. & Euodio Conss.

Si vtiliter dominus intra tempus hic statutum non soluerit tributa, dominio priuatur, & ad habentem directum dominium reuertitur. Bart.

IX. Impp. ARCAD. & HONORIVS Augusti Mineruio Com. R. P.

Cod. Th. eo. l. 25.

Obsistere commodis publicis & statutis necessitatibus non possunt priuilegia dignitatum. Vnde vt quisque de prædijs emolumentum

mentum

mentum consequitur, si non is euoluto anni spacio intra sex menses omnem cui esse constrictus dicitur, reliquorum intulerit cumulum: ad ipsos qui sunt domini prædij, exactionem volumus pertinere. PP. in programmate Vari viri clarissimi vrbis Rom. Honorio A. IIII. & Eutychiano Conss.

Iudicibus negligentibus totum salarium aufertur. Bart.

X. Iidem Augusti Eutychiano[b] præfecto prætorio.

[b] Adriano.

Iudices quos circa profliganda ærarij nostri compendia negligentes ac desides fuisse constiterit: omnia quæ in administratione positi perceperunt emolumenta, reddere compellantur. Dat. III. Kalend. Mart. Mediola. Vincentio & Frauitta Coss.

XI. Imp. THEOD. A. Isidoro præfecto prætorio Illyrici.

Id ab vnaquaque prouincia censemus expetendum, quod ab iisdem nuper esse promissum tua sublimitas indicauit. Nullus vero de cætero ad possessiones eorum (quod maxime formidant) inspector accedat. Macedonum reliqui exemplum secuti, mediæ quantitatis, vt obtulisse noscuntur, tributa suscipiant. Sed & hi[c] *qui protestati sunt nihil à se vltra tertiam partem posse conferri, illud exsoluant, ad quod se indubitanter fore idoneos pollicentur. Quæ dispositio in perpetuum obseruabitur sacrosan-*

[c] vet. Achiui, quod legisse videtur Accur.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

cta Thessalonicensis ecclesia civitatis exceptae ita tamen, vt aperte sciat propriae tantummodo capitationis modum beneficio mei numinis subleuandum, nec externorum grauamine tributorum rempublicã ecclesiastici nominis abusione laedendam. Dat. VI. Id. Octob. Constantinop. Victore v. c. Coss.

XII. Αὐτοκράτωρ Ἀναστάσιος Ἀνθεμίῳ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων.

ΕΑΝ μὲν αἰτήσῃ ἐπαρχία ἢ πόλις κουφισμὸν λαβεῖν τυχικῆς συντελείας ἢ ἐπόπτην ἢ ἐξισωτὴν πεμφθῆναι, ἀναφερέσθω μὲν ἡ δέησις αὐτῶν εἰς βασιλέα, καὶ ἐξ ἐπιλογῆς αὐτοῦ ὁ ἐπιτήδειος πρὸς τοῦτο πεμπέσθω, ὅρκον πρότερον διδοὺς, καὶ ἐάν τι μειώσῃ οὗτος τοῖς ἐπάρχοις, μηδεὶς τύπος διδόσθω ἐπὶ τὴν μήνυσιν αὐτοῦ εἰ μὴ αὐτοὶ οἱ ἔπαρχοι ἀναδιδάξωσι βασιλέα πάντα τὰ παρ' αὐτοῦ ἀναδιδαχθέντα καὶ ζητηθέντα, καὶ οὕτως θεῖος ἐκφωνηθείη τύπος ὀφείλων πᾶσι τρόποις παραφυλάττεσθαι. ὁ δὲ καθ' εἷς ἄνθρωπος δεήσεις περὶ τούτων ἐννοιῶν, μὴ ἐπιδιδότω. μήτε δὲ κουφισμὸς ἢ μείωσις διηνεκῶς ἢ προσκαίρως μήτε ἐπόψια μήτε ἐξίσωσις γινέσθω, χωρὶς βασιλικῆς ἐγγράφου κελεύσεως, ἀλλὰ μήτε ἐκταγὰς ποιείτωσαν οἱ ἔπαρχοι ὑπὲρ χρόνων προλαμβανόντων τὴν αὐτῶν ἀρχὴν μήτε σιτηρέσια τισὶν ἀφοριζέτωσαν ἢ ἄλλως πως χρήματα ἃ μὴ παρεχόμενα

τὴν

τὴν ἀρχὴν ἢ παρεχόμενα μὲν, διὰ δὲ τὴν ἔλληψιν τῶν ταῦτα κομιζομένων σωμάτων ἀργήσαντα, ἢ διὰ τὸ παυθῆναι τὴν αἰτίαν σχολάσαι δι' ἣν παρείχοντο τὴν ἀρχήν, ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἐκ βασιλικῆς μόνης αὐθεντίας γινέσθω κατὰ τὸν θεῖον ἔγγραφον τύπον. Οἱ δὲ μὴ τοῦτο παραφυλάττοντες καὶ τὸ διδόμενον οἴκοθεν ἀποδιδότωσαν καὶ πᾶσαν ἄλλην ζημίαν ἣν ἂν ὑποστῇ τὸ δημόσιον. μήτε δὲ ὑπερθέσεις ἢ προθεσμίας ἐπὶ τούτοις ὀφειλομένοις δημοσίοις ἐνδιδότω τις ἢ τὰς νενομισμένας προθεσμίας χωρὶς ἐγγράφου θείας κελεύσεως. Ο δὲ τοῦτο κατὰ αὐθεντίαν οἰκείαν ποιῶν οἴκοθεν καταβαλλέτω τὰ κεχρεωστημένα τῷ δημοσίῳ. μήτε δὲ τὰ πολιτικὰ χρήματα ὅσα ἢ τῷ δημοσίῳ εἰσφέρεται ἢ τοῖς πόλεσιν ἀφώρισται εἰς ἑτέρας μεταφερέσθω χρείας ἢ προσώποις τισὶν ἀφοριζέσθω χωρὶς θείας κελεύσεως. Καὶ ἡ τάξις δὲ τῶν ἐπάρχων εἰ μὴ πάντα τὰ περιεχόμενα τῇ διατάξει ταῦτα παραφυλάξει καὶ διδάξει τοὺς ἐπάρχους, καὶ οἱ ἄρχοντες τῶν ἐπαρχιῶν καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς καὶ οἱ λοιποὶ δημοσιεύοντες εἰ ταῖς τοιαύταις κελεύσεσιν ὑπουργήσουσιν, οἴκοθεν διδότωσαν τὴν συμβαίνουσαν τῷ δημοσίῳ βλάβην καὶ ὡς τοῦ νόμου καταφρονήσαντες πεντήκοντα χρυσίου λίτρας προστιμάσθωσαν. τελμερῶς δὲ πάντα τὰ δημόσια εἰσφερέσθω τά τε ἄλλα καὶ τὰ λεγόμενα ἀρμενιακὰ τουτέστι καλάνδαις ἰανουαρίαις καὶ καλάνδαις

μαίου, καὶ πρὸς τῷ τέλει τῆς ἐπινεμήσεως ἀξίσων τριῶν μερῶν διῃρημένων τῶν δημοσίων καὶ μηδεμιᾶς καινοτομίας ἐν τῷ μέσῳ γινομένης κατὰ τῶν συντελῶν. Ἐπειδὴ δὲ τὰ ἀρμενιακὰ τελέσματα ἐν δύο καταβολαῖς συνετελεῖτο, ἔξεστι τοῖς ταῦτα συντελοῦσιν εἰ βούλονται τὴν προτέραν συνήθειαν προτιμᾶν καὶ ἐν δύο καταβολαῖς ἀνὰ ἥμισυ καταβάλλειν.* καὶ τὸ ἕτερον ἥμισυ ἐν τῷ σεπτεμβρίῳ τῆς μελλούσης ἐπινεμήσεως καταβάλλειν. Εἰ δὲ καὶ τριμερῶς βούλονται τὰ ἀρμενιακὰ δημόσια καταβάλλειν, ἐχέτωσαν τὸν σεπτέμβριον μῆνα τῆς μελλούσης ἐπινεμήσεως πρὸς ὑπέρθεσιν αὐτοῖς διδόμενον. τὸ δὲ πρὸ ἀπεσταλμένον κατὰ σύνθεσιν εἰσφερέσθω ἐν τῷ προνομίῳ ἑκάστης ἐπινεμήσεως, ἐπειδὴ τοῦτο δηλοῖ καὶ ἡ προσηγορία αὐτοῦ. *Dat. Kalend. April. Paulo V. C. Cos.*

Interpretatio Latina.

SI prouincia vel ciuitas releuationem petat animalis functionis, vel inspectorem aut peræquatorem, referatur petitio ad principem, eiúsque arbitrio idoneus mittatur prius iureiurando præstito: ex cuius tamen relatione facta præfectis prætorio non aliter forma vlla detur, quàm si præfecti

ea omnia quæ ab eo didicerunt & quęsierunt, principem edocuerint, atque ita sacra proferatur forma modis omnibus obseruanda. Priuati autem iis de rebus preces ne porrigant. Nec releuatio vel deminutio perpetuò vel ad tempus, nec inspectio nec peræquatio fiat aliter, quàm ex scripta iussione principis. Sed neque præfecti delegationes faciant pro tempore præcedenti, neque annonas vel pecunias quibusdam seorsim addicant, non præstitas initio, vel postea defectas causæ præstationis accipiētiúmve corporum defectu: verùm hæc omnia fiant ex sola auctoritate principis scripto comprehensa. quod qui non obseruarint, & data, & omne damnum quod fiscus senserit, ei de suo resarcient. Is etiam qui debitoribus fisci dederit dilationes, præscripserítve terminos alios quàm legitimos sua auctoritate sine iussione principis, quæ debentur fisco de suis facultatibus exsoluat. Sed neque pecunias ciuiles fisco inferendas, vel ciuitatibus deputandas, in alios vsus transferat, vel quibusdam personis deputet sine auctoritate principis. Et officium præfectorum

nisi omnia quæ constitutione continentur, obseruauerit, instruxerítque præfectos & præsides prouinciarum, obsequentiáque illis officia, & ceteri qui res fiscales tractant, nisi iis iussionibus paruerint, fisco contingens damnum de suis facultatibus præstabunt, & legis contemptores quinquaginta lib. auri multabūtur. Tripertitò autem omnia fiscalia inferantur, ea etiam quæ Armeniaca vocant, videlicet Kalendis Ianuariis & Kalendis Maiis, & ad finem indictionis in tres æquas partes diuisa, nulla in medio collatoribus innouatione facienda. Quia verò Armeniacorū tributorum præstatio duabus pensionibus diuiditur, liceat collatoribus si velint, priorem consuetudinem huic constitutioni præferre, & duabus pensionibus soluere, * & aliud dimidium Septembri futuræ indictionis. Quòd si velint tripertitò soluere, habeāt ad dilationem totum Septembrem mēsem futuræ indictionis. Ante missum verò vt conuenit inferant in exordio cuiusque indictionis. nam & hoc eius significat appellatio.

DE

DE INDICTIONIBVS. TIT. XVII.

Indictio munus ordinarium est: & ideo ab hac indictione non excusantur qui à muneribus excusationem habent. Bart.

I. Impp. HONOR. & THEODOS. AA. Palladio P P.[a]

[a] l. 1. C. Th. eod. tit.

Omnes omnino quocunque titulo possidentes, quod delegatio superindicti nomine videtur amplexa, velut canones cogantur inferre: vt ne qua sit dubietas, hac apertè definitione decernimus, vt id potius canonis vocabulo postuletur. Nulla igitur domus vel sacri patrimonij vel emphyteutici iuris, vel hominum priuatorum, etiam si priuilegium aliquod habere doceatur, ab hac necessitate seiuncta sit: quæ iam non extraordinarium, vt hactenus, sed ipsis facientibus[b] canonicum nomen accepit. Dat. VII. Id. Ian. Rau. Theod. A. VII. & Palladio Coss.

[b] al. nobis facientibus, sed prauè. Cont.

Ante tempus solutionis debet singulis prouinciis notificari, vt se præparent ad indictionem soluendam. Bart.

II. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS Augusti, Dario præfecto prætorio.[c]

[c] l. 4. C. T. eod. tit.

Particulari delegationum notitia, ante indictionis exordium singulis transmissa

VV

prouinciis, collationis modum à possessoribus multò antè prospectum, deuotionis solitæ, non subitis calumniis tua sublimitas faciat imputari: vt & prouincialibus subeundi dispendij necessitas auferatur: & officiis inferendi dãna licentia denegetur. Dat. v. Kal. Sept. Apamiæ, Isidoro & Senatore Conss.

DE SVPERINDICTO[a]

TIT. XVIII.

[a] id est indictionis augméto. Cont. [vicarios.]

I. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. Augusti ad proconsf. [v v. cc.] & omnes rectores.[b]

[b] C. T. 11. 6. 1.

Nihil superindictorũ nomine ad solas præfecturæ literas quisquã prouincialis exoluat, neque vllius omnino indictionis titulus etiam solennis immineat, nisi eum nostro confirmata iudicio, & imperialibus nexa præceptis, sedis amplissimæ deposcat indictio, & cogat exactio. Datum XVIII. Kalendas Iulias, Mediolani, Antonio & Syagrio Conss.

DE EXACTORIBVS[a] TRIBVTORVM.

[a] exactionibus.

TIT. XIX.

Exactores non debent exigere nisi eos qui in breuibus continentur, seu ex actis à tabulario sibi datis. Bart.

I. Imp.

I. Imp. CONSTANTIN. A.[a]

[a] ad Aeliã procõsulé Africæ. l. 1. C. T. e. Cõt.

Dvcenarij & centenarij, siue sexagenarij non prius debẽt aliquem ex debitoribus conuenire, quàm à tabulario ciuitatis nominatim breues accipiãt debitorum: quam quidem exactionem sine omni fieri cõcussione oportet. D. Kal. Nouemb. Treu. Constantino A. IIII. & Licinio IIII. Conss.

Pro debitis publicis non debet quis poni in carceribus: nec nouitates aliquas pati in persona. Bart.

II. Idem A. ad populum.[a]

[a] C. T. eo. tit. l. 3.

Nemo carcerem, plumbatarúmque verbera, aut pondera, aliáque ab insolentia iudicum reperta supplicia, in debitorum solutionibus, vel à peruersis vel ab iratis iudicibus expauescat. Carcer, pœnalium, carcer hominum noxiorum est, & officialium, & cum denotatione eorum iudicum, quorum de officio certiores esse debebunt, qui contra hanc legem admiserint. Securi iuxta præsidem transeant solutores. vel certè si quis tam alienus ab humano sensu est, vt hac indulgentia ad contumaciam abutatur: contineatur aperta & libera & in vsum hominum instituta custodia militari. Si quis in obdurata nequitia permanebit, ad res eius omnémque substantiam exactor accedat: solutionis obsequio cum substan-

VV

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

tis proprietate suscepto: qua facultate præbita omnes fore credimus promores ad soluenda ea quæ ad nostri usum exercitus pro communi salute poscuntur. Dat. Kal. Feb. Constantino A. VI. & Constantio Cæs. Conss.

Qui debitorem captum eximit, ad id quod fisco & priuato debebatur, tenetur. Bart.

III. Imp. CONSTANTIVS A. Nemesiano V. P. Com. Larg.

Q*Votiens quis & priuati debitor inuenitur, & fisci: abreptus ab uno officio teneatur ad uniuersi debiti solutionem. Qui eum abstulit, coërceatur:* " *ac totius summæ exactionem in se suscipiat, qui eundem auellendum subtrahendúmque crediderit. Dat. IIII. Idus Maij, Nizibi, Amantio & Albino Conss.*

" coartetur. vet.

Officiales tenentur ad soluendum tributa, ne ipsis cessantibus cæteri onerentur. Bart.

IIII. Idem A. ad Eustathium P. P. post alia.

A*Ctores, cæterique rei priuatæ nostræ, ad solutionem specierum solennium, debiti vigoris auctoritate cogantur: ne prouinciales rei priuatæ nostræ fatiget immanitas* ". *Dat. VIII. Idus Mart. P. P. Rom. Limenio & Catullino Conss.*

" legendū immunitas.

Exactores debent remittere ad curiam in scriptis, quid exactum est, & quid non: vt ex eorum scriptura officium reddatur instructum. Bart.

V. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P. P.

A*Pparitores quicunq; in collationem auri præcepti fuerint officij sui adhibere seruitium: titulorum debita, & collationum summas relationis suæ fide & adnotatione perscribant: sitq; ex officialis* " *instructione officium conscium, quid exactum, quidve perlatum* " *esse videatur: ne longinqui itineris diuersitate susceptor abductus, & curiæ suæ desit, & rei familiaris detrimenta sustineat. Dat. Prid. Id. April. Constantinop. Theodosio A. IIII. & Abundantio Conss.*

al. officiali.
" prolatū. prælatum.

Ad petitionem exactorum cogitur præses facere exactionem. Bart.

VI. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Theodoro P. P.

I*N fiscalibus debitis, hoc est annonariis cæterísque titulis, qui ad arcam eminentissimæ pertinent præfecturæ: necnon in his debitis quæ rationale vsurpat officium, rectores prouinciarum constringantur: & eos necessitas maneat exigendi, a quibus expectatur auctoritas. Dat. VIII. Kal. Iun. Mediolani, Honorio A. IIII. & Eutychiano Conss.*

VII. Iidem AA. Hadriano P. P. "

Ex l. 16. C. T. eod. tit. Contius.

M*Issi opinatores, [id est exactores militaris annonæ] cum delegatoriis iudicibus, eorúmque officiis insistant: ut intra anni metas id quod debetur, accipiant. nihil his sit cum possessore commune: cui non militem, sed exa-*

Appar

ctorem

ctorem, si sit obnoxius, conuenit imminere. Iudices itaque qui prouinciales passi fuerint opinatoribus delegari, eiusdem quantitatis duplex pœna retinebit: & apparitores ex quolibet officio sententiam deportationis excipient, si per semet exigẽdos voluerint delegare militibus: & curiales temporale manebit exilium, si eos quos solenniter exigere consueuerunt, opinatoribus putauerint esse tradendos: cum iudicem oporteat inquirere debitores, tabularios fideliter prouidere nomina debitorum: & apparitores siue curiales, consuetudine seruata regionum, conuictis debitoribus imminere: vt perceptis congruis emolumentis opinatores impleto anno ad proprios numeros valeant remeare. qui si vltra annum protracti fuerint: iudices eorúmque officia absque vlla mora de proprio cogantur exoluere militibus quod debetur, ipsis aduersus obnoxios repetitione seruata. Quòd si ad nos aliqua de retẽtis ab opinatoribus querela peruenerit, in duplum ab his protinus exigetur: vt partem debitam miles, reliquam fiscus accipiat. Iudicibus quoque eorúmque officiis eatenus subuenimus, vt in contumaces debitores cuiuslibet dignitatis auctoritatem suam exerant. at si impudenter solutio differatur: actores, procuratores, eorúmque prædia persequantur: de eorum quoque nominibus ad nostram scientiam relaturi. Datum tertio

tertio

tertio Idus Iulij, Mediolani, Vincentio & Fravitta Consulibus.

Si domus imperialis, vel ecclesia res tributarias licitè emerit, & tributa non soluerit, ea res ei aufertur. Bart.

VIII. Impp. LEO & Anthemius A A. Nicostrato P P.

Pars l. j. infrà lib. XI. TIT. LV. & tit. LIII.

SI diuina domus, aut quælibet alia cuiuscunque dignitatis atque fortunæ, re vera fundos extra metrocomias, non patrocinij gratia, sed emptionis iure, vel quolibet alio titulo legitimo possederint, & non impositas reipublicæ functiones agnouerint, quemadmodum prior dominus dependebat: omnibus modis possessiones eorum publico vindicentur: & curiæ eiusdem ciuitatis, sub qua vincti sunt, assignentur: vt publicis commoditatibus circa tributarias functiones vndique nostra prouisione videatur esse consultum. Dat. Kal. Septemb. Anthemio A. II. Cos.

IX. Αὐτοκράτωρ Ἀναστάσιος Ἀνθεμίῳ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων.

ΙΝΑ μὴ πολλῶν ἀπαιτούντων τὰ δημόσια καὶ οἱ συντελεῖς βλάπτωνται, καὶ αὐτὸς ὁ δημόσιος λόγος, εἷς μόνος καθωσιωμένος εἰς ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐκ τοῦ προσφόρου πεμπέσθω σκρινίου, ὀφείλων κατεπείγειν τὴν ἀπαίτησιν τῶν ἐγχειρωσταμένων τίτλων τοῦ ἰδίου σκρινίου. ἀπαι-

τεῖν

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

αὐτῆς μέντοι μὴ πεμπέσθω εἰ μὴ μετὰ παραδραμεῖν τῆς ὡρισμένης προθεσμίας καὶ ἑτέρου μηνός. τούτου δὲ τοῦ χρόνου διατρέχοντος πεμπέσθω ὁ ἐξπελλευστὴς προστιμωμένου, καὶ τοῦ ἄρχοντος, καὶ τῆς τάξεως αὐτοῦ, καὶ τοῦ κανονικαρίου πρὸς τὸν οἶκον τῶν μὴ ἀπαιτηθέντων χρημάτων, καὶ πρὸς τὴν τῆς ῥαθυμίας ποσότητα· ὥστε τὸν αὐτὸν ἐξπελλευστὴν, καὶ τὰ λοιπαζόμενα δημόσια, καὶ τὸ πρόστιμον μεθοδεύειν. μόνῳ δὲ τῷ ἄρχοντι καὶ τῇ τάξει καὶ τῷ κανονικαρίῳ ὁ ἐξπελλευστὴς ἐπικείσθω ἀφοριζομένης αὐτῷ παραμυθίας καὶ πρὸς τὴν ἐπαρχίαν τὴν χρεωστοῦσαν, καὶ πρὸς τὰ διαστήματα, τὴν δὲ παραμυθίαν ταύτην ὁ ἄρχων ἐπιγινωσκέτω καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ καὶ ὁ κανονικάριος ὡς αἴτιοι γενόμενοι τοῦ πεμφθῆναι τὸν ἐξπελλευστήν. ἐξπελλευστὴς δὲ ἕτερος μηδέποτε πεμπέσθω μηδὲ ἄλλος τις μετὰ τὸν ἐξπελλευστήν. ἐὰν δὲ νομίσωσιν οἱ ἔπαρχοι χρειῶδες εἶναι τὸ καὶ ἕτερον ἐκπέμψαι μετὰ τὸν ἐξπελλευστὴν τὰ αὐτὰ καὶ ἐπὶ τούτῳ κρατείτω, καὶ τὴν ὁριζομένην αὐτῷ παραμυθίαν ὁ αἴτιος τοῦ πεμφθῆναι αὐτὸν παρεχέτω, τουτέστιν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ καὶ ὁ κανονικάριος καὶ ὁ ἐξπελλευστής. ἡ γὰρ ἀφορισθεῖσα τῷ κανονικαρίῳ παραμυθία πᾶσι τοῖς μετ' αὐτὸν πεμπομένοις ἀπαιτηταῖς ἀρκεῖ, καὶ μηδὲν περαιτέρω μήτε τὰ συστήματα τῶν πόλεων, μήτε οἱ συντελεῖς ἀναπειθέσθωσαν εἰ καὶ πλείονες πρὸς

ἀπαίτ.

ἀπαίτησιν ἐκπεμφθείησαν προστιμωμένων ἑκάστοτε πάντων τῶν ἐκπεμπομένων καὶ μὴ ἀνυόντων τὰ δημόσια. καὶ ὅσαι δὲ γίνονται ἐνταγαὶ τῷ κανονικαρίῳ πεμπέσθωσαν ὥστε δι' αὐτοῦ καὶ ταύτας ἀνύεσθαι, μὴ αὐξάνεσθαι δὲ διὰ τοῦτο τὴν ἀφορισμένην αὐτῷ παραμυθίαν. ἐνδοματικὰ δὲ μηδεὶς λαμβανέτω ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα παντελῶς ἀπαλειφέσθω. εἰ δὲ κατά τι παραβαθείη τὰ νομοθετηθέντα πεντήκοντα χρυσίου λιτρῶν ἐπιτίμιον ἔστω καὶ κατὰ τῆς τάξεως τῶν ἐπάρχων καὶ κατὰ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τῶν τάξεων αὐτῶν καὶ κατὰ τῶν λοιπῶν τῶν δημοσιευόντων προσώπων. Dat. XII. Kalend. Aug. C P. Paulo v. c. Cos.

Interpretatio Latina.

NE exactorũ multitudo cum fisci rationibus tum collatoribus damnum adferat, vnus tantùm in singulas prouincias ex competenti scrinio canonicarius mittatur, qui eorum quæ proprio scrinio debentur, exactionem vrgeat: compulsor planè non mittatur, nisi post diem qui solui debuit, & hoc amplius mensem alterum. At eo tempore elapso compulsor mittatur, qui non tantùm reliqua fiscalia, sed & pro modo culpæ multam à præside & officio eius & à canonicario exigat.

Soli

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Soli autem præsidi & officio & canonicario compulsor immineat, & pro ratione prouinciæ atque itineris spatio solatium ab eis ferat, per quos factum est vt mitteretur. Verùm alius compulsor nequaquam mittatur, nec alius quisquam. Si tamen præfecti ex vsu esse existimauerint alium compulsorem mitti, eadem in eo seruentur, & definitum solatium ei is præstet, qui mittẽdi causam prẹstiterit, hoc est prẹses prouinciæ & officium eius & canonicarius & compulsor. Constitutum namque canonicario solatium omnibus exactoribus post eum missis sufficit, nec eo amplius quidquam corpora ciuitatum vel collatores præstare coguntur, etiam si plures mittantur, iis qui missi sunt sigillatim multandis, nisi publica tributa expedierint. Quæcunque autem fiunt delegationes, canonicario mittantur, vt eas per se expediat, nec ob eas augeatur canonicarij solatium. Ενδωμαζινὰ nullus accipiat, sed & nomen illud penitus aboleatur. Quòd si qua ex parte quis legem transgrediatur, & aduersus officia præfectorum & aduersus præsides prouinciarum & officiales eorum, cæterorum

terorúmque publica tractantium personas, L. librarum auri pœna constituta esto.

DE SVPEREXACTIONIBVS. TIT. XX.

Qui plus exigit, in duplum exigitur: & propter consuetudinem capitaliter punitur. Bart.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. Augusti Apollodoro Procons. Africæ.

QVICQVID *vltra debitum fuerit elicitum à curialibus, vel cohortalibus, vel aliis exactoribus, in duplum eruatur: quod prouincialibus restitui protinus oportebit. Si quis autem exactorum in superexactionis crimine fuerit confutatus, capitali periculo cupiditas eius amouenda atque probibenda est, si in iisdem sceleribus perseueret. Datum Prid. Id. Mart. Stilichone & Aureliano Conss.* C.T. li. xj. tit. 8 l. 2. & 1. eo. ti.

DE CAPIENDIS ET DISTRAHENDIS PIGNORIBUS tributorum causa.

TITVLVS XXI.

I. Imp. CONSTANTINVS Augustus ad Afros.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

RES eorum qui fiscalibus debitis per contumaciam satisfacere differunt, distrahantur: comparatoribus data perpetua firmitate possidendi. Dat. XV. Kal. Iun. Serdicæ, Constantino Cæs. V. & Maximo Coss.

II. Impp. CONSTANTIVS & CONSTANS Augusti Restituto præsidi Sardiniæ.

SAtis sit debitorem annonarium ad soluendi necessitatem captione pignorum conueniri. Datum VIII. Id. Decemb. Thessalonicæ, Constantio VI. & Constante III. Coss.

DE APOCHIS PVBLICIS ET DE DESCRIPTIONIBVS curialibus, & de distributionibus ciuilibus.[a]

[a] In C. T. additur, & de quadrimenstruis breuibus. li. xj. ti. xxv. & hîc forte addi debuit.

TITVLVS XXII.

I. Impp. HONOR. & THEOD. Augusti Anthemio præfecto prætorio.

AD inferiorum curialium releuandas fortunas, & impressionem potentium, & itidem curialium cohibēdam placuit, vt descriptiones si quæ per singulos ordines cogentibus diuersis negotiis agitentur, non sumant antè principium, quam apud

apud acta prouinciarum rectoribus intimentur, & ex eorum fuerint receptæ sententiis. Sed & aurum quod ex huiusmodi cōtributione redigitur, ita debet susceptori aurario consignari, vt securitatibus nomen inferentis, dies, consul, mensis, causa, & summa comprehendantur: quo & descriptionis æquitas illustretur: & descriptio documentis euidentibus fulciatur. hoc etiam obseruando, vt in quadrimestribus[a] quoque breuibus, qui ad excellentiæ tuæ officium solenniter diriguntur, celebratæ descriptionis dispunctio[b] societur: vt omnes vestræ potestatis scientiam[c] formidantes, nihil ad releuationem locupletum, atque inopum perniciem audeant pertentare. Quod & tunc optimum est custodiri, cum lucratiuæ facultates ex bonis curialium [curiæ] obuenerint: vt & inopes & locupletes fructu prouisionis simili potiātur. Quam dispositionem si quis iudicum, numerariorum, vel curialium mutilandam esse crediderit, interminationi quam nostra sedes statuerit, subiacebit. Datum VII. Kalend. Septembr. CP. Varana Cos.

[a] quadrimestruis.

[b] rectè sic: nec legendū est dispositio.

[c] aliàs, sententiam.

Qui habet instrumentum solutionis seu securitatis solenniter factum, non debet amplius molestari. Bart.

II. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Celeri PC. Africæ.

SEmel securitatem de refusione munerum emissam, ab alio iudice non liceat refrica-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ris & ideo spectabilitas tua saluberrimæ ac iussissimæ præceptionis formam secuta, prohibebit in posterum eos ad discussionem transacti muneris constringi, quos claruit accepta securitatis prosperitate lætari. Dat. v. Kal. Maij Rauennæ post Cons. Felicis & Tauri.

Qui ostendit se tribus proximis annis soluisse, retro soluisse præsumitur, nisi contrarium probetur. Bart.

III. Imp. MARTIAN. A. Constantino præfecto prætorio.

Qvicunque de prouincialibus & collatoribus, decurso posthac quantolibet annorũ numero, cum probatio aliqua ab eo tributariæ solutionis exposcitur, si trium cohærentium sibi annorum apochas securitatésque protulerit: superiorum temporum apochas non cogatur ostendere, neque de præterito ad illationem functionis tributariæ coërceatur: nisi forte aut curialis, aut quicunque apparitor, vel optio, vel actuarius, vel quilibet publici debiti exactor siue compulsor, possessorum vel collatorum habuerit cautionem: aut id quod reposcit, deberi sibi manifesta gestorum adsertione patefecerit. Datum XV. Kalen. August. Varrone & Iohanne Coss.

ᵃMennæ PP. est enim pars l. in contractibus. ꝫ. de non numerata pecunia. ∫ sed quoniã. Contius.

IIII. Imp. IVSTINIANVS A.ᵃ

SEcuritatibus quæ publicarum functionum gratia siue in solidum siue ex parte solutæ esse conscribuntur, nullam exceptionem non numeratæ

meratæ pecuniæ penitus opponi concedimus. Datum Kalend. Iul. CP. Iustinia. A. II. Cos.

DE CANONE LARGITIONALIVM TITVLORVM.

TIT. XXIII.

Quod particulares exactores exigunt, debet dari thesaurario qui est in illa prouincia, vt totum simul deuoluatur ad fiscum. Bart.

I. Imppp. GRAT. VALENT. & THEODOS. Augusti Iuliano.

OMNEM summam auri vel argenti, & reliquarum specierũ quæ sacris largitionibus ex more pendũtur, statim vt exactio fuerit celebrata, ad thesauros vniuscuiusque prouinciæ, vel ad proximos referri sub obsignatione tabularij cæterorúmque quos solicitos esse debere præcedentia iussa decreuerunt, & thesaurorum præpositis consignari præcipimus: vt exinde ad sacrum comitatum integer omnium titulorum numerus dirigatur. Datum Kalendis August. Merobaude II. & Saturnino Coss.

II. Impp. HONOR. & THEODOSIVS Augusti Anthemio P. P.

NEque sacrarum vel priuatarum largitionum palatina officia, ex quacunque causa, vel ex quocunq; titulo fiscalis debiti, cum ad prouinciam mittuntur, possessores per se au- Ex C. Th. 11. 7. 17.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

d[illegible] conuenire, siue id ex præterito reliquum trahatur, siue præsentis temporis tributa solui conueniat: sed rectores prouinciarum frequenter adeundo commoneãt, eorúmque officiis incumbant. Quòd si rector prouinciæ imminentem sibi memoratorũ declinare molestiam quæret, vel qualibet alia ratione palatinis iisdem propria auctoritate publicæ exactionis permiserit curam: tam ipse, quàm officium eius vicena auri pondo fisco dependant. Datum VII. Id. Decemb. CP. Basso & Philippo Coss.

III. Impp. LEO & Anthemius Augusti Heliodoro Com. sacrarum largitionum.

PRæcepit nostra serenitas, neque veloci cursui, neque alij præter inueteratam consuetudinem grauamini subiacere chartularios qui de cohortalibus officiis vniuscuiusque prouinciæ largitionales titulos retractare cõstituũtur: cum idem etiam amplissima præfectura disposuisse perhibeatur: vt his necessitatibus liberati, fideliter largitionales titulos valeant retractare. Quòd si aliquo tempore nostra iussio temerario ausu ex aliqua fuerit parte violata: tã rector prouinciæ, quàm apparitor eius XXX. lib. auri condemnatione plectentur. Insuper virum spectabilem comitem Orientis, eiúsque officium, licentiam habere conatus nefarios inhibendi tam moderatorum, quàm cohortalis officij cum de hac re admoniti fuerint à palatinis: ean

eandem pœnam formidantibus, si non omnibus modis pietatis nostræ decreta cõgruum mereantur effectum.

Electio & defensio susceptoris spectant ad proconsulem & præfectum, non tamen ad præsidem. Bart.

1 ¶ Illud etiam generali forma sancimus, vt in omnibus prouinciis tam nominatio specialium susceptorum largitionalium titulorum, quàm defensio tractatorum, non tantùm per viros clarissimos moderatores prouinciarum, sed etiam per viros spectabiles proconsules, & præfectum Augustalẽ, ac laudabiles vicarios vnà cũ eorũ officiis admonentibus semper, necnon imminentibus palatinis procuretur, prouidẽtibus, vt post nominationem etiam specialium susceptorum largitionalium titulorum, nulla minuendæ exactionis ad sacrũ pertinentis ærarium, aut transferendi ad arcarios, aut quoslibet alios extraneos titulos, rectoribus prouinciarum, aut eorum officiis, seu etiam curialibus licentia permittatur: quadrimenstruis breuibus per idoneum tractatorem eorundem titulorum, super commendandis ratiociniis publicis, periculo rectorum prouinciarum ad sacratissimam vrbem transmittẽdis. nam quacunque ex parte, quàm iussit nostra tranquillitas, si minus fuerit procuratum: pœna superius designata tam ipsi iudices, quàm eorum officia se nouerint esse ple-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

cienda. Datum VIII. *Kalendas Augusti, Constantinop. Anthemio* A. II. *Consule.*

Si literæ iudicis aliquid vltra veterem consuetudinem contineant, præsumuntur erroneæ. Bart.

IIII. Iidem AA. Heliodoro Com. s. l.

Præcipimus vt si forte delegatio quæ ab amplißima præfectura in diuersas prouincias ex more quotannis emittitur, minus contineat omnes largitionales titulos, aut quoquo modo exactio eorum debet procedere, nihilo minus competētem exactionem eorum a viris spectabilibus tam procōsulibus, quàm vicariis, & viro spectabili comite Orientis, & præfecto Augustali, necnon & rectoribus prouinciarum, eorúmque officiis & curialibus (omnium largitionalium titulorum exactionem") procurari, vicenarum librarum auri cōdemnationem præ oculis habētibus, si quid minus exactum vel illatū fuerit sacro ærario, quàm prisca & inueterata cōsuetudo sacris largitionibus inferri constituit. D. K. Iul. Cōstantin. Anthemio II. *Cōs.*

totū hoc, om. lar. titul. exactionem, vacat.

NE OPERAE A COLLATORIBVS EXIGANTVR. TIT. XXIIII.

I. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. Augusti ad Viuentium PP.

C. The. e. tit. l. I.

O PERARVM *præbitionem, quæ illicitè à prouincialibus hactenus expetita est, synceritas tua cessare præcipiat.*

cipiat. Datum X. *kal. Mart. Treu. Valentiniano* N. B. P. *& Victore Conss.*

DE IMMVNITATE NEMINI CONCEDENDA. TIT. XXV.

Qui falsum instrumentum immunitatis conscripserit, igne est comburendus. Bart.

I. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. Augusti ad populum."

C. T. li. 13. tit. x. l. 6. pars l. 9. j. De agricolis. Cōtius.

H IS *nostræ serenitatis edictis, ciuitatum tabulariis erit flamma suppliciu, si cuiusquam fraude, ambitu, potestate, iniustam cuiuspiam profiteantur immunitatem: ac non secundum præcedentem definitionem omnes omnino, abolita specialium immunitatum gratia, neceßitas tributariæ functionis, firmata censitorum peræquatorúmq; prouincialium iudicū peræquatione, constrinxerint. Datum* III. *No. Martias Mediolan. Merobau.* II. *& Saturnino Coss.*

Munitio viarum & aggerum debet fieri expensis pro quantitate patrimonij possessorum. Bart.

II. Impp. HONOR. & THEODOSIVS Augusti Anthemio PP.

PER *Bithyniam cæterásque prouincias possessores in reparatione publici aggeris, & cæteris huiusmodi muneribus pro iugerum numero vel capitum quæ possidere noscuntur,*

XX

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

dare cogantur.[a] Dat. VII. Kal. Nouemb. Constantinop. Honorio VIII. & Theodo. V. Coss.

[a] adstringātur. vete. meo manuscrip. Contius.

DE CONDITIS IN PVBLICIS HORREIS.

TITVLVS XXVI.

Non debet tangi de fructibus nouis donec consumantur antiqui. Bart.

I. Impp. VALENTINIA. & VALENS AA. ad Volusianum P. V.

Ex C.Th. lib. 11. tit. 14. l. 1. §. ante omnia.

OMNIA *quæ in horreis habentur, expendi volumus, ita vt non prius ad id frumentum extēdatur expēsio, quod sib prefectura tua vrbis horreis infertur, quàm vetera cōdita fuerint erogata, & si forte vetustate species ita corrupta est, vt per semet erogari sine querela non possit: eidem[b] ex noua portione misceatur, cuius adiectione corruptio velata damnum fisco non faciat. Ad istud autem negotium arbitratu ac iudicio tuo, nobilis, prudens, fidelis, optimè sibi conscius, pro integritate mentis apponatur custos ac mensor: qui vel frumenta modio metiatur, vel iustis æstimationibus colligat quanta habeantur in condito. Datum VI. Id. Aprilis, Diuo Iouiano & Varroniano Conss.*

[b] al. eidem noua portio misceatur &c.

Rectores debent per seipsos inspicere domos & horrea publica, ne ex pluuia corrumpantur publica frumenta. Bart.

II. Iidem AA. Anthemio præsidi.

C*Vm ad quamlibet vrbem mansionémve accesseris, protinus horrea inspicere te volumus: vt deuotissimis militibus depuratæ[a] & incorruptæ species præbeantur. nam si per incuriam officij grauitatis tuæ, sartorum tectorum neglecta procuratione, aliqua pluuiis infecta perierint: ad damnum tuum referentur. Dat. VIII. Kalend. Septemb. Arelate, Iouiano & Varroniano Coss.*

[a] in manuscrip. defloratæ. Contius.

Species in horreis publicis depositas, nullus debet in suam vtilitatem conuertere. Bart.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Anatolio P.P. Illyrici.[a]

[a] Ex Cod. Th. lib. xj. tit. xiiij. l. iij.

N*Vlli posthac horreaticas species contingēdi copia præbeatur. si vero quisquam temerator horreorum extiterit, qui sibi ex prædictis aliquid audeat vsurpare: hanc pœnam sciat nostro arbitrio definitam, vt deportationis pœnæ subiectus, totius substantiæ cogatur subire iacturam. Dat. VII. Id. Iul. Constantinop. Cæsario & Attico Conss.*

VT NEMINI LICEAT IN EMPTIONE[a] SPECIERVM se excusare, & de munere sitocomiæ.[b]

[a] In vno meo manuscripto leg. cōparatione, in alio coēptione. Cont.

[b] Sitoniæ vel sitonici legend. putat Cuiacius.

TITVLVS XXVII.

I. Imp. ANASTASIVS A. Macroniano PP.

Quotien

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Votiens vrgente necessitate comparationes frumenti, vel olei, aliarúmque specierum quibuslibet prouinciis indicuntur, nulli penitus possidentium sese sub cuiuscunque priuilegij occasione excusandi tribui facultatem censemus: omnique cuicunque possidentium, quocunque modo, quocunq; tempore, per sacros apices, vel etiam pragmaticam sanctionem, aut iudicialem forte dispositionem huiusmodi excusatio data est, vel postea data fuerit, licentia minime vnquam contra tenorem nostræ legis saluberrimæ valitura. adeo namque huiusmodi onera cunctis, pro qua singulos portione contigerit, volumus irrogari, vt ab iisdem comparationibus nec sacratissimam nostræ pietatis, nec serenissimæ nostræ coniugis domum patiamur subtrahere. Dat. III. Kalend. Aug. Constantinop. Olibrio v.c. Cons.

II.

Οἱ τὰς πόλεις οἰκοῦντες ἢ ἐν αὐταῖς κεκτημένοι μὴ ἀναγκαζέσθωσαν εἰς ἑτέραν πόλιν ἢ εἰς τὴν μητρόπολιν εἴδη χορηγεῖν. εἰ δὲ καί τις ἀπαραίτητος αἰτία καταναγκάσῃ τοῦτο γενέσθαι τοῖς δικαίοις τιμήμασι τοῖς ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει κρατοῦσιν ἐξ ὧν τὰ εἴδη παρέχεται, πιπρασκέτωσαν ἐκείνων ταῦτα μετανομιζόντων τῶν δεομένων τῶν εἰδῶν. ὑπολογιζέσθω δὲ τοῖς πιπράσκουσι τὰ τιμήματα τῶν εἰδῶν εἰς τὰ συντε-

λούμενα ἐν χρυσῷ παρ' αὐτῶν δημόσια. οὐδὲ γὰρ δίκαιον νῦν μὲν ἀπαιτεῖσθαι τινὰ παρέχειν εἴδη, μετὰ χρόνον δὲ αὐτῷ τὰ τιμήματα λογίζεσθαι. οὕτως εὐθυνίας γενομένης, τοῦ λαμπροτάτου ἄρχοντος ἑκάστης ἐπαρχίας ἐγκινδυνεύοντος εἰς τὸ καταλογίζεσθαι τὰ τῶν εἰδῶν τιμήματα κατὰ τὰς ὡρισμένας προθεσμίας ὑπὲρ αὐτῶν ἐκπέμπεσθαι. μηδεὶς δὲ ἀναγκαζέσθω πιπράσκειν πᾶσαν χρείαν αὐτοῦ, ἀλλὰ τὰ ἐκπερισσεύοντα εἴδη. ἀσεβὲς γὰρ ἐστιν ἀποστερεῖσθαί τινα οἰκείων καὶ ἑτέροις ταῦτα χορηγεῖν. ρ. χρυσίου λίτρας ὑφισταμένου ζημίαν καὶ κινδυνεύοντος εἰς τὴν ἀξίαν καὶ τὴν ζώνην αὐτοῦ τοῦ παραβαίνοντος τὸν νόμον ἢ συγχωροῦντος αὐτὸν παραβαθῆναι. μηδεὶς ποτὲ χωρὶς μεγάλης ἀνάγκης ἐπιτατέσθω τοῖς κτήτορσιν συνωνή, καὶ ὅτε δὲ γίνεται κατὰ θείαν μόνον κέλευσιν γινέσθω, ἐφ' ᾧτε τὸ διὰ συνωνῆς χρυσίον ἐκ τῆς συντελουμένης παρὰ τῶν κτητόρων ἐν χρυσῷ συντελείας παρακατέχεσθαι, ἐὰν ὅλως τὰ τῆς συνωνείας αὐτῆς συντελείας ἀρκῇ πρὸς τὴν συνωνήν. ἐὰν δὲ μὴ χρεωστῶσι δημόσια οἱ τὴν συνωνὴν ἐπιταγέντες ἢ μέρος χρεωστῶσιν, ἐν νομίσμασιν εὐστάθμοις πρότερον τὸ χρυσίον λαμβανέτωσαν, καὶ οὕτως τὸ εἶδος ἀπαιτείσθωσαν μηδενὸς τολμῶντος ἢ παράσταθμα δοῦναι τὰ νομίσματα ἢ ἐλλιπῶς ταῦτα καταβαλεῖν, ἢ ἄλλως πῶς ζημιῶσαι τοὺς ὑποτελεῖς, ἀλλὰ καὶ τὸ τετραπλάσιον παντὸς τοῦ παρ' ἀλλήλου καὶ

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

καὶ τῆς ζημίας ἀπαιτουμένου καὶ τοῦ ἐλλιπῶς καταβάλλοντος. Εἰ δὲ καί τις συνωνὴν ἐπιτάξαι τολμήσει, ἢ τὴν ἐπιταγεῖσαν παρανόμως ἐκβιβάσει, πεντήκοντα χρυσίου λίτρας προστιμάσθω, καὶ τῆς στρατείας, καὶ ἀξίας ἐκπιπτέτω ὑποκείμενος, καὶ μείζονι κινδύνῳ. καὶ ὅτε δὲ κατὰ θείαν κέλευσιν γένηται ἐπιταγὴ συνωνῆς, ἕκαστος τῶν κτητόρων πρὸς τὴν ἀναλογίαν τῶν ζυγῶν ἤτοι ζυγοκεφαλῶν ὑποκείσθω τῇ συνωνῇ μηδενὸς αὐτῆς ἐξαιρουμένου. Ὁ δὲ ὑπὲρ ταύτην τὴν ἀναλογίαν ἀπαιτῶν τινὰ τῶν συντελεστῶν προφάσει τῆς συνωνῆς, καὶ ζημίᾳ τῶν πεντήκοντα τοῦ χρυσίου λιτρῶν ὑποκείσθω, καὶ ζώνης καὶ ἀξίας ἐκπιπτέτω, καὶ ἑτέραν μείζονα προσδοκάτω κίνησιν. Ἀλλὰ ταῦτα χωρὶς τῆς θρακικῆς διοικήσεως νενομοθέτηται. ἐν θράκῃ γὰρ ἐπειδὴ οὐκ εἰς ὁλόκληρον εἰσφέρεται τὰ δημόσια διὰ τὸ προφάσει τῶν βαρβαρικῶν ἐφόδων ἐλαττωθῆναι τοὺς γεωργοὺς, καὶ μὴ ἀρκεῖν τὴν ἐν εἴδεσι συντέλειαν τοῖς κατ᾽ αὐτὴν ἱδρυμένοις στρατιώταις, καὶ πάντων μᾶλλον ἀποτρέφεσθαι εἰς αὐτὴν στρατιωτικὰ τάγματα ἀνάγκη ἐστὶ συνεχὴς πάνυ γίνεσθαι ἐπειδὴ μὴ ἐνδέχεται δίχα συνωνῆς ἀποτρέφεσθαι τοὺς ἐν αὐτῇ στρατιώτας. Ἐν ἐκείνῃ τοίνυν τῇ διοικήσει ἡ μέχρι σήμερον κρατείτω συνήθεια ὑποκειμένων καὶ τῶν ἐμπόρων τῇ συνηθείᾳ, πρότερον μέντοι καὶ τοῖς συντελεσταῖς, καὶ τοῖς ἐμπόροις καταβαλλομένου τοῦ τῆς συνωνῆς χρυσίου ἐν εὐστάθμοις νομίσμασι, καὶ

καὶ ἀβρύζοις καὶ οὕτως αὐτῶν ἀπαιτουμένων ἀδιαστρόφως, καὶ ἀζημίως τὸ εἶδος εἰσφέρειν, τοῦ δὲ ταῦτα παραβαίνοντος τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ὑποκειμένου. βέλτιον γὰρ ἀντὶ τῆς ἰδιωτικῆς ἐμπορείας μᾶλλον τοῖς στρατιώταις, καὶ τοὺς ἐμπόρους χορηγεῖν τὰς ἀναγκαίας αὐτῶν ἀποτροφάς. Ἐὰν δὲ ποτὲ διά τινας πόλεις μὴ ἐχούσας σιτωνικὰ χρήματα, μήτε ἑτέρωθεν εὐπορούσας ἀνάγκη γέγονε συνωνὴν ποιήσασθαι, ἐξέστω μὲν τοῖς ἄρχουσι ταύτην ποιεῖν ἐν μόνῃ δὲ τῇ ἐνορίᾳ τῆς πόλεως τῆς τοῦ σίτου δεομένης, καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς ὁρίοις, καὶ κατὰ τὰ ἐν τοῖς τόποις κρατοῦντα κατὰ καιρὸν τιμήματα. τοῦτο δὲ παραφυλαττέτωσαν καὶ οἱ πατέρες τῶν πόλεων, καὶ πᾶς ἕτερος τῆς συνωνῆς προνοούμενος. Εἰ δὲ καὶ ἀνάγκη γένηται πολιτικὴν γενέσθαι συνωνὴν ὡς ἐπιζητουμένων εἰδῶν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, καὶ ἐν ταύτῃ κατὰ θείαν μόνην κέλευσιν προβαινέτω, τοῦ χρυσίου πρότερον κατὰ τὰ ἐπ᾽ ἀγορᾶς ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις ὤνια παρεχομένου ἀδιαστρόφως καὶ ἀζημίως, μετὰ τοῦ καὶ τὰ ναῦλα ἐκ τοῦ δημοσίου παρέχεσθαι ὥστε τὸν συντελεστὴν πιπράσκειν μόνον τὸ ἐπιζητούμενον εἶδος, καὶ πληρωθῆναι τοῖς δεομένοις τὴν χρείαν. Μηδὲν δὲ ἐκ ταύτης τῆς διατάξεως καινιζέσθω τὰ ἐπὶ τῇ συνωνῇ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως διατετυπωμένα. ἀλλὰ κρατείτω καὶ ὁ θεῖος τύπος ὁ διατυπώσας τὰ περὶ

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

περὶ τῶν ἐπεισάκτων στρατιωτῶν ἀποστροφῆς. ὑποκείσθω δὲ τῷ προστίμῳ τῶν πεντήκοντα τοῦ χρυσίου λιτρῶν, καὶ τὸν εἰς ζώνην καὶ ἀξίαν ὑπομενέτω κίνδυνον ἥτε μεγίστη τάξις τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων, καὶ οἱ λαμπρότατοι τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες μετὰ τῶν πειθομένων αὐτοῖς τάξεων, καὶ οἱ κατὰ τόπον ἔκδικοι καὶ ἄλλοι οἱ δημοσιεύοντες παραβαίνοντες αὐτοὶ τὸν νόμον, ἢ παραβαθῆναι συγχωροῦντες ἢ μὴ μηνύοντες ἀνυπερθέτως, καὶ ἀληθῶς κατὰ τῶν παραβαινόντων αὐτόν.

Interpretatio Latina.

CIuitatum incolæ, vel qui in eis aliquid possident, non cogantur in aliam ciuitatem vel metropolin species conferre. Sed & si ineuitabilis quædam causa id fieri exigat, iustis pretiis, quæ in ea ciuitate obtinēt ex qua præbentur species, eas indigentibus vendant. Compensentur autem venditoribus pretia cum auraria collatione, nec enim æquum est, qui nunc præbuit species & annonæ copiam attulit, ei postea pretia computari. & hoc fiat cura & solertia præsidis cuiusque prouinciæ. Nullus verò cogatur vendere omne id quod sui vsus gratia comparauit, sed superflua tantùm: quãdoquidem satis impium est suis quemque defrau-

dari, eáq; in alios trãferri, præside qui legē violarit violaríve concesserit, C. libris auri multando, & dignitate propria cingulóque spoliando. Nulla vnquam citra ingentem necessitatem iussionémque principis possessoribus coemptio indicatur, nec aliter quàm vt coemptionis aurum ex auri collatione à possessoribus debita, si quidem ea omnimodo ad coemptionem sufficiat, retineatur. Quòd si nihil fisco debeant ij quibus coemptio indicitur, aut partem tantùm, prius in numis ponderis probi aurum accipiant, quàm ab eis species exigantur, nemine audente vel iniusti ponderis vel ex parte tantùm nummos exsoluere, vel qua alia ratione collatoribus damnum dare, damni quadruplo & eo quod pretio deest, ab eo qui secus fecerit exigendo. Sed & si quis coemptionem indicere ausus sit, vel indictam illicitè exegerit, L. libris auri multabitur, & militiam ac dignitatē amittet, maiori etiam commotioni subdendus. At cùm ex mandato principis coemptio indicitur, vnusquisque pro rata iugorum & capitum quæ possidet coemptioni subiiciatur, nemine ex-

cepto : eo qui in exigendo hanc rationem non ſeruauerit, L. librarum auri multam ſubituro, & dignitatem ac cingulum amiſſuro, & maiorem aliam commotionem expectaturo. Excipimus ab hac lege Thraciæ diœceſin. In Thracia enim quia tributa fiſcalia inſolidum non inferuntur, barbarorum incurſibus colonis attritis, nec ſufficiente ſpecierum collatione ad alendos milites in ea conſiſtentes, quod omnium maximè intereſt, nec tamen ſine coemptione præſtari poteſt, ideo eam frequentiſſimè fieri longè neceſſarium eſt. In ea igitur diœceſi, quæ hactenus obtinuit, conſuetudo ſeruetur, ei ſubiectis etiam negotiatoribus, vt collatoribus & negotiatoribus coemptionis aurum primùm ſoluatur in nummis obryzis & debiti ponderis, tum ab eis ſine refragatione & damno vllo conferantur ſpecies, illo qui hæc non ſeruauerit, eiſdem ſubdendo pœnis. Melius enim eſt inſtar priuatæ negotiationis militibus etiam negotiatores alimonia conferre. Quòd ſi quandoque ob ciuitates aliquas inopes neceſſe ſit coemptionem fieri, liceat præſidibus eam facere in territorio duntaxat

xat eius ciuitatis quæ frumento indiget, & in confiniis eius, & eo pretio quod in locis pro tempore obtinebit. quod & patres ciuitatum obſeruabũt, & quilibet alius coemptionis curam gerens. At ſi neceſſitas exigat ciuilem coemptionem fieri in vrbe regia deficientibus annonis, ea verò procedat ex ſacra iuſſione, auro prius ſine damno & dilatione præſtito, vt in foro rerum venalium diſtrahuntur ſpecies, ita vt & naula ex publico præbeantur, & collator vendat ſolummodo ſuppeditétq; egentibus neceſſarias ſpecies. Nihil verò hac Conſtitutione innouatur eorum quæ de coemptione magnæ Alexandrinorũ ciuitatis diſpoſita ſunt ſacra forma de annona militum euocatorum. Subiiciantur multæ L. librarum auri & periculo dignitatis ac cinguli tam maximi apparitores glorioſiſſimorum præfectorũ prętorio: quàm clariſſimi præſides prouinciarum, & eis obſequentia officia & locorum defenſores & alii publicorum tractatores, ſi hanc legem violauerint aut violari conceſſerint, aut confeſtim & verè eius violatores minimè detulerint.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

III.

ΟΤΑΝ ἔν τινι πόλει σιτώνου γένηται χρεία κατὰ δοκιμασίαν καὶ ἐπιλογὴν καθεκάστην πόλιν, ἐπισκόπου καὶ τῶν ἐν τοῖς κτήτορσι πρωτευόντων γινέσθω ἡ ἐπ' αὐτῷ προβολή, οὐ κατὰ τὸ δοκοῦν τοῖς προβαλλομένοις οὐδὲ ἐφ' οἷς ἂν βουληθείησαν προσώποις, ἀλλὰ μόνων τῶν ἐπὶ τῆς χώρας ἐκείνης ταξεωτῶν τῶν στρατευομένων καὶ τῶν ἀποθεμένων τὴν τάξιν διὰ τῶν εἰρημένων προσώπων πρὸς τὴν σιτωνείαν προβαλλομένων. ἐπειδὴ εὐχερέστερον οὗτοι ταῖς δημοσίαις χρείαις ἐντεθειμμένοι ἐκ μακρῶν χρόνων τὸ τῆς σιτωνείας διανύουσι βάρος. πάσης δὲ ζημίας ἀπαλλαττέσθωσαν οἱ σιτωνοῦντες καὶ πληροῦντες τὴν εἰρημένην χρείαν, κατὰ τὸ δίκαιον λογοθετείσθωσαν. οὐ γὰρ δίκαιον αὐτοὺς ἀντὶ τοσούτων κόπων καὶ ζημιοῦσθαι. χορηγείτωσαν δὲ τὸν σῖτον κατὰ τὰ ἐπ' ἀγορᾶς ὤνια καὶ μηδὲν περαιτέρω. Ο δὲ παραβαίνων ἢ παραβαθῆναι συγχωρῶν τὸν νόμον λ' χρυσίου λίτρας ἐπιτίμιον καταβαλλέτω.

Eadem Latinè.

CVm in ciuitate aliqua frumenti cōparandi curatore opus est, eius creatio fiat arbitrio & electione episcopi & primorum ciuitatis, non vt videbitur creatoribus, neque ex quibus voluerint personis, sed soli ex regione illa officiales militantes & dimissi ad munus illud sitoniæ ab eis promoueantur. Hi namque qui in publicis negotiis diu sunt exercitati, facilius sitoniæ munus expedient. At omni damno liberentur qui eam necessitudinem curámque sustinuerint, & secundum leges discutiantur: quandoquidē æquum non est vt ex tot laboribus damnum ferant: frumentum autem præbeant non maiore pretio quàm in foro distrahatur. Qui violarit legem aut violari concesserit, triginta librarum auri multam sustineto.

DE COLLATIONE DONATORVM, VEL RELEVATORUM, AUT TRANSLATORUM, SEU ADÆRATORUM.

TITVL. XXVIII.

I. Impp. VALENTINIAN. & THEO. Augusti Hermocrati PP.

Dispositionem amplissimæ recordationis Antiochi, quæ certā quantitatem ant[illegible]e releuatis possessionibus nomine [illegible] indixit, non imminui decernimus. id enim quoniam in canonem cecidit, & anniuersaria debet pensitatione persolui: nec in præteritum, nec in posterum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

patimur esse concessum. Indulgentiam verò memoratæ descriptionis, & in ante actum & in posterum tempus non solùm in releuatis, verumetiam in donatis, adæratis, translatísque, seu quodlibet aliud nomen nouæ descriptionis excogitatum est, volumus obseruari; nullámq; super his vnquam exactionis molestiam formidari: quibus non tantùm reliqua præteriti temporis relaxamus, sed nec in posterũ quicquam innouationis aut oneris adiiciendum esse censemus: nullíque licere deinceps contra diualia statuta releuare suas possessiones. Nouerit tamẽ amplissimæ tuæ sedis officium, quod si aliquando nobis suggestio huic nostræ sanctioni contraria porrigatur, vel si sacris mandatis, si qua fortè citra suggestionem his piis dispositionibus aduersa emanauerint, obsequatur, & aliquos tanquam debitores ex huiusmodi titulo crediderit exponendos: al. exigẽdos. *ducentarum librarum auri se condemnatione multandum. Dat. XII. Kalend. Decembris, Theodos. XVIII. & Albino Coss.*

DE COLLATIONE AERIS.

TITVLVS XXIX.

Pro ære potest solui aurũ tanti valoris. Bart.

Ex C.T. li.11.ti.21 l.2.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Hilario.

Aeris

AEris precia quæ à prouincialibus postulantur, ita exigi volumus, vt pro viginti libris æris, vnus auri solidus à possessore reddatur. Dat. V. Kalen. Iun. Med. Arcad. IIII. & Honor. III. AA. Conss.

DE DISCVSSORIBVS.

TIT. XXX.

Si æstimator malè estimat, ipse tenetur. Bart.

I. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. Augusti ad Arthemium Vic. Hispaniarum.

C.T. li.11. tit.26. l.1.

QVotiens in disceptatione constiterit iniquè discussionem fuisse confectam, & fidem facti non poterit approbare discussor: ipse in eodem titulo, & in eodem modo ad soluendum protinus vrgeatur, in quo alterum perperam fecerit debitorem. Datum Prid. Id. Maij, Valentiniano N. B. P. & Victore Conss.

Licet soluens tributa, apocham de soluto perdiderit, potest tamen ex libris communis solutionem probare.

II. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Messalæ præfecto præt.

C.T. ibid. l.2. quibusdã mutatis.

NE casu amissa securitate publica, quædam præda nascatur collatoribus: decernimus, vt quando securitates à discussoribus seu apparitoribus expositæ, ratiociniis publicis con-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

tineantur: rursus per iniuriam non petantur. Dat. v. Kalend. Decemb. Mediol. Stilichone & Aureliano Coss.

Ab onere discutiendi & æstimandi patrimonia nullus excusatur, nec etiam miles, nec militans. Bart.

III. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Apollonio PP.*

*In manuscripto legitur, præfecto Augustorũ.

Per singulas prouincias vel ciuitates, honoratis vsque ad comitiuam consistorianam, necnon etiam militantibus, & suis obsequiis non adhærentibus, aduocatis quinetiam fori prouincialis mandari discussionis iugerum sollicitudinem decernimus. Dat. v. Kal. Ianuar. Eudoxio & Dioscoro Coss.

IIII.

Μηδεὶς γινέσθω λογοθέτης χωρὶς βασιλικῆς κελεύσεως ἰδικῶς μεμνημένης τῆς αὐτοῦ τοῦ λογοθέτου προσηγορίας, μήτε κατὰ κέλευσιν τῶν ἐπάρχων, μήτε ἐκ προστάξεως ἄλλου οἱουδήποτε δικαστηρίου γινέσθω τὶς λογοθέτης ἐν ταῖς ἐπαρχίαις, ἢ πολιτικῶν ἔργων, ἢ σιτωνικῶν χρημάτων, ἢ λιμενητικῶν, ἢ τῶν περὶ τοὺς δημοσίους ὁλκοὺς τῶν πόλεων δαπανομένων, ἢ περὶ τειχοποιΐαν, ἢ περὶ ὁδοστρωσίαν, ἢ γεφύρων, ἢ μώλων κατασκευὴν ἀλλ' οὐδὲ τῶν λουτρωνικῶν χρημάτων ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν εἰς πολιτικὴν ζήτησιν ἀναφερομένων χωρὶς βασιλικοῦ τύπου. αὐτὸς γὰρ ὁ βασιλεὺς εἴτε ἐκ δημοσίου

χρήματα ἐκπέμψῃ πρὸς τειχοποιΐαν ἢ ἑτέρου παντὸς ἔργου κατασκευὴν, εἴτε εὕρῃ παρ' ἑτέρου καταλελειμμένα χρήματα πόλεσι πρὸς ἅπαξ, ἢ καὶ δικαίως ὅτε ἂν αὐτῷ παραστάῃ, πέμπει τὸν λογοθέτην καὶ τὸ ἔργον ὀφείλοντα μετρῆσαι καὶ ἀκριβεῖς λογισμοὺς ποιήσασθαι καὶ εἰς τὸ θεῖον αὐτοῦ κράτος ἀναγαγεῖν ἐφ' ᾧτε γενομένης ὀρθῶς τῆς δαπάνης θείαν γενέσθαι παρ' αὐτοῦ τοῖς δεδαπανηκόσιν ἀμεριμνίαν, καὶ μηκέτι δευτέραν ζήτησιν αὐτοὺς ὑπομένειν ἢ κληρονόμους αὐτῶν ἢ διαδόχους. εἰ δὲ καὶ ὁ λογοθέτης πεμπόμενος ἐπιτραπείη ποιῆσαι ἀμεριμνίαν τοῖς ὀρθῶς δεδαπανηκόσιν τὰ χρήματα καὶ μετὰ τῶν λόγων ἐρευνῆς ἐκθέτου αὐτῶν ἀμεριμνίαν τοῖς ὀρθῶς δεδαπανηκόσιν, ἔστω καὶ αὕτη κυρία ὡς μήτε θείας ἀμεριμνίας δεῖσθαι τὸ λοιπὸν μηδὲ ἑτέρας ἀσφαλείας τὸν δαπανήσαντα ἢ τοὺς κληρονόμους αὐτοῦ ἢ διαδόχους, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τῇ τοῦ λογοθέτου ἀσφαλείᾳ. Ἐπαγγελλέτω δὲ καὶ δαπάνας δίδοσθαι τοῖς λογοθέταις ἡ διάταξις ἐφ' ᾧτε ἀζημίους αὐτοὺς ποιεῖσθαι τὴν λογοθεσίαν. ὁ δὲ οἴκοθεν δαπανῶν ἢ περὶ ἔργα τῆς πόλεως, ἢ περὶ ἄλλην κοινωφελῆ χρείαν μηδενὶ ὑποκείσθω λογοθεσίᾳ μηδὲ αὐτὸς μηδὲ κληρονόμος μηδὲ διάδοχος αὐτοῦ, μηδὲ ἐπὶ ζητήσει δημοσίων λογισμῶν οἷον ἐπὶ κερδῶν ἢ τῶν λεγομένων ἀγωγικῶν ἤτοι παραπεμπτικῶν ἢ τῶν δαπανωμένων περὶ τοὺς δημοσίους ὄνους ἢ ὀνη-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

λάτας ἢ τῶν διωγμιτικῶν καὶ τῶν ἄλλων ἃ γενικῷ ὀνόματι καλεῖται Solemnia. μηδεὶς δὲ τῶν ἀρχόντων πεμπέτω λογοθέτην ἀλλὰ ἀναφερέτω πρὸς βασιλέα ἐφ᾽ ᾧτε παρ᾽ αὐτοῦ πέμπεσθαι τὸν ἐπὶ τούτοις λογοθέτην, μηδὲ ἄχρις ἑνὸς ὀβολοῦ ὀφείλοντα κερδαίνειν, ἀλλὰ τῷ τε δημοσίῳ λόγῳ καὶ τοῖς ὑποτελέσι φυλάττειν τὸ δίκαιον. ἐὰν οὖν εὕρῃ παρά τισι χρήματα δημόσια ὁ λογοθέτης ἀνύσῃ αὐτὰ καὶ εἰς τὸ θεῖον ornamentum εἰσκομίσῃ, ἔξεστιν αὐτῷ καθ᾽ ἑκάστην λίτραν ἓξ νομίσματα ὑπὲρ θεραπείας παρακατασχεῖν. Εἰ δὲ παρὰ τῶν ὄντων ἐν ἐπαρχίαις ἢ ἑκόντων ἢ ἀκόντων ἄχρις ἑνὸς ὀβολοῦ λάβῃ αὐτὸς μὲν τὸ λαμβανόμενον ἀποδιδότω τετραπλάσιον ὀφείλων εἰσκομισθῆναι τοῖς δημοσίοις καὶ κοινῆς βασιλικῆς πειράσθω ὡς τὸ δημόσιον προδεδωκὼς ἢ τοὺς συντελεστὰς ἀδικήσας. ὁ δὲ ἀνασχόμενος παρασχεῖν ὡς διὰ τοῦτο καθομολογῶν ὑπεύθυνον αὐτὸν εἶναι τοῖς δημοσίοις ἀπαιτηθήσεται πάλιν τὰ περὶ ὅσων ὑπέμεινε ζήτησιν ὀφείλοντα εἰσκομισθῆναι τῷ δημοσίῳ λόγῳ. καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ τῶν Solemnium ζητήσει ὁ βασιλεὺς μανθάνων τὸ γενόμενον λογοθέσιον, θεῖαν ἀμεριμνίαν ἐκτίθεται τοῖς λογοθετήσασι μηκέτι δεύτερον εὐλαβουμένοις λογοθέσιον, αὐτῷ τῷ λογοθετοῦντι ἐπιτρέπων τοῖς λογοθετουμένοις ποιεῖν ἀμεριμνίαν ἐφ᾽ ᾧτε τοὺς ταύτην λαμβάνοντας μηκέτι δευτέραν μένειν λογοθεσίαν.

μήτε

μήτε δὲ ὑπὲρ τῆς γενομένης ἀμεριμνίας λαμβανέτω τι παντελῶς ὁ λογοθέτης, ἀλλ᾽ ἐὰν ὅλως ἐπιχειρήσῃ τι λαβεῖν, ἄδειαν ἐχέτωσαν οἱ κτήτορες καὶ πολῖται καὶ ἀπωθεῖσθαι τὸν ἐμβιβασμὸν αὐτοῦ, καὶ δεήσεις ἐπιδιδόναι τῷ κατὰ καιρὸν βασιλεῖ ὥστε πεμφθῆναί τινα κατὰ χώραν τὸν ὀφείλοντα κοινὴν εἰσπρᾶξαι τὸν ἐπιχειροῦντά τι ἀπαιτῆσαι. Εἰ δὲ καί τις ἄρχων μετὰ τὸν παρόντα νόμον χωρὶς θείας ἐγγράφου κελεύσεως πρὸς αὐτὸν πεμπομένης ἀποστείλῃ λογοθέτην ἐπὶ οἱονδήποτε τῶν εἰρημένων, ἔτι αὐτὸς μὲν ὁ ἄρχων εἴκοσι χρυσίου λίτρας πρόστιμον ὑποστήσεται. ἡ δὲ τάξις αὐτοῦ, πέντε καὶ δέκα. μήτε προφάσει ἀνακαθάρσεως ὀχετῶν ἢ τῶν πρὸς τοῖς τείχεσιν οἰκοδομημάτων, καὶ τῆς αὐτῶν καταλύσεως ἢ τῶν ἐν ταῖς δημοσίαις στοαῖς γενομένων τῶν καλουμένων προδυλειῶν καὶ ἐρειπίων, ἢ τῶν ἐν ταῖς μεσοστύλοις τῆς πόλεως οἰκοδομουμένων ὡς ὀφειλόντων ἀνατραπῆναι, ἢ περὶ εἰκόνων ἤτοι αὐτοτρόπων ὅλως ἐπινοιῶν ἢ πολιτικῶν ζητήσεων ποιείσθω τινὰς προστάξεις. εἰ δὲ καὶ ποιήσει, ἄδειαν ἐχέτωσαν οἱ ἐν ταῖς πόλεσι τὸν ἐντεῦθεν ἐμβιβασμὸν ἀπωθεῖσθαι καὶ μηδεμίαν ἀπόκρισιν ποιεῖν ἐν ταῖς τοιαύταις πράξεσι, μετὰ τοῦ καὶ τοὺς ἄρχοντας τῶν ἐπαρχιῶν εἰ τοῦτο τὸ γινόμενον σιωπήσωσιν καὶ πᾶσαν πολιτικὴν καὶ δημοσίαν βοήθειαν τοῖς αὐτοῖς ὑποκεῖσθαι ἐπιτιμίοις, ἐξουσίαν ἐχόντων τῶν βουλομένων δεήσεις ἐπιδιδόναι βασι-

λεῖ καὶ

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

[illegible] καὶ δι᾽ αὐτῶν διδάσκειν τὰ γινόμενα ὡς
ἂν ἐκ βασιλικῆς ἀγανακτήσεως ἐπακολουθήσῃ
διόρθωσις, πρὸς τὸ καὶ τοὺς προστάξαντας ἄρ-
χοντας γενέσθαι τῷ τοιούτῳ εἴκοσι χρυσίου λί-
τρας προστιμᾶσθαι καὶ μείζονα προσδοκᾶν βα-
σιλικὴν ἀγανάκτησιν. τὰς δὲ πειθομένας αὐ-
τοῖς τάξεις μετὰ τοῦ προστίμου τῶν πέντε καὶ δέ-
κα τοῦ χρυσίου λιτρῶν, καὶ τὴν ἐν σώματι τι-
μωρίαν ὑπομένειν. μόνον γὰρ ἔξεστι τῷ βασιλεῖ
καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐποψίαν ἐπιτρέπειν
ἀνδρὶ καθαρῷ καὶ σὺν ἀληθείᾳ καὶ πρὸς ὠ-
φέλειαν τῶν πόλεων τὰ τοιαῦτα ζητοῦντι, καὶ
μηδὲν παντελῶς ὑπὲρ αὐτῶν κομιζομένῳ.
προνοείτωσαν δὲ οἱ τῶν πόλεων πατέρες καὶ
οἱ τῶν κτητόρων εὐπόληπτοι ὥστε μηδένα πο-
λιτικὸν τόπον ἢ δημόσιον ἢ πρὸς τὰ τείχη
ἢ ἐν ταῖς δημοσίαις στοαῖς ἢ λατρείαις ἢ ὁπου-
δήποτε κείμενον ὑπό τινων ἀλόγως κατέχε-
σθαι καὶ μὴ ἐκδίδοσθαι τόπον πολιτικὸν χω-
ρὶς θείου τύπου. τὰ γὰρ παρ᾽ αὐτῶν μὴ ὀρθῶς ἐκ-
διδόμενα ἀνατρέπεσθαι καὶ ζημιοῦνται οἱ εἰ-
ληφότες. προνοείτωσαν δὲ οἱ αὐτοὶ ὥστε τοὺς
ἐκ τύπου θείου ἔχοντας νομὴν ὕδατος μὴ
πλεονεκτεῖν τοὺς ἑτέρους καὶ τὸν μὲν πλέον
τὸν δὲ ἔλαττον λαμβάνειν. ἔργον δὲ ἔστω τοῦ
μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος τῶν θείων ἰδικῶν
τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτῷ
παλατινῶν διερευνᾶν ταῦτα, καὶ προσαγ-
γέλλειν καὶ τὴν τῶν ἀδικουμένων προστίμων εἰ-
σπραξ

σπραξιν ποιεῖσθαι, ἢ ἐὰν ῥαθυμήσωσιν εἴκοσι
χρυσίου λίτρας προστιμᾶσθαι, τὴν δὲ τάξιν αὐ-
τοῦ πέντε καὶ δέκα.

Eadem Latinè.

NEmo fiat discussor aliter quàm ex iussione principis, specialiter discussoris faciente mentionem, non præfectorum iussu, non ex præcepto alterius cuiusquam iudicis, non ciuilium operum vel pecuniarum frumento comparando destinatarum, vel portuum vel eorum quæ impenduntur in aquæductus, murorúmve constructiones, vel ad vias sternendas, vel ad pontium & aggerum instructionem, sed neque pecuniarum ad lauacra destinatarum, vel alio quocunque modo ad ciuilem rationem pertinentium. At princeps siue ex ærario pecunias miserit ad mœnium vel alterius operis cõstructionem, siue ab alio relictas ciuitatibus pecunias inuenerit, semel vel etiam sępius, cùm ei sederit animo, mittat discussorem qui opus admetiatur, & rationes putet exactè, & ad se referat, & si rectè sumptus facti sunt, iis qui fecerunt sacra securitas conficiatur, qua facti nullam ij postea vel heredes eorum aut bono-
rum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

tum possessores quæstionem patian-
tur. Valeat & ab discussore post ra-
tionum discussionem emissa securitas,
nec sacra apocha nec alia qualibet cau
tione indigens. Sumptus autem dis-
cussoribus pollicetur Constitutio, vt
sine damno ratiocinia tractent. Eos
verò qui de suo impendunt in opera
ciuitatis vel alias publicas necessita-
tes, heredésve eorum, nullam vult
discussionem sustinere vel lucrorum
vel eorum quæ dicuntur ἀγωγικὰ aut
παραπομπικὰ, vel sumptuum qui fiunt
circa mulos fiscales aut muliones, vel
prosecutionum ratione, vel eorum
quæ generali nomine vocantur solem-
nia. Cæterùm præsidum nemo discus-
sorem mittat, sed referat ad principem
in hoc vt ab eo mittatur qui hæc dis-
cutiat, ac ne vnum quidem obolum
inde corradat, sed tam fisco quàm col
latoribus ius suum conseruet: & si in-
uentas apud aliquos pecunias fiscales
exegerit, & sacro ornamẽto intulerit,
licito iure sibi in singulas libras sex so-
lidos pro solatio retineat. Quòd si vel
obolum inuitis aut volentibus prouin
cialibus acceperit, is quidem quod ac-
cepit reddat, quadruplum fisco infe-
rens,

rens, & criminaliter coerceatur quasi
proditor fisci, collatorúmque concus-
sor. Qui autem dedit, quasi hoc ipso
cõfessus se fisci rationibus obnoxium,
rursus discutiatur & exigatur. Discus-
sione autem solemniũ facta, & ad prin-
cipem perlata, discussis sacra securi-
tas detur: dari etiam ea potest à discus-
soribus, ita vt vtroque casu nullam illi
postea discussionem patiantur. Neque
verò ob securitatem à se expositã dis-
cussor quidquam accipere potest, vel si
quid exigat, possessoribus & munici-
pibus eum propulsandi ius est, referen-
di etiam ad principem, vt mittat ali-
quem qui hoc genus concussionis coer
ceat. Præses qui post hanc legem non
accepta ex scripto iussione principis,
discussorem quacumque ex causa mi-
serit, xx. lib. auri & officium eius xv.
pœnæ subiiciatur, qui nec occasione
repurgationis cloacarum, vel ædifi-
ciorum muris adiunctorum vel ruinæ
eorum, vel ob factas in publicis porti-
cibus προσθήκας, vt vocantur, & areas,
vel eorũ quæ in ciuitatis intercolum-
niis ædificata sunt, quasi destruenda
sint, vel de imaginibus aliísve à se ex-
cogitatis modis, aut ciuilibus quæstio-
nibus

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ribus vllas iussiones facere potest. Sed & si fecerit, licet ciuibus executioni earum obsistere, minimeque eis satisfacere, præsidibus prouinciarū hoc silentio transmittentibus, & omni ciuili publicoque auxilio eisdem subdendo pœnis, facultatem quoque habentibus iis qui voluerint preces principi offerre, & gesta perdocere, vt principalis indignationis correctio consequatur: præsidibus item talia iubentibus viginti libr. auri multandis, maioremque principis cōmotionem expectantibus, officio autem obsecundante præter multam quindecim libr. auri in corpus castigando. Soli enim principi licet horum inspectionem viro integro & fideliter atque ex vsu ciuitatum hæc indaganti, nihilque protinus ob id accipienti, mandare. Prouideant autem patres ciuitatum possessorumque potiores, ne quis ciuilem vel publicū vllum locum in muris vel in publicis porticibus vel obsequiis vel aliubi iniusta ex causa detineat, & ne cuiquam detur quidquam ex publico sine sacra forma. Quæ enim fuerint ab eis tradita non rectè, rescindentur, & in damno versabuntur qui acceperint.

perint. Hidem prouideant ne qui ex sacra forma habent possessionem aquæ, quid vsurpent præter cæteros, & hic quidem plus, ille minus accipiat. Hæc autem magnificus Comes priuatarum & ei obsequentes Palatini perscrutari & deferre debent, impositásque pœnas exigere: vel si neglexerint, xx. lib. auri multantur, officium verò xv.

DE DECVRIONIBVS, ET FILIIS EORVM, ET QVI decuriones habeātur, & quibus modis à fortuna curiæ* liberentur.

*al. curialis.

TITVLVS XXXI.

Pater si ad decurionatum filij consenserit, tenetur pro eo, & heres eius, prius facta excussione de principali. Bart.

I. Impp. VALERIA. & GALLIEN. AA. & Valerianus Cæs. Carterio.

SI cùm te pater decurionem esse voluisset, & illo in rebus humanis agente honor tibi iste delatus est: tenentur quidem etiam heredes eius reipublicæ. nam in hac parte vice fideiussoris pater accipitur: sed non antè, nisi tuis propriis rebus excussis. PP. V. Kal. Decēb. Aemilio & Basso Coss.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Ad officium rectoris ciuitatis pertinet conuocare concilium. Bart.

II. Exemplum sacrarum literarum DIOCLETIAN. & MAXIM. AA.

OBseruare oportebit magistratus, vt decurionibus solenniter in curiam conuocatis, nominationem ad certa munera faciant: eámque statim in notitiam eius qui fuerit nominatus per officialem publicum perferri curent: habituro appellãdi, si voluerit, atque agen-

a peragendi.

di[a] facultatem apud præsidem causam suam iure consueto. quem si constiterit nominari minimè debuisse: sumptum litis eidem à nominatore restitui oportebit. Sine die & consule.

III. Iidem AA. & CC. Iulio.

CVM decurionatus honorem sponte susceperis: ab albo eximi, licet annosum te esse dicas, non potes. PP. Id. Nouemb. Diocle. A. II. & Aristobulo Coss.

Filius adoptiuus habet priuilegium filij decurionis. Bart.

IIII. Iidem AA. & CC. Cassiano S. P.

CVM adoptiuum filium ex adoptantis dignitate decurionis filium effici nulla dubitatio sit: pro atrocibus iniuriis eum quem ad vicem naturalis pignoris tibi adscribebas, à

b l. 5. §. ex quib. causis infam. irrogatur.

præside prouinciæ illicitis corporis cruciatibus adfici non oportuit:[b] hócque congruenti pœna coërcebitur. PP. II. Kalen. Decemb. Diocletiano A. II. & Aristobulo Coss.

Filiifa

Filiifamilias possunt esse consiliarij: & pater tenetur pro eis, si consenserit. Bart.

V. Iidem AA. Alexandro.

FIlios in potestate patris positos, ad munera seu honores non posse euocari, falso tibi persuasum est. Sanè si ad nominationem filij consensum non accommodaueris, ob administrationem ipsius minimè conueniri poteris. PP. VI. Id. Maximo II. & Aquilino Coss.*

Illiteratus potest esse decurio. Bartolus.

VI. Iidem AA. & CC. Leontio.

EXpertes literarum, decurionis munera peragere non prohibent iura. Dat. VIII. Kalend. Maij, AA. Coss.

Vnus frater non tenetur pro alio in officio delinquente, licet bona non sint diuisa. Bart.

VII. Iidem AA. & CC. Diogeniano.

LIcet indiuisa bona fratres habent: nihilominus tamen singuli suo nomine ciuilibus tenentur muneribus. PP. IIII. Idus Maij, ipsis AA. Coss.

Qui perdit visum, non perdit officium: secus si infamaretur. Bart.

VIII. Iidem AA. & CC. Platoniano.

INfamia, quæ tibi abominãda est, non etiam amissionis oculorum casus, quæsitum tibi adimit honorem. Dat. XVI. Kalen. Feb. Nicomediæ, CC. Coss.

Qui habet filios, præfertur non habenti. Bart.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

IX. Iidem AA. Aurelio.

*aliàs pro scribédo. al. describendo. Contius.

IN albo decurionum præscriptis,* patrē, non habenti filios, anteferri constat.

Qui excedit annum septuagesimum, habet excusationem à muneribus personalibus. Bart.

X. Iidem AA. & cc. Aurelio.

SI vltra septuagesimum ætatis annum patrem tuum esse præses prouinciæ perspexerit: eum personalium munerum vacatione perfrui prouidebit.

XI. Iidem AA. & cc. ad Maximinum.

VXorem pro marito decurione conueniri non posse procul dubio est.

Pœna non aufert immunitatem. Bart.

XII. Iidem AA. & cc. Zotico.

NEC infames immunitatem habere, cum hæc priuilegij, non notæ sit, conuenit. Datum V. Kalend. Febr. AA. Coss.

Immunitas concessa à muneribus per interlocutoriam iudicis, valet quoad durat officium iudicis, & non vltra. Bart.

XIII. Iidem AA. & cc. Proculo.

A Muneribus decurionatus nec sententia præsidis in perpetuum, nec anni quinquaginta, nec podagræ valetudo præstat excusationem.

Nullus iudex potest immunitatem à muneribus concedere, sed solus princeps ex causa. Bart.

*c.T.li.12 tit.1.l.1.

XIIII. Imp. CONSTANTINVS A. ad Euagrium.*

Nemo

NEmo iudex aliquem suo arbitrio de curia liberet. nam si quis fuerit huiusmodi infortunio deprauatus, vt debeat subleuari, de eius nomine ad nostram scientiam referri oportet: vt certo temporis spacio ciuilium munerum ei vacatio porrigatur. PP. Idib. Mart. Constantino A. III. & Licinio III. Coss.

Consiliarij non debent exercere officium tabellionatus. Bart.

XV. Idem A. Mechilio Hilariano correctori Lucaniæ & Britiorum.

VNiuersos decuriones volumus à tabellionum officiis temperare. Dat. III. Kalen. Febr. Sabino & Rufino Coss. c.T.e.l.3.

Consiliarij non debent recedere à ciuitate sine licentia: aliàs puniuntur. Bar.

XVI. Idem A. ad Hilarianum procons. Africæ.*

*c.T.e.l.9.

SI quis decurio vel propriæ rei causa vel reipublicæ cogatur nostrum adire comitatum: is non antè discedat, quàm insinuato iudici desiderio proficiscendi licentiā consequatur. quòd si pro sua audacia parui aliquis hanc fecerit iussionem, indignationem competentem sortiatur. PP. VII. Idus Iul. Cartha. Crispo III. & Constantino III. Coss.

XVII. Idem A. ad Euagrium P. P.*

*c.T.e.l. 13. in fi.

QVI derelicta curia militauerit, reuocetur ad curiam. Dat. XVI. Kal. Iun. Constantino A. VII. & Constantio C. Coss.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Si acceptando officium fuerit quis contumax, loco eius alius eligitur. Bart.

XVIII. Idem A.

°c.T.e.l. 16. *SI ad magistratum nominati, aufugerint, requirantur: & si pertinaci eos animo latere patuerit, his ipsorum bona permittantur, qui præsenti tẽpore in locum eorum ad duumuiratus munera vocabuntur: ita vt si postea reperti fuerint, biennio integro onera duumuiratus cogantur agnoscere. omnes enim qui obsequia publicorum munerum tentauerint declinare, simili conditione teneri oportet. Dat. III. Kalen. Octob. Serdicæ, Constantino A. IX. & Constantio IIII. Coss.*

Rescripta concedẽtia immunitatem sunt cassa: nec valent etiam si consensu decurionum vel curiæ fuerint concessa. Bart.

XIX. Idem A. ad Lucretium Paternum.

°c.T.e.l. 17. *VAcuatis rescriptis, per quæ munerum ciuilium nõnullis est vacatio præstita, omnes ciuilibus necessitatibus aggregentur: ita vt vt nec consensu ciuium vel curiæ præstita cuiquam immunitas valeat, sed omnes ad munerum societatem conueniantur. Dat. VIII. Kal. Nouembr. Heracleæ, Constantino A. VIII. & Constantio IIII. Coss.*

Iudex ciuitatis facit officiales suos fugientes ad curiam reuocari, expensis ipsius fugientis. Bart.

XX. Impp. CONSTANTIVS & CONSTANS AA Ordini ciuitatis Aedesenæ.° °Sic Cuiac. restituit. al. autem legitur Constantinæ.

CIrcensium magistratus desertores, ad eam grauitas tua faciat necessitatem conditionis vrgeri, vt quascunque pro his expensas ciuitas prærogauerit, refundere protinus ac repræsentare cogantur. Data XIIII. Kalen. Feb. Naißi, Acindyno & Proculo Coss.

Decuriones habent immunitatem ab extraordinariis muneribus. Bart.

XXI. Iidem AA. Nemesiano Comi.° °c.T.e.l. 30.

CVriales omnium ciuitatum nullam pro re priuata nostra debent inquietudinem sustinere: nec huiusmodi oneribus velut extraordinariis occupari: quoniam satis est si ciuitatum munera per eos congruè cõpleantur. Datum Prid. Id. August. Bessæ, Acindyno & Proculo Coss.

Qui non sequitur conditionem patris, sequitur conditionem matris. Bart.

XXII. Imp. IVLIANVS A. Iuliano Comi. Orientis.° °c.T.e.l. 51.

EOS indulserunt veteres principes ex materno genere curialibus Antiochenis adscribi, quos patris conditio nullius vindicaret iuri ciuitatis. Dat. V. kalend. Septemb. Antiochiæ, Mamertino & Neuitta Coss.

Nouiter creatus decurio, non tenetur pro debitis prædecessorum. Bart.

XXIII. Idem A. Iuliano Comi. Orientis.° °c.T.eod l. 54.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Prouidendum est eorum nouitati decurionum, qui nuper nomen curiis addiderunt, ne præteritis debitis susceptorum onerentur: sed conuentis propter hæc debita his qui ea præcedentibus delegationibus contraxerunt, nullam eos molestiam pro sarcina nominationis alienæ sustinere patiaris. PP. Byritho kalend. Nouemb. Mamertino & Neuitta Coss.

Duodecim liberorum numerus excusat à muneribus realibus. Bart.

XXIIII. Idem A. Leontio Consulari Palæstinæ.

°c.T. eod. l.55.

Si quis decurio pater sit duodecim liberorum, honoratissima munerum quiete donetur. Dat. Kal. Mart. Antiochiæ, Iuliano A. IIII. & Sallustio Coss.

Officialis non cogitur exire locum in quo seruire tenetur, nisi ex causa. Bart.

XXV. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Byzacenos.

°c.T. l.60 eo.

Curiales vltra terminos propriæ ciuitatis non iubeãtur à moderatoribus prouinciarum exhibere sui præsentiam, nisi publica necessitas exegerit. Dat. Prid. Idus Septembr. Aquil. diuo Iouiano & Varroniano Coss.

Qui prætextu fictæ religionis onus ciuitatis euitant, retrahuntur. Bart.

XXVI. Iidem AA. ad Modestum præfectum prætorio.

°c.T eod. l.63.

Quidam ignauiæ sectatores, desertis ciuitatum muneribus captant solitudines, ac secre

ac secreta, & sub specie religionis cum cœtibus monaZonton congregantur. Hos igitur atque in huiusmodi deprehensos, erui latebris consulta præceptione mandamus: atque ad municipia Patriarũ subeunda reuocari, & pro tenore nostræ sanctionis familiarium rerum carere illecebris: quas per eos censuimus vindicandas, qui publicarũ essent subituri munera functionum. PP. Byritho, Kal. Ianua. Valentiniano & Valente AA. Coss.

Priuilegium quod quis habet extra ordinem, perditur per contrarium consensum. Bart.

XXVII. Iidem AA. Mauris Sitifensibus.

Priuilegio militiæ paternæ se non vindicet, quem assuetus curiæ nexus astringit. quòd si militari auo & patre decurione nascetur, paternæ erit succedaneus functionis. Datum IX. Kalend. Mart. Treu. Valentiniano & Valente AA. Coss.

Non valet priuilegium quòd quis munera non subeat. Bart.

XXVIII. Iidem AA. & Gratia. ad Volusianum P. V.

Nullus qualibet prærogatiua fultus, à debitis muneribus habeatur immunis. Datum IIII. Kalend. Iul. Mediola. Valentiniano & Valente AA. Coss. °c.T. eod. l.67.

XXIX. Iidem AA.

Nati ex inquilinarum nostræ domus matrimonio & patre decurione, nõ patrum

suorum, verùm matrū conditionē sequantur.

Decuriones dicuntur exercere actiones reipublicæ. Bart.

XXX. Iidem AAA.

PRocuratores reipublicæ actionibus publicis debere vti, non venit in dubium.

Potest quis extrahi de domo vt acceptet officium: & occultator punitur. Bart.

XXXI. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA. ad Modestum P. P.*

*c.T.eod. l.76.

EX omnibus domibus producti qui origine sunt curiales, ad subeundam publicorum munerum functionem protrahantur: quippe cum occultatoribus talium, præter iacturam existimationis, etiam rerum discrimen incumbat, si vlterius progressi, vtilitatem publicam priuatis custodiis & patrociniis postponant. Dat. III. Id. Iul. Ancyræ, Gratiano A. & Probo Coss.

Etiam de collegio fabricensium curialis extrahitur, & collegium punitur. Bart.

XXXII. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. Augusti ad Neotherium P. P.

e.T.eod. l.81.

FAbricenses ordinibus restituantur, qui originem curialē & propria munera declinauerint ciuitatis, reliqui ne leui quidem inquietudine pulsentur. Dat. XVI. Kal. April. Thessal. Gratiano V. & Theodo. I. AA. Coss.

XXXIII.

XXXIII. Iidem AAA. Eutropio præfecto prætorio.*

*Co.The. e.tit. l.85.

OMnes iudices, prouinciarúmq; rectores, à cōsuetudine temerariæ vsurpationis abstineant, sciántque neminem omnino principalium aut decurionum sub qualibet culpæ aut erroris offensa cruciatibus esse subdēdum. quòd si quis fortè iudicum in hanc pertinaciam illiciti furoris eruperit, quòd audeat principalem aut decurionem, & suæ curiæ (si sic dici oportet) senatorem, tormentis subdere, viginti librarum auri illatione multatus, & perpetua infamia inustus, ne speciali quidem rescripto notam eluere mereatur: & officiū quinquaginta librarum auri multam fisco nostro cogatur inferre: quoniam vt pertinaciæ iudicis sui resistat, liberam eidem contradicendi permittimus facultatem. Datum XII. Kal. August. Heracleæ, Eucherio & Syagrio Coss.

Consiliarius non debet constitui procurator, & constitutus punietur. Bart.

XXXIIII. Iidem AAA. Floro præfecto prætorio.*

*Co.The. e.tit. l.98.

SI quis procurationem facultatum suarum curiali crediderit esse mandandam, totius dignitatis exceptione depulsa, grauissima pœna plectetur: ille verò qui immemor libertatis & generis, infamissimam suscipiens vilitatem, existimationem suam seruili obsecundatione

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

dictione damnauerit, tradatur exilio. Datum x. Kalend. Nouembr. Constantinopo. Antonio & Syagrio Coss.

XXXV. Iidem AAA. Posthumiano præfecto prætorio.[a]

[a] C.T. e. ti. l. 98.

IN filiis decurionum retinẽdis, priorum præceptorum decreta sublimitas tua custodiat: eósque qui aduocationis obtentu curialia onera declinant, agere vniuersa compellat, quæ etsi necessitas non exigit, tamen patria non remittit: ipsos quinetiam filios magistrorum qui ex curiali stirpe descendunt, simili modo obnoxios esse decernat. Dat. VIII. Id. April. Constantinop. Merobaude II. & Saturnino Coss.

XXXVI. Iidem AAA. ad Basilium Comi. S. L.[a]

[a] C.T. eod. tit. l. 101.

EXemplo senatorij ordinis, patris originem vnusquisque sequatur: nec valeant specialiter delata rescripta, si quis se, matris origine defensa, à maiore curia ad minorem transferri fortasse promeruerit, neque vlla pro more prouinciæ referri sinatur exceptio. Dat. XVI. Kal. Iul. Romæ, Merobaude II. & Saturnino Coss.

Per rescriptum non potest quis à curia liberari. Bart.

XXXVII. Iidem Augusti Posthumiano II. P. P.[a]

[a] C.T. eod. tit. l. 102.

QVotiensćunque se ex rescriptis nostris aliquid impetrasse contendunt hi quos obnoxios

obnoxios curiæ vel origo fecerit, vel latum inter partes iudicium designauerit: nullam prorsus spem curiam declinandi ex colore sacræ iussionis accipiant. Dat. XIIII. Kal. August. Constantinop. Merobaude II. & Saturnino Coss.

Pœna non debet concedi quæ habeat honorem annexum, nisi ei qui à curia fugit. Bart.

XXXVIII. Iidem AAA. ad Cynegium præfectum prætorio.[a]

[a] Cod. Th. eod. tit. l. 108.

NE quis officialium pœnæ specie atque æstimatione curiæ dedatur: nisi si quis fortè curiam defugiens, ob hoc cœperit militare, ne ingenitis fungatur officis. Omnes itaque omnino iudices tuæ censuræ subditos admonebis, ne quis eorum existimet curiæ loco supplicij quemquam deputandum: cum vtique vnumquemque criminosum non dignitas debeat, sed pœna comitari. Dat. VIII. Id. Nouemb. Constantinop. Ricomere & Clearcho Coss.

XXXIX. Iidem AAA. ad Eusignium præfectum prætorio.[a]

[a] Cod. Th. eod. tit. l. 109.

CVriales qui sese priuilegio domus nostræ defendi posse crediderint, ad curiam retrahantur, & proprijs functionibus mancipentur, & publica damna sarciant. Dat. VIII. Kalend. Ianua. Hono. N. B. P. & Euodio Coss.

Decuriones & alij officiales in officio eorum delinquentes, plumbatarum ictibus feriantur. Bart.

XL.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

XL. Impp. VALENTINIAN. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio præfecto prætorio.ª

ªCod.Th. eod.tit. l.117.

QVilibet principalium, vel decurionum, si vel decoctor pecuniæ publicæ, vel fraudulentus in adscriptionibus illicitis, vel immoderatus in exactione fuerit inuentus: iuxta pristinam consuetudinem, non solùm à vobis, quibus propter loci dignitatem rerum summa commissa est, verùm & à iudicibus ordinariis plumbatarum ictibus subiiciatur. Dat. die Kal. April. Constantinop. Valentin. A. III. & Eutropio Coss.

XLI. Iidem AAA. Cynegio præfecto prætorio.ª

ªCod.Th. eod. tit. l.118.

DEcurio fortunam quã nascendo meruit, suffragiis atque ambitione non mutet: & si vacare per senectutem potuerit, propter ordinationem quæ per plurimos cito definiri solet, curiam non derelinquat. Dat. Prid. Non. Iul. Constantinop. Valentinia. A. III. & Eutropio Coss.

Militantes & alij magistratus nihil habent cõmune cum curialibus: & si eos offenderint, punientur. Bart.

XLII. Imppp. THEODOSIVS, ARCADIVS & HONORIVS AAA. Abundantio Com. & magistro vtriusq; militię.ª

ªCod.Th. eod.tit. l. 128.

MIlitaribus viris nihil sit commune cum curiis: nihílq; sibi licitum sciant, quod suæ non subiectum est potestati: nullum iniu-

ria,

ria, nullum verbere, nullum graui pulsatione tribunus, dúxve ille aut comes sit, curialẽ principalémve contingat. Si quis posthac temerario & inconsiderato ausu vllum ex principalibus viris vsurpata attrectauerit iniuria: sciat se decem libris auri esse multandum. Dat. Pridie Kal. Aug. Constantinop. Arcadio A. I. & Rufino Coss.

Illi qui sunt curiales ex origine, nullo modo possunt habere immunitatem etiam à rescripto. Bart.

XLIII. Iidem AAA. Rufino præfecto prætorio.ª

ªCod.Th. eod.tit. l. 134.

OMnes qui curiali obstricti sanguine diuersis se officiorum priuilegiis & actuum præiudiciis aggregarunt, reddendos muniis esse non ambiges: sed nec rescripta, aut adnotationes ad munerum fugam prodesse permittimus. Dat. Prid. Id. April. Constantinop. Theodo. A. III. & Abundantio Coss.

XLIIII. Iidem AA. Rufino præfecto prætorio.ª

ªCod.Th. e.ti.l.137. §. nullus.

NVllus solius materni sanguinis vinculis illigetur: quia mulierum infirmitas nunquam huiusmodi functionibus reddit obnoxios, à quibus ipsa habetur immunis. Dat. v. Id. Aug. Constantinop. Theodo. A. III. & Abundantio Coss.

Diuites & non pauperes sunt eligendi ad officia ciuitatis. Bart.

XLV.

XLV. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. THEOD. P. P.

*Cod.Th. eod.tit. l.140.

AD subeunda patriæ munera, dignißimi meritis & facultatibus curiales eligantur: ne tales fortè nominentur, qui functiones publicas implere non poßint. Dat. XIII. Kal. Feb. Olybrio & Probino Coss.

Sufficit duas partes consiliariorum adesse Bart.

*Cod.Th. eo.142.

XLVI. Iidem AA. Ennoio procon. Africæ.

NOminationum forma vacillare non debet, si omnes qui albo curiæ detinentur, adesse non possunt: ne paucorum absentia, siue necessaria, siue fortuita, debilitet quod à maiore parte ordinis salubriter fuerit constitutum: cum duæ partes ordinis in vrbe positæ, totius curiæ instar exhibeant. Dat. XVII. Kal. Iun. Med. Olybrio & Probino Coss.

Dignitas curiali addita non eximit eum à iurisdictione sui iudicis. Bar.

XLVII. Iidem AA. Cæsario præfecto prætorio.

*Cod.Th. 32. l. 150.

CVriales qui honorariam adepti sunt comitiuam dignitatem, formidare debent eos quorum moderationi sunt commißi: nec se existimare ideo meruisse dignitatem, vt iudicum præcepta despiciant. quòd si in eadem culpa perseuerent, quinque librarum auri multæ obnoxij subiugentur: honore quoque quem prodiderint, spoliandi.

XLVIII. Iidem AA. Florentio P. V.

IN successione curialiũ decernimus, vt etiam si patres decesserint, teneatur agnatio. Dat. XII. Kalen. Ianua. Mediolani, Cæsario & Attico Coss.

XLIX. Iidem AA. Theodoro præfecto prætorio.

*Cod.Th. eo.158.

OMnes qui quolibet modo curiæ iure debentur, cuiuscunque superstitionis sint, ad implenda munera teneantur. Dat. Id. Septembr. Med. Honorio A. IIII. & Eutychiano Coss.

Consiliarij non possunt extra suam prouinciam officium acceptare. Bart.

L. Iidem AA. Eutychiano præfecto prætorio.

*Cod.Th. eo.159.

OMnes omnino curiales in originalibus ac debitis perpetuò curiis perseuerẽt: & qui ex his ad prouinciarum regimen atque administrationem qualibet fraude atque ambitione peruenerint, sciant se non solùm in sua curia remansuros, sed & cunctis rursus ab exordio muneribus seruituros. Dat. VIII. Kalend. Nouembr. Constantinop. Honorio A. IIII. & Eutychiano Coss.

Bona eius qui quacunque fraude curiam euitat, si per annum contumax fuerit, applicabuntur curiæ. Bart.

LI. Iidem AA. & Theodos. A. Messalæ PP. post alia.

*Cod.Th. eo.161.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

QVanuis prouisum fuerat congruæ emendationis occursu, quemadmodum curiales militiæ nomine & honore suspenso, officiis redderentur: tamen quia hoc callido consilio repererunt, vt euitatis prouinciæ suæ finibus, tanquam his eorum tantùm interdictus fuisset accessus, peregrinos expeterent commeatus: ne diutius in perniciem curiarum, latitandi spes[a] *perseueret, & solatia eos impunitatis sequantur, horum cupiditatibus obuiamus: vt ex eorum bonis qui se vel prosecutionis vel muniis ciuitatum, interdictæ dudum ambitione militiæ vel qualibet fraude subtrahere conati fuerint, curiis quas deseruerant, consulatur. Itaque si vocati edictis, intra anni metas, hi tamen qui manifestis curiæ nexibus illigantur, latere potius quàm redire maluerint: sciant post emensum annum interpellatis prouinciarum moderatoribus, ex facultatibus suis, curiis quas destituerunt, esse consulendum. Neque enim de immaturo præiudicio tẽporis possunt breuitatem causari. Dat. XVII. Kalend. Septemb. Theodoro v. c. Cos.*

[a] al. species, rectè.

Vbi alij sunt idonei & sufficientes, non coguntur alij continuare officium. Bar.

LII. Iidem AA. Probino procon. Africæ.[a]

[a] Cod. Th. eo. 12.5.c.

QVis tam inueniri iniquus arbiter rerum potest, qui in vrbibus magnifico statu præditis, ac votiua curialium

numer

numerositate locupletibus, ad iteratione̅ quempiam transacti oneris cõpellat: vt cum alij necdum penè initiati curiæ sacris fuerint, alios & continuatio, & repetitæ sæpe functiones adficiant? Dat. XVI. Kal. Apri. Mediol. Cæsario & Attico Coss.

Magistratus municipalis non debet exire municipium. Bart.

LIII. Iidem AA. Euchario Procon. Africæ.[a]

[a] Cod. Th. 12.1.174.

DVumuirum impunè non liceat extollere potestatem fascium extra metas territorij propriæ ciuitatis. Dat. VI. Idus Mar. Rauen. Honor. VIIII. & Theodo. V. AA. Coss.

Vbi non habetur copia iudicis, propria auctoritate capitur curialis. Bar.

LIIII. Iidem AA. Palladio P. P.[a]

[a] Cod. Th. 12.1.181.

GEnerali lege sancimus, vt si quis suum decurionem curiæ vindicare maluerit: si præsidis desit copia, in eundem manus iniectione concessa, sciat ad examen cognitoris resultantem esse deducendum: ita, vt moderator prouinciæ (si quæstio fortasse fiducia defensionis vlla generatur)[a] *nisi intra tres menses causam originis competenti disceptatione cognouerit, atque conuictum cum pœna restituerit debitis muneribus, vel liberum ab inquietudine pronunciauerit, decem librarum auri multam cogatur exoluere, eius etiam officium pari damni irrogatione teneatur. Dat. V. Non. Maij, Rauen. DN. Theod. A. VII. & Palladio Coss.*

[a] geratur.

Aa A 4

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Si decurio dedit se militiæ, retrahetur, nec iuuabitur præscriptione. Bart.

LV. Impp. THEOD. & VALENTINIA. AA. Isidoro P. P. post alia.[a]

[a] Cod.Th. 12.1.188.

SI quis decurio, aut subiectus curiæ ausus fuerit vllam affectare militiam: nulla temporis præscriptione muniatur, sed ad conditionem propriam retrahatur: nec ipse vel eius liberi post talem ipsius statum procreati, quod patriæ debetur valeant declinare. Dat. III. Non. April. Constantinop. Isidoro & Senatore Coss.

LVI. Iidem AA. Isidoro PP.[a]

[a] Cod.Th. eo.189.

ALexandrinis principalibus, etsi aduocatione fungantur, nihilo minus onus peregrinationis incumbat: nec publica cura nisi in sua tantum ciuitate committatur: & primus curiæ quum muneribus vniuersis expletis ad summum peruenit gradum, comitiuæ primi ordinis fruatur post biennium dignitate præstita: in curialibus tamen permaneat. Dat. Prid. Nonas Iun. Constãtinop. Isidoro & Senatore Conss.

LVII. Iidem AA. Isidoro PP.

[a] Cod.Th. eo.190.

QVinque summates ordinis Alexãdrini à corporalibus iniuriis immunes esse censemus, vt voce libera commoditates patriæ defendant: cum possint, si quid egerint criminose, pecuniariis coerceri dispendiis. æstimabuntur autem præsente curia, viri spectabilis Augustalis[b] iudicio. Dat. Prid. Non. Iun. Constantinop. Isidoro & Senatore Coss.

[b] De hac voce, Augustalis, pulchrè in hũc locũ Alc. d 3. lib. C.

LVIII.

LVIII. Iidem AA. Isidoro P. P.[a]

[a] Cod.Th. eo.191.

EVm qui triginta annos in Alexandrina ciuitate ciuilibus inhæserit muneribus, corporalibus iniuriis,[b] nõ pecuniariis excusari conuenit: habita consideratione videlicet meritorum: vt hoc bene cogniti priuilegium consequantur, nec eo passim fruantur indigni. Data Prid. Non. Iun. Constantinop. Isidoro & Senatore Coss.

[b] deest in manuscr. rectè. Cõtius.

Superior tenetur confirmare electionem factam ab inferioribus.

LIX. Iidem AA. Isidoro P.P.[a]

[a] Cod.Th. eo.192.

SI quos spontaneos[b] hypomnematographi[c] munificos suis exhortationibus ad publicas nominauerint functiones, iubemus non expectandum esse consensum pro tempore viri spectabilis Augustalis, qui fit plerunque venalis: sed vtriusque partis sufficere voluntatem, vt incipiat functio, quam nullus incusat: tunc ad memoratum iudicem tam nominati, quàm etiã creatoris consona relatione currente: quam si suscipere vel confirmare distulerit, sciat se viginti quinque librarum auri cõdemnatione plectendum. Dat. Prid. Non. Aug. Constantinop. Isidoro & Senatore Coss.

[b] de his vide Strabo li.13. Geograph.

[c] Hi teste Alciat. in hũc locũ, dicuntur, qui cõmẽtaria scribunt.

Non potest quis seruire per substitutum: nisi habeat ad hoc priuilegium, vel sit illustris. Bart.

LX. Iidem AA. Thomæ[a] P.P.

[a] al. Theodoro.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

NVllus qui nexu generis curiæ tenetur obnoxius, per substitutam quancunque personam curiales impleat functiones: sed ipse per se debitum patriæ munus exoluat, etsi spectabili dignitate decoratus sit: nisi hoc ei speciali beneficio sit concessum. Hi verò qui honorario titulo illustrem dignitatem consecuti sunt, per substitutos periculo suarum facultatum curiæ muneribus satisfacere non vetentur.

*al. Iidem AA.

LXI. Imp. LEO A.*

NEque Dorotheum virum illustrem, & totam eius substantiam, neq; Irenæum virum spectabilem tribunum & notarium, etsi ante paternas illustres dignitates natus est, vllam inquietudinem pro curiali genere & conditione sustinere decernimus: liberos quoque eorum, qui vel iam sunt, vel futuri sunt, eorúmque posteros, quotienscunque continuata temporum & successionum perpetuitate nascentur, à conditione curiali & functione esse liberos: lege diuæ memoriæ Iuliani, quæ de materno curialium Antiochenæ ciuitatis genere promulgata est, nihil in persona viri illustris Dorothei, vel viri spectabilis Irenæi, vel aduersus facultates eorum, vel aduersus liberos eorumdem, qui vel iam nati sunt, vel postmodum quoquo tempore nascentur, vel aduersus

uersus substantias eorum, roboris vel iuris habitura. Circa alias sane vniuersas personas de materno genere ad memoratæ Antiochenæ ciuitatis tantummodo curiam pertinentes, eandem legem præcipimus obtinere propriam firmitatem.

Qui est obligatus curiæ ratione originis, eam declinare non potest. Bart.

XLII. Iidem A.

SI ille qui ex filia decurionis Antiochenæ splendidissimæ ciuitatis, & patre qui nullius alterius ciuitatis muniis debebatur, procreatus est, sub examine prouincialis iudicis vel sponte confessus, vel certè cõuictus fuerit quòd ex filia sit curialis progenitus, & albo decurionum adscriptus fuerit: nullam sibi superesse facultatem negandæ vel euitandæ conditionis existimet: & curialem non aspernari fortunam aui materni sui pertentet, nec dubitet se muneris curialibus subiicere. Quòd si quem curia de qua præsens sanctio loquitur, natum ex filia curialis minimè secundum præstitutam ordinationem sibi sociandum curauerit: prolem eius pulsare nullo modo penitus poterit. nec enim patimur conuentionem eiusmodi prætermisso filio, quem curialis filia ediderat, à nepote, vel pronepote, vel vlterius incipere.

LXIII. Idem AVGVSTVS.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

DOctitij viri clarißimi iubemus fortunā super curiali conditione nullo modo esse inquietandam, nec facultatibus eius: sed eo qui huiusmodi conamen inierit, sacrilegij pœnam luituro, omnes qui post peractā illustrem administrationem, vel adhuc in ea posito patre suo gignuntur, à curialium intentione defendātur vnà cum paternis sine dubio substantiis: quas cum persona patris à curiali nexu liberas esse nemo dißimulet.

LXIIII. Imper. ZENO A.

NEminem ex his qui obnoxij curiæ constituti ab initio felicißimi nostræ pietatis imperij, comites priuatarum nostræ vel piißimæ Augustæ partis, siue comites largitionum vel comites domesticorum, quæstores vel magistri officiorum licet ad actū administrationis gerendum prouecti sunt, vel in posterum prouehentur, ob hoc curialiū munerum laqueos volumus euitare: sed obligatos cum liberis suis quandocunque progenitis, & facultatibus suis, post administrationem depositam, curiæ commoditatibus inseruire: nisi fortè aliis priuilegiis super hoc legibus cognitis muniātur. Nam alia vniuersa legitima vel ex constitutionibus data priuilegia, integra volumus illibatáque seruari. Ne tamen indulti honoris inane nomen retinere videantur: dignitatum titulis potiantur per substitutos, suarum periculo fa-

cultat

cultatum curialibus muneribus respondentes: habeántque integra illibatáque priuilegia dignitatis. Eos vero qui præfatas dignitates ante initium nostri imperij consecuti sunt: cum facultatibus suis, & post eam dignitatem progenitis filiis, à curialibus nexibus vel onere decernimus liberari. Hos autem qui quocunque tempore patricij vel consules, aut consulares facti sunt, aut in posterum fuerint, aut magistri militum, vel præfecti prætorio Orientis vel Illyrici, vel vrbis administrationem in actu positi quandoque gesserunt, aut postea gesserint: omnimodo cum facultatibus suis, & post eam dignitatem progenitis filiis, à curiarum nexibus vel onere decernimus liberari.

LXV. Imp. ANASTASIVS A.

DIuæ memoriæ Zenonis sacratißimam constitutionem quæ de curialibus post certas excelsas administrationes seu dignitates conditionis nexu liberandis lata est: in hac tantummodo parte duximus corrigendam, qua cauetur eos etiam qui ante eandem constitutionem ab initio tamen eiusdem diuæ recordationis Zenonis imperij, comites priuatarum rerum nostræ vel piißimæ Augustæ partis, seu comites sacrarum largitionum, vel comites domesticorum, quæstores, aut magistri officiorum licet ad actum administrationis gerendū pro-

Aa A 5

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

uecti sunt, minimè curialium munerũ laqueos ob hoc euitare, sed obligatos cum liberis suis quandocunq; progenitis, & facultatibus suis, post administrationem depositã curiæ commoditatibus inseruire, nisi fortè aliis priuilegiis super hoc legibus cognitis muniantur. His etenim qui memoratas administrationes vel vnam ex his peregerunt, necnon liberis & rebus eorum, beneficium quod ante per illustrẽ administrationem peractam eis acquisitum est, intactum illibatúmque iubemus seruari: vt relaxatione conditionis, & munerum curialium, per anteriores principales dispositiones sibi concessa, tam ipsi quàm liberi eorum post huiusmodi administrationem adeptam procreati, vnà cum propriis substantiis potiantur, etsi contigerit eos post diuæ memoriæ Zenonis cõstitutionem, siue per se, siue substitutos suos curiæ competentia munera subiisse: eadem videlicet constitutione diuæ memoriæ Zenonis ex die quo promulgata est, suas vires obtinente: cum conueniat leges futuris regulas imponere, non præteritis calumnias excitare.

LXVI. Imp. IVSTINIANVS A. Demostheni præfecto prætorio.

[a] Huius suæ constitutionis ad Demosthené meminit idem Iustinia. Nouel. 38

CVrialibus [a] consortiis consulentes, censemus, vt nemo sibi blandiatur, & non certis modis sese liberum esse existimet: sed pro nostra forma tantũmodo sciat posse libertatem

sibi

sibi curialis competere conditionis: omnibus anterioribus modis quos non comprehendit præsens sanctio, ex præsenti die antiquandis. Si quis igitur vel summum patriciatus honorem fuerit consecutus, siue infulis consulatus honorarij aut ordinarij, fuerit ampliatus, vt vel consul vel consularis efficiatur: seu præfectorũ prætorio infulas susceperit gubernandas: vel vrbicariam (in ipso tamen actu) meruerit præfecturam, necnon magistri militum officium gerendum susceperit: is gaudeat se huiusmodi conditionis esse exortem, & liberum cum suis facultatibus suáq; posteritate, quam postquam meruerit dignitatem, vel actum gesserit, ediderit: anterioribus filiis in conditione pristina remansuris, tam præfecturæ quæstoris quàm viri eloquentissimi fisci patroni: tam præfecturæ quæ Orientalibus & Illyricianis præsident sedibus, quàm vrbicariæ, nexibus curiæ liberantur, cum ad fisci patronatum peruenerint, vnà cum substantiis & liberis suis, quos vel ante habuerint, vel postquam ad eundem gradum prouecti sunt. Viri etiam clarissimi principes agentium in rebus, curiæ libertatem ex antiquis legibus consecuti sunt: & viri spectabiles proximi sacri scrinij nostræ memoriæ, & sacrarum epistolarum, necnon sacri scrinij libellorum, sacrarúmque cognitionum & dispositionum cum substantiis suis, & liberis

quos

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

quos post emensa stipendia susceperant. hoc etiam nos corroborantes intuitu laborum quos multo, longo prolixóque tempore pertulerunt, intactum illibatúmque conseruamus, vt hi omnes fortuna curiali liberentur cum sua substantia, suáque sobole, secundum ea quæ prædiximus. Ex eo autem sequente progenitos antea, nullius futuri fisci patroni liberos concedimus liberandos: vt ne quod summis apicibus dignitatum non est concessum, hoc alij sibi audeant vindicare: sed progeniti filij antequam ad fisci patronatum peruenerint, in conditione pristina remaneāt: aliis autem modis quàm his quos sigillatim enumerauimus, siue legibus antiquis comprehensi sunt (qualis erat is quem ex tribus maribus concessum antè fuerat patri maximo senatui * *sociare) siue comprehensi anterioribus scitis non fuerant, liberationem competere cuidam curialis fortunæ nullo patimur modo: sed siue pragmatica sanctio super hoc processit, siue sententia eminentissimæ præfecturæ, siue alius modus quicunque excogitatus est: ea omnia penitus vacuari, & pro infectis haberi, & curialia corpora suis reddi ciuitatibus, & substantias eorum subiacere, nulla excusatione eis penitus competente.*

* id est vrbis Romę Contius.

SI SERVVS AVT LIBERTVS AD DECVRIONATVM ASPIRAVERIT.

TIT. XXXII.

Libertus qui nō habet ius annulorum aureorum, nec restitutus est natalibus, cum pœna à curia remoueatur. Bart.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANVS AA. & cc. Saturnino.

SI libertus vel ius aureorum annulorum adeptus non est, vel natalibus suis non restitutus: præses prouinciæ non tantùm curiæ participare non permittat, sed iuxta legis seueritatem congruenti pœna vlciscatur.

Si seruus scienter patitur se ad dignitatem vocari: remouebitur, & punietur: si autem ignoranter, reuocabitur tantum. Bart.

II. Iidem AA. Oricinæ.*

PRæses prouinciæ si eum qui ædilitate fungitur, seruum tuum esse cognouerit: si quidem non ignarū conditionis suæ ad ædilitatem aspirasse perspexerit, ob violatam seruili macula curiæ dignitatem congruenti pœna adficiet. Si verò quum opinione publica mater eius pro libera haberetur, ex decurione procreatus, ad capessendum honorem errore lapsus processit, dominio tuo eum subiugabit.

* Originię

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

DE PRAEDIIS DECVRIONVM SINE DECRETO [a] NON ALIENANDIS.

[a] subaudi prępositi.

TIT. XXXIII.

Decuriones non possunt vendere bona immobilia sine decreto. Bart.

I. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P. P. [b]

[b] C.T. 12. 3. 1.

SI quis decurionum vel rustica prædia vel vrbana vẽditor necessitate coactus addicit, interpellet iudicem competentem, omnésque causas sigillatim quibus strangulatur, exponat: & ita demum distrahendæ possessionis facultatem accipiat, si alienationis necessitatem probauerit. Infirma enim venditio erit, si hæc fuerit forma neglecta. ita enim fiet, vt nec immoderatus venditor, nec emptor, cuiuscunque sit conditionis, inueniatur iniustus: denique nihil erit postmodum quo venditor vel circumuentum se insidiis, vel oppressum potentia comparatoris queri debeat: quandoquidem sub fide actorum & de necessitate distrahẽtis, & de voluntate patuerit comparantis. Quòd si quis contra vetitum occultis molitionibus per supposi- tas fraude personas, cuiuslibet loci, quem tamen ei decurio distrahebat, comparator extiterit: sciat se precio quod dedit, esse priuandum: & locum quem comparauit, cum fructibus esse restituendum. Datum VIII. Kalendas Decembris Constantinopoli, Honorio N.B.P. & Euodio Coss.

Venditio rerum, & liberatio debitorum ad curiam pertinentium non debet fieri sine decreto curiæ. Bart.

II. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Florentio P. P.

NEc vẽditio rei hereditariæ curiæ acquisitæ, aut debitoris hereditarij qui soluerit, liberatio aliter admittenda est, nisi apud acta totius vel maioris partis ordinis intercedẽte decreto, ineũdi cõtractus vel dissoluendæ obligationis causa probetur. Ita enim & id quod ex ea redigitur, ad prædiorum iubemus comparationem expendi: quorum reditus omnes (sicut dictum est) eiusdem curiæ publicis muneribus quæ solatio egere constiterit, iustissime seruabuntur: ex consensu omnium, & maxime ditiorum, vel idonea fideiussione oblata conductoribus eligendis.

Decuriones nõ possunt vendere sine decreto. alios autem contractus non prohibentur celebrare. Bart.

III. Imp. ZENO A. Sebastiano præfec. præt.

CVriales [c] vendere quidem res immobiles vel mancipia rustica prohibemus sine interpositione decreti: donationes verò vel permutationes vel quoslibet alios etiam sine decreto permit

[c] Hanc legem accusat Iustin. Nouel. 38

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

permittimus celebrare contractus: quoniam & sacræ constitutiones quæ super hoc à retro principibus latæ sunt, in plurimis suis partibus de precio non redhibendo locutæ sunt: vt ex hoc apertißimè detur intelligi, solùm venditionis decurionibus sine decreto interdictum fuisse contractũ. cum tamẽ venditio intercedente (vt dictum est) decreto agitur: nullum eos, vel qui ab his comparant, dispendium cuiuscunque personæ, vel causæ vel theatralis liberalitatis nomine (quod frequenter fieri dicitur) sustinere decernimus: nec ex tabellis decretum recitari, sed curialium vel maioris partis curiæ relatione currente, sine vlla malignitate referentium, vel damno contrahentium, ad cõfirmandam emptionem competentis iudicis proferri sententiam. * *

Constitutio Græca Iustiniani hîc deest, qua iubebat vt tam donatio quàm omnis actus alienationem cõtinens decreto subiaceret: vt idem ait Nouell. 38.

QVANDO ET QVIBVS QVARTA PARS DEBEtur ex bonis decurionum, & de modo distributionis eorum.

TIT. XXXIIII.

Si extraneus succedit alicui decurioni, debet curia habere quartam. Bart.

I. *Impp.*

I. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA.

SI decurionum consortio sit alienus, qui curiali successit: competentis eidem iuris, siue ex asse, siue ex parte heres sit, bonorúmve possessor: partem quartam iure optimo à curia peti decernimus. Dat. v. Id. Iun. C. P. Felice & Tauro Coss.

Curiales debent habere quartam extraneo succedente curiali, non tamen de singulis rebus. Bart.

II. Iidem AA. Apollonio præfecto prætorio.*

MEminimus nuper emissa lege diuali, portionem quartam de facultatibus curialium fati munus implentium, ex qualibet nouißima voluntate, vel ab intestato etiam, ad quemque (præterquam si ad filios curiales) deferatur, curialium deputasse corporibus: sed multi tanquam corrumpendi totius patrimonij occasione captata, vniuscuiusq; rei sibi particulam vindicando, adeo totas dilacerant facultates, vt dum participibus relictarum opum nocere cupiunt, sua quoque iura præcipitent. quorum nimiam licentiam prouida dispositione refrenantes, ipsis quidem curialibus occupandi sua auctoritate res mortui, copiam denegamus: heres autem ad quem ab intestato vel ex postrema voluntate directis vel fideicom-

*Nouella Theodosij quæ integra hodie extat in breuiario Alarici fol. 92. Cót.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

missariis verbis decurrit hereditas, omne patrimonium quod relictum est, in partes quatuor diuidi procuret: vt rebus totis in sortium[a] casum deductis, vel curiae quadrantis, vel heredi aut fideicommissario per vniuersitatem dodrãtis electio ex sortis felicitate contingat. ita scilicet & praefati successores & curia promiscui rerum dominij liberabuntur incommodo. Naturale quippe vitium est negligi quod communiter possidetur: vtq; se nihil habere, qui non totum habeat, arbitretur: denique suam quoque partem corrumpi patiatur, dum inuidet alienae. Sed vbi quarta pars bonorum mortui curiae debet offerri: immobiles quidem res quae nec latere facile possunt, nec cuiquam (si diuulgentur) officiunt: sub aspectu etiam curialium aestimari diuidíque concedimus. mobiles autem res, vel se mouentes, vel instrumenta, vel si quid aliud etiam in huiusmodi iure consistat, in medium proferri diuulgaríque non patimur: sed iuratis successoribus cum apud se diligenter aestimauerint quae quantique sint precij facultates, credi oportere decernimus. Quid enim tam durum támque inhumanũ est, quàm publicatione pompáque rerum familiarium, & paupertatis detegi vilitatem, & inuidiae exponere diuitias? In exigendis vero debitis, si precium quod pro quarta parte actionum curiae competit, successores praestare noluerint: caution

[a] in sortitum casúmque. recte.

cautionibus iurata fide prolatis in medium, vnusquisque à debitoribus conuenientem sibi exigat portionem. Aequè ex diuerso aes alienum, si cui defunctus fuerat obligatus, tam iidem successores quàm curia pro sua sorte restituere compellantur. Quòd si saepedicti successores sacramentum sibi crediderint excusandum: tunc vero ad similitudinem rerũ immobilium diligentior curialibus omnium rerum indago praebebitur, scilicet vt vniuersis mortui facultatibus in aperto propositis, vel aestimatio rerum vel diuisio sub praesentia curialiũ celebretur. In omnibus autem casibus vbi quarta pars curiae competit, transactiones interpositas firmas illibatásque manere decernimus.

Descendentes masculi curiales, vel foeminae nuptae curialibus, vel extranei curiales succedant in totum. Bart.

1 ¶ Ad filiorum vero curialium vel nepotum ac pronepotum, scilicet decurionum similitudinem, ad quos integras opes peruenire censuimus: filiam, quinetiam neptem, proneptémve, principali eiusdem ciuitatis vnde pater, auus, vel proauus, oritur, nuptam, rerum vel ab intestato vel ex dispositione vltimae voluntatis quaesitarum, integrum nullàque parte minutum dominium habere sancimus. Quòd si post parentum obitum inueniantur innuptae vel viduae: in impuberibus quidem post trans-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

factam pubertatem, in aliis vero quæ pubertatem excesserint, vel etiam in viduis post mortem parentis triennium dumtaxat volumus expectari: vt interim quarta portio suspensa, aut apud eam, si in matrimonio curialis eiusdem ciuitatis fuerit collocata, perpetuo iure permaneat: vel si intra id tempus alienum ab eadem curia sortiatur maritum, penitúsve nupta non fuerit, memorata pars totius substantiæ curiæ cum triennij tam vrbanorum quàm rusticorum prædiorum duntaxat fructibus addicatur: ita tamen, vt [& "optionis conditio in offerendis rebus quartæ partis vel dodrantis] & sacramenti tam de quantitate quàm de æstimatione rerum mobilium, déque actionibus inferendis vel excipiendis (sicut in extraneis personis dictum est) ratio conseruetur. Sed & si mater mortui vel auia tempore quo filius nepósve moritur, in coniugio eiusdem ciuitatis curialis inuenta fuerit: ne ipsas quidem patimur quartæ portionis subire iacturam. Extraneum quinetiam heredem propinquitatis quidem iure discretum, curiæ tamen eiusdem ciuitatis obnoxium, supradictæ portionis dispendio liberamus. Datum VII. Idus Martij, Constantinopoli, Dioscoro & Eudoxio Coss.

"Inclusa desunt in omnibus manuscr. & perperam inserta sunt ex libro Nouellarũ Theodosij.

III.

III. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ præfecto prætorio.

Si quis curialibus "muneribus obnoxius, vno forte vel pluribus filiis vel filiabus derelictis, filio quidem vel filiis substantiæ suæ partem minimam dereliquerit, (eam tamen quæ excludere eos ab inofficiosi querela potest) aliis autem suam substantiam dereliquit, vt ex hac patrimonij distributione apud filium quidem vel filios curiales minima pars substantiæ remaneat, totum autem curiale munus masculis immineat, siue filij sint, siue nepotes vel pronepotes, curiali tamen conditioni obnoxij: sancimus huiusmodi iniquitatem resecari: & non minus quarta portione in masculos posse testatorem transmittere: siue vnus est filius, siue plures: nulla deminutione ex permixtione sororum eis facienda: vt non solum corporibus, sed etiam substantiis laborantes, possint curiale habere consortium. Ad hoc sancimus, si quis curialis, filiabus pluribus derelictis, ab hac luce fuerit subtractus, quarum vna curiali eiusdem nupserit ciuitatis: aliis filiabus quæ ad huiusmodi vota nõ migrauerint, vel extraneis in reliquam partem heredibus derelictis: non videri curiæ ex sententia legis Theodosianæ ad Apollonium scriptæ satisfieri: sed omnino quartã partem patrimonij curia consequatur: siue vni filiæ quæ curialibus nu-

"Huius suæ legis sententiã Græcè recitat idẽ Iustinianus in Nouell. 38. Cont.

Bb 3

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ptiis copulata sit, deputanda est: siue ex aliis heredibus colligenda: filia proculdubio quæ curiali nupsit, immuni ab huiusmodi quartæ datione seruanda: cum per maritum eius quantum ad ipsius personam curiæ sit satisfactum. & hoc obseruari non solum si vltimo elogio condito testator curialis decesserit: sed etiam si intestatus diem suum obierit. Sed & si quid minus quarta parte fuerit, vel minime derelictum: hoc modis omnibus filio curiali vel filiæ quæ nupta est eiusdem ciuitatis decurioni, ex substantia patris curialis modis omnibus vel deputari vel adimpleri: nullo obstaculo curia opponendo, si secundum prædictam legem filius, nepos, pronepos, pater, auus, proauus curiali morienti fuerint derelicti, qui nexibus curialibus ex quacunque vel dignitate vel occasione fuerint absoluti. In hoc enim Theodosianæ legi apertissimè volumus esse derogatum. Et generaliter definimus ex omni causa neque masculos liberos, neque filias copulatas matrimonio curialis, minus quarta parentis substantiæ habere: vel non extantibus filiis vel filiabus, sed aliis heredibus, ipsam curiam secundum anteriores leges quartæ curialis morientis habere solatium. Datum Kalen. Ianuar. C. P. *Iustiniano* A. II. *Coss.*

DE IMPONENDA LVCRATIVA DESCRIPTIONE.

TITVLVS XXXV.[a]

1. Impp. THEODOS. & VALENT. Augusti ad Apollonium præfectum prætorio.

DEscriptionis[b] onere siliquarum quatuor, quas ex lucratiuis iugationibus tantum, non humanis, vel animalium censibus, neque mobilibus rebus iubemus indici: & si curiales non sint, maiores ac posteros liberamus: vt si pater, auus, proauus, filio, nepoti, pronepoti, vel filiæ, nepti, proneptíve (nec interest[c] nuptæ sint curialibus néc- ne) postrema voluntate, vel inter viuos etiam donatione quicquam de suis opibus largiatur, memoratæ descriptionis cesset indictio. Aeque[d] ex diuerso, si posteriores ad maiores prædicta sibi consanguinitate deuinctos præfatis titulis suas conferant facultates: nullius accessione grauaminis huiusmodi liberalitas oneretur. in tam enim necessariis sibi coniunctísque personis, sub liberalitatis appellatione debitum naturale persoluitur. Cuius auctoritatem iuris pariter valere sancimus etiam si ab intestato succedant sibi præfiniti generis ordine sociati. Ex his enim successionibus maximè debiti potius

[a] videtur hîc deesse Græca constitutio, cuius meminit Nouella 18 cap. 1. vt curiales filiis suis dodrantẽ relinquant. Contius.
[b] Sũpta est hæc l. ex eadẽ Nouella Theodosij ex qua superior l. meminimus. 7. ti. prox. ex lib. Nouell. The. qui hodie extat.
[c] al. refert.
[d] Eq; diu.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

solutis quàm muneris oblatio cõprobatur, quæ non largientibus etiam dominis ipsa propinquitatis serie deferuntur. Cæteri verò licet quadam inter se cognatione iungantur: nunquam tamen curiale prædium sine prædicto onere lucrabũtur, nisi is forte cui lucro res cesserit, eiusdem ciuitatis ordini sit obstrictus: qui licet inter extraneos numeretur, vacuum tamẽ ea functione quod datum est, consequatur. nam cum personæ conditio non mutetur: nec rei quidem statum conuenit immutari. Lucratiuas verò res eas tantum volumus appellari, atque à prædictæ descriptionis grauamine excipere, quæ hereditatis, legati, fideicommissi iure, mortis causa donationis, vel cuiuslibet postremæ voluntatis arbitrio ad quempiam delabuntur. Inter viuos etiam donatio simplici liberalitate confecta, lucratiuæ merebitur & nomen & sarcinam. Si verò vel socer futurus, filij vel nepotis vel pronepotis sponsæ affinitatis coeũndæ causa donauerit: vel parens etiam filiam vel neptem vel proneptem curiali seu extraneo nubentem dotauerit: licet casus euentu, res eius cui data est, vertatur ad lucrum: nec inter lucratiuas numerabitur, nec descriptionis oneri subiacebit. Nec enim iuris optimi est, matrimonium, cum tot tantísque suis difficultatibus opprimatur: aduentitiis etiam cumulare ponderibus. Res verò quæ memoratis causis lucrati-

uæ semel

uæ semel nomen exordiúmque sortita est, licet ab eo qui susceperat, ad alterum emptionis vel cuiuscunque contractus iure migrauerit, cum prædicto descriptionis grauamine proculdubio transferetur: vt vel sciens sibi imputet, qui accepit oneratam: vel si ignorauerit, quod interest consequatur. Contráque si cuiuslibet contractus exordio lucratiuæ nomen euaserit: & si postea lucri titulo in dominium alicuius ceciderit, sarcinam memoratæ descriptionis effugiet. Nulla enim in huiuscemodi causis confusionis intercedit occasio, etsi ad primordium tituli posterior quoque formetur euentus: nisi forte res decurionis quæ ad eum cuiuslibet mercimonij iure peruenerit, ad alterum fuerit postrema eius voluntate vel ab intestato vel inter viuos donatione translata. tunc enim quia semel in personam cecidit principalis: (veterum titulorum nequaquam ratione perspecta) conditionem & onus merebitur lucratiuæ. °Dat. VII. Id. Mart. Constantinop. Dioscoro & Eudoxio VV. CC. Conss.

DE PRAEBENDO SALARIO.

TITVLVS XXXVI.

1. Imp. CONSTANTINVS A. ad Marcellinum Corr. post alia.° — °C.T. lib. 12. tit. 2. l. 1.

BbB 5

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

NVLLI salarium tribuatur ex iuribus reipublicæ, nisi ei qui iubentibus nobis specialiter fuerit consecutus. Datum V. Non. Octob. Constantinop. Limenio & Catullino Conss.

SI CVRIALIS RELICTA CIVITATE RVS HABITARE MALVERIT.

TIT. XXXVII.

Omnes curiales reuocantur ad ciuitatem, & ad curiam: & locus in quo in rure habitant, publicatur. Bart.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano P. P. post alia.[a]

[a] Co. The. 12.18.2.

CVRIALES omnes iubemus interminatione moneri, ne ciuitates fugiant aut deserant rus habitandi causa: fundum quem ciuitati prætulerint, scientes fisco esse sociandum: eóque rure se carituros, cuius causa impios se, patriam vitando, demonstrauerint. Dat. XVIII. Kalend. Ianua. Constantinop. Arcad. IIII. & Honor. III. AA. Conss.

DE MVNICIPIBVS ET ORIGINARIIS.

TITVLVS XXXVIII.

In loco originis & incolatus cogitur quis subire munera. Bart.

I. Imp.

I. Imp. ALEXAND. A.[a] Siluano.

CVM te Biblium[b] origine, incolam apud autem Berytios esse proponas: merito apud vtrasque ciuitates muneribus fungi compelleris.

[a] Antoninus A. sic in meo manuscr. Cont.

[b] Biblus teste Alc. in hunc locũ, vrbs est ĩ Phœnicia non lõge à Libano, vicina Beryto

II. Imp. GORDIA. A. Frontoni.

SI, vt proponis, ea quæ ex causa fideicommissi te manumisit, ab ea libertatẽ iustam fuerit consecuta, quæ originem ex prouincia Aquitania ducebat: tu quoque eius conditionis, eiúsque ciuitatis ius obtines, vnde quæ te manumisit, fuit. Eorum enim conditionem sequi ex causa fideicommissi manumissos pridem placuit, qui libertatem præstiterint, non qui dari rogauerint.

Filius sequitur originem patris, & non matris, nisi ex alia causa ciuitati matris sit adstrictus. Bart.

III. Imp. PHILIPPVS A. Patroclo.

FIlios apud originem patris, non in materna ciuitate, etsi ibi nati sint (si modò non domiciliis retineantur) ad honores seu munera posse compelli, explorati iuris est.

IIII. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. Secundo.

ORigine propria neminem posse voluntate sua eximi, manifestum est.

V. Imp. CONSTANTIN. A. ad Maximum vic.[a] vrbis.

[a] al. comitem oriẽtis.

SI quis cum ex maiore vel ex minore ciuitate originẽ ducit; eãdem vitare studens, ad alio

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ad alienã se ciuitatem incolatus occasione contulerit, & super hoc vel preces dare tentauerit, vel qualibet fraude niti, vt originem propriæ ciuitatis eludat: duarum ciuitatum decurionatus onera sustineat in vna volũtatis, & in vna originis gratia. PP. VIII. *Kalend. Ian. Paulino & Iuliano Coss.*

DE INCOLIS, ET VBI QVIS DOMICILIVM HABERE VIDEtur, & de his qui studiorum causa in aliena ciuitate degunt.

TITVLVS XXXIX.

Postquam quis transtulit incolatum, non potest reuocari ad munera. Bart.

I. Imp. ANTONINVS A. PAVLO.[a]

[a] Paulino.

NOn tibi obest, si cùm incola esses, aliquod munus suscepisti: modò si antequam ad alios honores vocareris, domicilium transtulisti.

Scholares non dicuntur constituere domicilium vbi studens: nisi x. an. steterint, vel alia ratione constituerint. Bart.

II. Imp. ALEXAND. A. Crispo.

NEc ipsi qui studiorum causa aliquo loco morantur, domicilium ibi habere creduntur, nisi x. an. transactis eo loco sedes sibi constituerint, secundum epistolam diui Hadriani: nec pater, qui propter filium studentem frequent

frequentius ad eum commeat. Sed si aliis rationibus domicilium in splendidißima ciuitate Laodiceorum[a] habere probatus fueris: mendacium, quo minus muneribus fungaris, non proderit.

[a] Laodiceã: (Laodiceorum enim legẽdum est, non Laudicinorũ, teste Alc. in hãc l.) à Laodicea dicti sunt: de qua Plin. li. 5. c. 29.

III. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. Alexandro.

ESt verum, eos qui in territorio alicuius ciuitatis cõmorantur, velut incolas ad subeunda munera, vel ad capiendos honores non adstringi.

Propter solam possessionem quis non vocatur ad munera. Bart.

IIII. Iidem AA. & cc. Alexandro.

CVm neque originales, neque incolas vos esse memoratis: ob solã domus vel possessionis, licet ex substantia decurionis acquisita sit, causam, publici iuris auctoritas muneribus subiugari vos non sinet.

V. Iidem AA. & cc. Maximo.[a]

[a] Maximo.

SI in patria vxoris tuæ, vel qualibet alia domicilium defixisti: incolatus iure vltro te eiusdem ciuitatis muneribus obligasti.

Origo & domicilium facit quem vocari ad munera, nisi per priuilegium contrarium sit expressum. Bart.

VI. Iidem AA. & cc. Marcellino.[a]

[a] Marcello.

PRiuilegio speciali ciuitatis nõ interuenien te, tamen originis ratione, ac domicilij voluntate, ad munera ciuilia quemque vocari certißimum est.

VII.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

VII. Iidem AA. & cc. Aurelio.

[a] adiectio.

Ciues quidem origo, manumißio, allectio[a] vel adoptio: incolas verò (sicut & diuus Hadrianus edicto suo manifestißimè declarauit) domicilium facit. Et in eodem loco singulos habere domicilium non ambigitur, vbi quis larem, rerúmque ac fortunarum suarum summam constituit, vnde rursus non sit discessurus si nihil auocet: vnde cum profectus est, peregrinari videtur. quòd si rediit, peregrinari iam destitit.

VIII. Imppp. VALENTINIANVS THEO. & ARCA. AAA. ad Senatum.

[a] Pars l. 2. s̃. vbi senatores vel clarissimi.

Senatores[a] in sacratißima vrbe domicilium dignitatis habere videntur. Dat. Kal. Mar. Valentinia. A. & Neoterio Coss.

Mulieres ex persona maritorum sortiuntur dignitates & forum. Bart.

IX. Imppp. VALENTINIAN. THEOD. & ARCA. AAA. Martiano comiti Orientis.[a]

[a] sic in Codic. The. 2.1.7. Extat eadem lex iterũ infra lib. xij. titul. 1. l. xiij. Cõcius.

Mulieres honore maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus. Si autem minoris ordinis virum postea sortitæ fuerint: priore dignitate priuatæ, posterioris mariti sequentur conditionem: & domicilium mutamus. Dat. IIII. Kalendas Februar. C. P. Arcadio II. & Rufino Coss.

DE

DE MVNERIBVS ET HONORIBVS NON CONTINVANDIS inter patrẽ & filium: & de interuallis.

TITVL. XL.

Continuatio honorum & munerum impeditur in his qui sunt idem vel quasi: interualla vero in his tantũ, qui sint idem vere. Bar.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS AA. Septimio Zenoni.

Sicut honores & munera cum pater & filius decuriones sunt, in eadem domo cõtinuari non oportet: ita vacationum concessa tempora, non aliis prodesse possunt, quàm his qui ad eosdem vel alios honores, eadémque vel alia munera denuo vocantur. Pro infante vero filio, quem decurionem esse voluisti, quanquam fidem tuam in posterum adstrinxeris, tamen onera sustinere non cogeris: cum ad ea tãtum, quæ mãdari possunt, voluntatem dedisse videaris.

II. Imp. GORDIANVS A. Cyrillo.

Ab honoribus ad honores eosdẽ quinquennij datur vacatio: triennij vero ad alios: legatione autem perfunctis, biennij vacatio concessa est.

Frater propter fratrem nõ habet vacationem, sed propter alios idoneos nondum grauatos recte excusatur. Bart.

III.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

III. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Critiæ.*

*al. Aniceto, vel Niceto.

INterualla temporum quæ in vnius persona locum habent, fratribus (licet communia possideant bona) minime prodesse, frequenter constitutum est. Sanè his missis, qui necdum functi muneribus, ad hæc idonei constituti vocari debent, vos si ad obsequium ciuilium munerum repererit paruisse: ne interim interpellemini, præses prouinciæ prouidebit.

DE MVNERIBVS PATRIMONIORVM.

TITVL. XLI.

*al. Philino. al. filio Syrio.

I. Imp. ANTONINVS A. filio.*

CIuilia munera per ordinem pro modo fortunarum sustinenda sunt.

II. Idem AVGVSTVS Materno.

MVnera quæ patrimoniis publicæ vtilitatis gratia indicuntur: ab omnibus subeunda sunt.

III. Imp. ALEXANDER A. Attilio.

QVi immunitatem munerum publicorum consecuti sunt, onera patrimoniorum sustinere debet: in quibus causis & hospites recipiendi sunt.

Onus alimentandi equos decurionum, est patrimoniale. Bart.

IIII.

IIII. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS AA. Neroni.

NOn videtur abhorrere à ratione sententia qua præses prouinciæ equos curiales* alere, non personarum, sed patrimonii esse decreuit: & tamen si iniqua esset, omisso* à te appellationis auxilio, necessario permanet.

*leged. curules.

*cõmisso.

Nihil est quod tribuat excusationem à muneribus patrimoniorum. Bart.

V. Imppp. CARVS, CARIN. & NVMERIANVS AAA. Antepisti.

NEque tempore ætatis, neque numero liberorum à muneribus quæ patrimoniorum sunt, excusationem quis habere potest.

Philosophi non debent habere immunitatem à muneribus patrimonialibus. Bart.

VI. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA.

PRofessio & desiderium tuum inter se discrepant. nam cum philosophum te esse proponas, vinceris auaritia & rapacitate: & onera quæ patrimonio tuo iniunguntur, solus recusare conaris: quod frustra te facere, cæterorum exemplo poteris edoceri.

Minores non excusantur à muneribus patrimonialibus. Bart.

VII. Iidem AA. & cc.

ETiam minores ætate patrimoniorum muneribus subiugari solent. Vnde intelligis te frustra plenam immunitatem desiderare:

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

cum munera quæ impensas exigunt, subire te necesse sit.

VIII. Iidem AA. & cc.

N*Ec protostasiæ vel sacerdotij, vel decaprotiæ munera corporalia sunt: sed tantũ patrimonij esse non ambigitur.*

IX. Iidem AA. & cc.

P*Atrimoniorum munera mulieres etiam sustinere debent.*

Superindictiones sunt munera patrimonialia. Bart.

X. Exemplum sacrarum literarum eorundem AA. & cc. ad præsides prouinciarum.

Q*Vantum ad extraordinarias indictiones pertinet, præsidibus significamus, vt omnes possessores cæterósq; sciant conueniri debere, quandoquidem ea patrimonij munera esse constet, quæ merito ab omnibus agnosci debeant, quo facilius obsequiis publicis pareatur.*

*Similis est tit. in Cod. Th.

QVEMADMODVM* CIVILIA MVNERA INDICVNTVR.

TITVL. XLII.

Non debet quis eodem tempore habere plura officia. Bart.

I. CARVS, CARINVS & NVMERIANVS Augusti.

Cum

C*Vm te curatorem ad cogendas angarias creatum, appellationẽ interposuisse proponas, præses prouinciæ si alterius curiæ te esse animaduerterit, ad alieni corporis munera vocari non sinet: quia eius patriæ oneribus respondere debes, cui te attributum esse commemoras.*

II. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. Dionysio.

M*Aioribus honoribus functos, ad minores deuocari non oportere, rationis est.*

III. Iidem AA. Eutychiano.

C*Vm te omnibus muneribus functum esse adseueres: ad eadem munera, si aliorum ciuium copia est, qui obsequiis ciuilibus fungi possunt, præses prouinciæ deuocari te non permittet.*

IIII. Iidem AA. & cc. Regio.

V*Ltra modum sumptuum te muneribus ciuilibus grauari leuatis aliis, præses prouinciæ non patietur, sed æqualitatem tam iuris quàm cẽsuræ memor, circa ordinem custodiet.*

DE HIS QVI SPONTE PVBLICA MVNERA SVBEVNT.

TITVL. XLIII.

Qui patitur se decurionem creari, videtur suo priuilegio renunciasse. Bart.

I. Imp. ALEXANDER* A. Feliciano. *al. Antoninus.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

VEterani, qui cum poſſent ſe tueri immunitate his conceſſa, decuriones ſe fieri in patria ſua maluerunt: redire ad excuſationem quam reliquerunt, non poſſunt: niſi certa lege & pacto ſeruandæ immunitatis, vel partem eius honoris agnouerint.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANVS AA. Valerio.

QVi publici muneris vacationem habet: ſi aliquem honorem excepto decurionatu ſponte ſuſceperit: ob id quòd patriæ ſuæ vtilitatibus ceſſerit, vel gloriæ cupiditate pauliſper ius publicum relaxauerit, competens priuilegium non amittit.

III. Imp. LEO A. Puſeo[a] PP.

[a] al. Paco pp.

[b] Pars. l. j. §. de officio comitis orientis.

QVi conditioni[b] non obnoxius curiali, quemlibet honorem, vel munus voluntate propria in quacunque geſſerit ciuitate, nullum præiudicium circa fortunam ſuam ſtatúmque ſuſtineat: ſed tam ipſe, quàm liberi eius, & qui ex his in poſterum procreandi ſunt, ab omni huiuſmodi nexu cum ſuis facultatibus liberi alieníque permaneant: ita tamen, vt ſi aliqua functio volentibus eis fuerit iniuncta, ex qua neceſſe ſit eos aliquid accipere quod ex data ſibi pecunia in reliquis apud eos manſiſſe conſtiterit: ſoluentes, ſine vlla moleſtia, vel conditionis ſuæ formidine diſcedant. Si

Si quis vero ex his omnia decurionum munera, vel functiones, vel honores nulla imminente neceſſitate, ſed ſua ſponte peregerit: eum pro ſua liberalitate patrem ciuitatis in qua voluntarius municeps apparebit, ſi hoc libuerit ei, fieri conſtituíque hac lege decernimus. Dat. v. Id. Nouembr. CP. Baſiliſco & Armerico Coſſ.

Liber homo, qui ſponte curiæ ſeipſum tradidit, ſeipſum obligat, non ſuos liberos quandocunq; genitos: ſecus ſi naturalis filius ſe offerat. Bart.

IIII. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ PP.

EOs qui curiali fortuna liberi conſtituti, poſtea ſe curiæ cuiuſcunque ciuitatis obtulerint, confidere volumus, quòd poſteritas eorum non ſolum iam procreata, ſed etiam poſt talem deditionem procreanda, huiuſmodi fortuna libera manebit, ſiue ſpecialiter ſub hac lege curiæ ſe obtulerint, vt ab eis deſcendentes, tali fortuna liberi permaneant: ſiue nullam huiuſmodi fecerint mentionem: nullo audente dicere, quòd nati vel concepti poſt talem deditionem, paternam conditionem ſequi debeant. hoc enim ſpeciali beneficio alacriores omnes ad conferendam ciuitatibus huiuſmodi opitulationem conſtituere properauimus: ita tamen, vt nec occaſione quartæ portionis bonorum huiuſmodi decurionis, quicunque ſucceſſores eius aliquam inquietudinem patiantur: vtpote libe-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ra eius substantia omni curiali grauamine conseruanda. & si quid defunctus vel ex administratione curialium munerum, vel ex quarta portione ad eandem curiam semel vel sæpius deuoluta, vel ex alia quacunque causa eidem curiæ debuisse probetur, hoc idem successores curialibus reddere minime dubitent: illis scilicet quæ super naturalibus filiis, quos naturalis pater sub hac lege curiæ dedit, vel postea dederit, vt legitimos tam ex testamento quam ab intestato successores habeat, non solum veteribus legibus, sed etiam nostris sanctionibus disposita sunt, præsenti lege excipiendis: vt non ipsi tantum filij naturales, sed etiam ex his procreandi mares paternam sequantur fortunam: vel maribus liberis minime subsistētibus, quarta pars substantiæ mortui curiæ deputeur.

DE HIS QVI A' PRINCIPE VACATIONEM ACCEPERVNT.

TITVL. XLIIII.

I. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. Augusti Rufino P. P.

Cod. Th. 12.1.135.

NVllus vacationem temporalem curialis accipiat, nisi id forte veris ac probatis causis adnotatio nostra concesserit. Dat. Prid. No. Iunij C. P. Theodos. & Abundantio Conss.

DE

DE VACATIONE PVBLICI MVNERIS.

TIT. XLV.

Vacatio simpliciter concessa non porrigitur ad munera ordinaria. Bart.

I. Imp. GORDIANVS A. Ianuario.

MVneris publici vacationem ea continere, quæ non lege, non senatusconsulto, non constitutionibus principum iniunguntur, meritò responsum est: ad quam formam iuris pertinens" si cœperis ad munera "pertinet.
extraordinaria à magistratibus deuocari, appellatione interposita poteris apud præsidem iuris rationibus protegi.

DE DECRETIS DECVRIONVM SVPER IMMVNITATE quibusdam concedenda.

TIT. XLVI.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIMIA. AA. Vrsatio.

EXceptis, qui liberalium studiorum antistites sunt, & qui medendi cura funguntur, decurionum decreto immunitas nemini tribui potest.

II. Iidem AA. & CC. Cassio.

ORdinis ambitiosa decreta sacris constitutionibus reprobantur.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

DE EXCVSATIONIBVS MVNERVM.

TIT. XLVII.

Qui gerunt negotia principis, non habent immunitatem à muneribus, niſi ſint ex illis officiis quibus eſt ſpecialiter conceſſum.

I. Imppp. CARVS, CARINVS & NVMERIAN. AAA. Demetrio.

Etiam hi, qui noſtra procuraſſe monſtrantur, muneribus ciuilibus, quæ dignitati eorũ congruũt, fungi debent.

II. Pars actorum DIOCLET. & MAXIMIA. AA. & CC.

Inductis Firmino & Apollinario & cæteris principalibus Antiochenſium adſtantibus Sabinus dixit, Et cætera. Diocletianus dixit:

Acta quorum hic fit mentio, habita ſunt in cõſiſtorio. *Inductis* igitur in conſiſtoriũ. Ammianus xvj. Inductis quadam ſolenni die agentibus in conſiſtorium, *Sabinus* aduocatus *dixit* græcè quædam, quæ nec erui ex manuſcriptis potuere, nec fuere vnquam integra, quoniam ſubiicitur, &c.

Certis dignitatibus data à nobis indulgentia eſt munerum ciuilium & perſonalium, id eſt his qui aut ex protectoribus ſunt, aut

aut ex præpoſitis. hi ergo ad munera perſonalia aut ciuilia non vocabuntur.

III. Iidem AA. & CC. Martiano.

Tutelæ ſolicitudo à muneribus ciuilibus nõ excuſat: vtpote cum nec tres ſimul iniunctæ diuerſarum domuum, huiuſmodi beneficium præſtent.

IIII. Iidem AA. & CC. Attalo.

Hydraulæ munerum ciuilium immunitatem ſibi iure conceſſam approbare minimè poſſunt.

V. Iidem AA. & CC. Marcellino.

Procuratores abſentium reipublicæ cauſa, munerum ciuilium vacationẽ non habent.

VI. Iidem AA. & CC. Caio.

Venatoribus immunitas ob hanc profeßionem ſolam nullo iure conceſſa probari poteſt.

VII. Imp. CONSTANTINVS A. ad Catullinum Vicarium.

Negotiantes, veſtiarios, linteones, purpurarios, & particarios, qui deuotioni noſtræ deſeruiunt, viſum eſt ſecundũ veterem conſuetudinem ab omni munere immunes eſſe.*

*Parthi- rios legit Alciat.

*Hęc cōſti tutio con flata eſt ex l. 8. & 11. tit. 16. lib. 11. C. T. quare Imperat. nomina & Conſulũ illinc deſumes.

Præſes vel alius iudex non poteſt collectam imponere. Bart.

VIII. Idem A. CONSTANTINVS & IVLIANVS Cæſ. ad Taurum PP.

Placet nullum omnino iudicem decætero prouincialibus inferendum aliquid indi-*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

cere, vt ea tantùm sedulo cunctorum studio pensitentur, quæ canonis instituti forma complectitur, vel nostra clementia decernit inferenda, vel delegatione solenniter sanciente, vel epistolis præcedentibus. sed si quid vrgere forsitan cœperit, referri ad celsitudinem tuam statuimus, & auctorem te fieri, & eo persoluto referri ad scientiam nostram, vt nobis iubentibus roboretur. Si quis autem vsurpatoria temeritate amplius aliquid fuerit conatus exigere, obnoxius quadrupli repetitione teneatur. quæ seueritas iussionis ad ordinariorum iudicum officiorúmque terrorem debebit excurrere: vt si eorum vel gratiosa conniuentia, vel ignobili dissimulatione temeritas admiserit curialis, eos quoque damni simplicis pœna castiget. Datum Kalend. April. Mediolani, Constantio A. IX. & Iuliano Coss.

IX. Impp. VALENTIN. & VALENS AA.

ILlud conuenit præcaueri, ne quis hanc, quæ personalis est functio, precio putet esse taxandam. Dat. Kalend. Decemb. Treueris, Valentiniano & Valente Coss.

Prædia emphyteutica principis, extraordinarias præstationes non soluunt. Bart.

X. Imppp. GRATIA. VALENT. & THEOD. Augusti ad Hypatium. P P.[a]

[a] Ex C.T. lib. II. tit. 16. l. 13.

PRiuatæ rei nostræ priuilegiis permanentibus, nihil extra ordinem prædia iure

perpetuo

perpetuo consignata sustineant: neque adiectis sæpius, ac præter primũ delegationis canonem postulatis afficiantur impendiis: quandoquidem neque aurario canoni sub priuilegiis æstimato, aliquid ex ea iubentibus nobis præbitionum diuersitate decutitur: & pari cum cæteris æstimari sorte non conuenit, quos præter annonarias functiones æstimatas perpetua pensitationum prærogatiua nexuerunt. P P. Carthagine Idib. April. post consulatum Syagrij & Eucherij.

Protonotarij, notarij, & referẽdarij principis habent immunitaté ab extraordinariis muneribus. Bart.

XI. Iidem AAA. ad Syagrium P P.[a]

[a] Ex C.T. II. 16. 14.

EOs qui cum honore comitum, nomine magistrorum memoriæ præfuere, vel epistolis, vel libellis, item eos qui ibidem peragendis signandísque responsis nostræ mansuetudinis obsecundant: omnium ciuilium munerum fieri iubemus exortes. igitur qui ex eo gradu palatio nostro adhæserint, adesse sibi competentia priuilegia glorientur. qui verò superioribus dignitatibus creuerint, nihilo minus eius loci priuilegia præsto sibi fuisse lætentur. Lecta III. Kalendas Septembris Capuæ, Antonio & Syagrio Conss.

Palatini in dignitate constituti etiam post dignitatem finitam, & magistri scientiarum,

ex leg

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

& legati, à ſordidis muneribus hîc declaratis ſunt exempti Io. de Plat.

*C.T.l.11. tit.16.l.15.

XII. Iidem AAA. ad Hypatium.*

MAximarum culmina dignitatum, conſiſtoriani quoque comites, notarij etiam noſtri, & cubicularij omnes, atque excubicularij, ab omnibus ſordidis muneribus vindicentur. cæteros autem palatina vel militari intra palatium prærogatiua munitos, ita demum priuilegium ſimile contineat, ſi prioribus ſtatutis ſe ad huiuſmodi exceptionem docuerint pertinere: vt non ſingulis indulta perſonis, ſed in commune dignitati vel corpori huiuſmodi beneficia doceantur fuiſſe conceſſa, circa rhetores atque Grammaticos eruditionis vtriuſque vetuſto more durante. Sordidorum verò munerum talis exceptio ſit, vt patrimoniis dignitatum ſuperius digeſtarum, nec conficiendi pollinis cura mandetur, aut panis excoctio, aut obſequium piſtrini, nec paraueredorum huiuſmodi iuris, * *aut parangariarum præbitio mandetur, exceptis his quibus ex more Rheticus limes includitur, vel expeditionis Illyricæ pro neceſsitate vel tẽpore vtilitas adiuuatur. Operarum quoque* * *artificum diuerſorum, excoquendæ etiam calcis obſequia, nulla de talibus adiumenta poſcantur. Materiam lignorum atque tabulata exceptorum virorum patrimonia non præbeant. carbonis quoque, niſi eum quem moneta ſolenniter, vel fabricatio ſecundum veterem morem poſcit armorum, ab huiuſmodi viris præbitio deſiſtat. Publicis vel ſacris ædibus conſtruendis atque reparandis, capitalis,* * *atque temonis neceſsitas nulla mandetur: legatis atque adlectis ſumptus poſſeſsio huiuſmodi priuilegiis munita non conferat. hoc tamen his patrimoniis proſit, quæ dignitatem proprio videntur nomine poſsidere. eos etiam qui ſimili honore functi ſunt, generali prærogatiua à præbitione ſordidorum munerum vindicamus. Dat. v. Id. Decemb. Antonio & Syagrio Conſſ.*

*viris.

*atque

*legendũ capituli. Contius.

Priuilegium perſonale non tranſit in ſucceſſorem. Bart.

XIII. Imppp. VALENTINIANVS THEOD. & ARCAD. AAA. ad Neotherium.*

*C.T.lib. 11.tit.16. l.16.

SOrdidorum munerũ excuſatio delata perſonis, ad heredem ſucceſſorémve tranſire non poteſt. Neque enim poteſt eſſe perpetuum, quod non rebus, ſed perſonis contemplatione dignitatis atque militiæ indulſiſſe nos conſtat. Dat. XVIII. Kalendas Maij, Medio. Arcad. A. I. & Bautone Conſſ.

XIIII. Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. AAA. Tatiano PP. Orientis.*

*C.T.lib. 11.tit.16. l.19.

EAm legem quam de extraordinariis ſordidíſque muneribus, expreſsis vocabulis funct

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

functionum, & insignibus dignitatum, sine vlla ambage præscripsimus: ita circa eos in quos nostra munera redundarunt, esse præcipimus seruandam, vt iisdem beneficiis non quandiu militauerint, sed quandiu vixerint, perfruantur. Dat. XI. Kal. April. Med. Tatiano & Symmacho Coss.

Prædia principis propria vel emphyteuticaria ab extraordinariis & sordidis muneribus sunt exempta. Bart.

XV. Impp. ARCAD. & HONORIVS AA. Messiano Com. R. P.*

* C.T. eo. tit. l. 20.

EVidenter atque absolutè iubemus, ne fundi ad patrimonium nostrum pertinentes, seu conductionis titulo, seu perpetuo iure teneantur, aliquid præter ordinem superindicti vel precij nomine de sordidis quibuscunque muneribus agnoscant. nam & hoc à diuis principibus imperatum est, & à nostra serenitate reparatum. Quisquis igitur iudicum contra fecerit, quinq; pondo auri de facultatibus suis, alia de officiis suis, totidem & de curialibus qui exequi male iussa festināt, nouerit eruēda. Da. XVII. Kal. Iul. Med. Olybrio & Probino Coss.*

* impetratum.

XVI. Iidem AA. & THEOD. A. Melitio præf. prætorio post alia.*

* C. T. eo. tit. l. vlt.

AB illustribus personis sordida munera & extraordinariæ necessitatis damna remouemus. Dat. XV. Kal. Mar. Rau. DDNN. Honorio VIIII. & Theodosio V. AA. Coss.

DE QVIBVS MVNERIBVS VEL PRAESTATIONIBVS nemini liceat se excusare.

TIT. XLVIII.

I. Imp. HONORIVS & THEOD. AA. HERCVLIO P. P.* Illyrici.

* ad rēpu. Illyrici.

COmparationi transuectionique specierum vniuersi sine vllo priuilegio coartentur ad necessitates Illyricanas. nam in his duntaxat titulis nullum sub quopiam cessare priuilegij velamento censemus: sed sub hac conditione, cum tempus exegerit, huiusmodi collationi succumbant, vt non tantùm requiratur idoneus, verùm vniuersi pro portione suæ possessionis iugationisque ad hæc munia coartentur, & à summis sarcina ad infimos vsque decurrat. Dat. III. Id. April. Constantinopoli, Basso & Philippo Coss.

II. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS AA. ad Taurum præfectum prætorio.

* Iūge cū l. II. §. de sacrosan. eccl.
* numinis

CVm ad felicissimam expeditionem nominis* nostri, omnium prouincialium per loca quà iter arripimus, debeant nobis solita ministeria exhiberi: neminem ab angariis, vel parangariis, vel plaustris, vel quolibet munere penitus excusari præcipimus: sed omnes,*

siue

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ſiue ad diuinam noſtram domum, ſiue ad venerabilis Auguſtæ, vel ad ſacroſanctas eccleſias, vel quaſlibet illuſtres domos pertinent, nec lege pragmatica, nec diuina adnotatione, ſacróve oraculo excuſatos, indictionibus magnificæ tuæ ſedis tempore noſtræ expeditionis obedire decernimus. Datum XIII. Kalendas Martias Conſtantinopoli, Valentiniano A. V. & * Coſſ.

III. Imp. LEO AD S.

HAc prouidētiſsima lege ſtatuimus, omni excuſatione ceſſante, nulláque perſonali ᵃ dignitate penitus excepta, in quibuſcunque locis adminiſtrationi ſublimitatis tuæ commiſſum opus exegerit murorum conſtructionem, ſeu comparationem frumenti, aliarúmque ſpecierum ſine vllo impedimento, prout commodum atque neceſſarium magnitudo tua perſpexerit, fieri.

ᵃaliàs, perſona, vel dignitate

QVI AETATE VEL PROFESSIONE SE EXCVSANT.

TIT. XLIX.

Studentes habent immunitatem à muneribus perſonalibus vſque ad xxv. annum ſuæ ætatis. Bart.

I. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. Seuerino & aliis ſcholaribus Arabiæ.

CVM vos adfirmetis liberalibus ſtudiis operam dare, maximè circa iuris profeſsionem, conſiſtendo in ciuitate Berytiorum prouinciæ Phœniciæ: prouidendo vtilitati publicæ & ſpei veſtræ, decernimus, vt ſinguli vſque ad viceſimumquintum annum ætatis ſuæ ſtudiis non auocentur.

II. Iidem Auguſti & cc.

CVM filios tuos patria poteſtate liberatos, adhuc minores legitima ætate eſſe dicas, merito poſtulas vt liberalibus ſtudiis non auocentur: & ideo muneribus perſonalibus, quæ ad patrimonium non pertinent, non adſtringentur, ſi ciuium inopia non eſt.

Maiores quinquagintaquinque annis excuſantur à muneribus perſonalibus, non patrimonialibus. Bart.

III. Iidem Auguſti & cc. Plautiano.

MAnifeſti iuris eſt, maiores quinquagintaquinque ᵃ annis inuitos ad munera perſonalia vocari non poſſe. cum itaque ſeptuagenario maiorem te eſſe profitearis, ſi à nominatione facta appellationis auxilium interpoſuiſti, tueri te notione præſidis prouinciæ potes iure conceſſo.

ᵃaliàs, ſeptuaginta. Cont.

QVI MORBO SE EXCVSANT. TIT. L.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Orbati vtroque oculo excusantur à muneribus personalibus, secus si vno tantum. Bart.

I. Imp. GORDIANVS A.

SI ea cæcitate pater tuus oppressus est, vt vtriusque oculi aciē prorsus amiserit, leuamentum personalium munerum sentiet.

Debilitatus propter morbum habet excusationem. Bart.

II. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. Augusti.

[a] alias, articulari.

CVM auricularia[a] morbo debilitatū te esse dicas: iuxta iuris publici auctoritatem à personalibus muneribus vacationem habebis.

III. Iidem Augusti & cc. CELAE.*

Celsæ.

POdagræ quidem valetudo nec ad personalium munerum prodest excusationem: verùm cum ita te valetudine pedum adflictum dicas, vt rebus propriis intercessum commodare non possis: rector prouinciæ si allegationibus tuis fidem adesse perspexerit, ad personalia munera te vocari non patietur.

Infirmitas patris non excusat filios. Bar.

IIII. Iidem Augusti & cc.

CAsus corporis patris, munerum personalium filio iure non præstat excusationem.

DE HIS QVI NVMERO LIBERORVM, VEL PAVpertate excusationem meruerunt.

TITVLVS LI.

I. Imp. ALEXAND. A. Verecundo.

NVMERVS liberorum ab oneribus non excusat.

II. Imp. PHILIPP. A. & PHILIP. Cæs. Seuero.

FIlium ab hostibus captum, ac necdum reuersum, ad excusationem munerum personaliū patri proficere non posse, magis placuit.

III. Iidem A. & c. Nomo.

NEpotes loco parentum succedentes, vice eorum prodesse consueuerunt: ideóque si quinque numerus liberorum ex amissorum filiorum nepotibus suppletur: à muneribus personalibus is quem patrem tuum esse dicis, iuxta constituta excusatur.

Diuitiæ filiorum non onerant patrem. Bart.

IIII. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIA. Augusti.

CVM facultates tuas omnes in filiū tuū contulisse te, nec quicquā habere proponas: respectu patrimonij eius quod tuum esse desiit, muneribus ciuilibus non adstringeris.

V. Iidem Augusti & cc. Marco.

DE personalibus muneribus, quæ fœminis pro sexus cōditione indicuntur: exem-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

plo marium, quinque superstitum numero liberorum eos excusari diui parentes nostri constituerunt.

VI. Imp. CONSTANTINVS A. Dalmatio.*

Cod.Th. lib.12.tit. 17.l 1.§. eos.

EOS qui cuiuscunque sexus liberos quinque habeant, impetrata semel vacatione potiri conuenit: ita vt si in hoc numero ætatis legitimæ filius inueniatur, obeundis statim pro suo patre muneribus applicetur: patribus qui filios vel filias quinque habuerint, promissa legibus immunitate seruanda. Quod si quis propter censum tenuiorem, vacationem meruerit, atque hoc probauerit: beneficio potiatur, si propter rerum angustias ad personalia vocatur obsequia. Dat. XIIII. Kalend. Febr. Sirmij, Crispo III. & Constantino II. Conss.

DE PROFESSORIBVS ET MEDICIS.

TITVLVS LII.

Medicus donec sit in exercitu, habet immunitatem à muneribus personalibus, non post, nisi alio priuilegio vel alia causa possit excusari. Bart.

I. Imp. ANTONINVS A.

CVM te medicum legionis secundæ adiutricis esse dicas: munera ciuilia, quandiu reipublicæ causa abfueris, suscipere non cogeris. Cum

Cum autem abesse desieris, post finitam eo iure vacationem, si in eorum numero es, qui ad beneficia medicis concessa pertinent, ea immunitate vteris.

Doctor qui non legit vtiliter scholaribus, potest reprobari. Bart.

II. Imp. GORDIANVS A.

GRammaticos seu oratores decreto ordinis probatos, si non se vtiles studentibus præbeant: denuo ab eodem ordine reprobari posse, incognitum non est.

III. Imp. PHILIPPVS A.

POëtæ nulla immunitatis prærogatiua iuuantur.

IIII. Impp. DIOCLETIA. & MAXIMINA. AA. & CC.

ORatione diui Pij, liberalium studiorum professores, non etiam calculatores continentur.

Non sufficit esse de collegio medicorum, nisi specialiter immunitas sit concessa. Bart.

V. Iidem Augusti & cc. Phuidemo.

NEC intra numerum præstitutum ordine inuitos* medicos immunitatem habere sæpe constitutum est, cùm oporteat eis decreto decurionum immunitatem tribui.

* imminutos.

VI. Imp. CONSTANTINVS A. ad Volusianum.*

*C. T. eo. tit. l. 1. sed multis mutatis. Contius.

MEdicos, & maximè archiatros, vel ex archiatris, Grammaticos, & professores

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

alios literarum, & doctores legum, vnà cum vxoribus & filiis, necnon & rebus quas in ciuitatibus suis possident, ab omni functione, & ab omnibus muneribus vel ciuilibus vel publicis immunes esse præcipimus: & neque in prouinciis hospites recipere, nec vllo fungi munere, nec ad iudicium deduci, nec eximi, vel exhiberi, vel iniuriam pati: vt si quis eos vexauerit, pœna arbitrio iudicis plectatur. Mercedes etiã eis & salaria reddi iubemus, quò facilius liberalibus studiis & memoratis artibus multos instituant. PP. kal. *August. Sirmio, Crispo & Constantino* C. *Coss.*

C. Theo. e.l.5.

VII. Imp. IVLIANVS A.

MAgistros studiorum doctorésque excellere oportet moribus primùm, deinde facundia. Sed quia singulis ciuitatibus adesse ipse non possum, iubeo quisquis docere vult, non repente, nec temere prosiliat ad hoc munus, sed iudicio ordinis probatus, decretum curialium mereatur, optimorum conspirante consensu. Datum XV. *Kalend. Iul. Acc.* IIII. *Kalend. Aug. Spoletij, Mamertino & Neuitta Coss.*

Qui se gerit pro doctore, cum non fuerit examinatus & approbatus, non excusatur à muneribus: secus si fuerit approbatus. Bart.

[a]C. Theo. e.l.7.

VIII. Impp. VALENTINIA. & VALENS AA. ad Mamertinum. P. P.[a]

REddatur vnusquisque patriæ suæ, qui habitum philosophiæ indebitè & inso-

lenter

lenter vsurpare cognoscitur, exceptis his qui à probatissimis approbati, ab hac debent collusione secerni. Turpe enim est, vt patriæ functiones ferre non possit, qui etiam fortunæ vim se ferre profitetur. Dat. XIIII. *Kal. Febr. Sirmij, Valentiniano* N. P. *& Victore Coss.*

Medici qui sumunt salarium ex publico, ita paruis sicut magnis seruire tenentur. Bart.

IX. Iidem Augusti ad Prætextatum. P. V.[a]

[a]C. The. eo.l.8.

ARchiatri scientes annonaria sibi commoda à populi commodis ministrari, honestè obsequi tenuioribus malint quàm turpiter seruire diuitibus. Quos etiam ea patimur accipere, quæ sani offerunt pro obsequiis, non ea quæ periclitantes pro salute promittunt. Dat. III. *Kalend. Febr. Triu. Valentiniano & Valente* III. AA. *Coss.*

Non debet in locum magistri defuncti alius subrogari, nisi fuerit approbatus. Bart.

X. Iidem Augusti ad Olybrium P. V.[a]

[a]Co. The. eo.l.9.

SI quis in archiatri defuncti locum est promotionis meritis aggregandus: non antè eorum particeps fiat, quàm primis qui in ordine reperientur septem vel eo amplius iudicantibus idoneus approbetur: ita tamen, vt quicumque fuerit admissus, non in priorum numerum statim veniat, sed eum ordinem consequatur, qui cæteris ad priora subuectis vltimus po-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

terit inueniri. Datum VI. Id. Mart. Valentiniano & Valente III. AA. Coss.

Magistri scientiarum, qui fuerunt palatini, habent perpetuam immunitatem ab omnibus muneribus, & ipsi, & eorum filij & coniuges. Bart.

XI. Impp. HONORIVS & THEODOS. AA. Monachio P. P.*

*Co. The. eo. ti. l. 16.

GRammaticos, oratores, atque philosophiæ præceptores, necnon etiam medicos, præter hæc quæ retro latarum sanctionum auctoritate consecuti sunt priuilegia immunitatésque, frui hac prærogatiua præcipimus, vt vniuersi qui in sacro palatio inter archiatros militarunt, cum comitiuã primi ordinis vel secundi adepti fuerint, aut maioris gradum dignitatis ascenderint, nulla municipali, nulla curialium conuentione vexentur, seu adempta administratione seu accepta testimonialem meruerint missionem: sint ab omni functione, omnibúsque muneribus publicis immunes, nec eorum domus vbicunque positæ, militem seu iudicem suscipiant hospitãdum. Quæ omnia in filiis etiam eorum & coniugibus illibata præcipimus custodiri. Hæc autem & professoribus memoratis, eorúmque liberis deferenda mandamus. Datum Prid. Kalend. Decemb. Constantinop. Constantio & Constante Coss.

DE

DE ATHLETIS.

TIT. LIII.

Qui tribus præliis fuerit coronatus, quorum vnum Romæ fuerit, excusatur à muneribus. Bart.

I. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS Augusti.*

ATHLETIS ita demum, si per omnem ætatẽ certasse, coronis quoque non minus tribus certaminis sacri (in quibus vel semel Romæ, seu antiquæ Græciæ) meritò coronati, non æmulis corruptis ac redemptis probentur: ciuilium munerum tribui solet vacatio.

DE HIS QVI NON IMPLETIS STIPENDIIS SACRAMENTO SOLUTI SUNT.

TIT. LIIII.

Infamia remouet quem ab honoribus, non à muneribus, & grauamine. Bart.

I Imp. ANTONINVS A.

IGNOMINIAE causa sacramento liberati, honoribus abstinere debent: à muneribus autem ciuilibus excludendi non sunt.

Causariè missus ante finem militiæ, à muneribus excusatur, nõ tamen habet priuilegia veteranorum, licet habeat vacationem. Bar.

II. Impp. DIOCLETIA. & MAXIMIA. AA.

DdD 5

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

CVM ob prouectæ ætatis senium sis dimissus: honestam missionem consecutum te esse ambigi non potest. habebis itaque à ciuilibus muneribus, necnon etiam honoribus vacationem: non tamen ea priuilegia quæ his competunt, qui pleno stipendiorum numero funguntur, vsurpare te ius permittit, quandò non perfecto statuto militiæ tempore, nec omnibus stipendiis decursis, sacramento solutum te esse etiam ipse confitearis.

III. Iidem Augusti & cc.

VEteranis ita demum onerum & munerum personalium vacatio iure conceditur, si post vicesimum annum militiæ quàm in legione vel vexillatione militauerint, honestam vel causariam missionem consecuti esse ostendantur. Vnde cùm te in coborte militasse commemores: intelligis superuacuo vacationem tibi velle flagitare.

QVIBVS MVNERIBVS EXCVSENTVR HI QVI POST impletam militiam vel aduocationem per prouincias suis commodis vacantes commorantur,[a] & de priuilegiis eorum, & de conductoribus vectigalium fisci.

[a] Hactenus quæ præcesserunt verba pertinebat ad Græcam constitutionem quæ deperdita est. Cót.

TITVLVS LV.

Deest sub hoc titulo Constitutio Græca, cuius sententia iis verbis expressa est lib. LIIII. βασιλικῶν, tit. VII.

I.

ΟΙ πληρώσαντες στρατείαν ἢ συνηγορίαν πρὸς τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῖς προνομίοις μήτε σιτωνίαν ἢ ἐλαιωνίαν ἢ ἐποψίαν ἔργων ἢ λογοθεσίαν ἢ ἐκδικίαν ἢ πατερίαν ἢ λογιστίαν ἢ ἀγορανομίαν ποιείτωσαν ἀλλ' ἔνθα ἂν οἰκῆσαι βουληθῶσι μήτε ὑπαντᾶν ἀναγκαζέσθωσαν τοῖς ἄρχουσι περαιτέρω πυλῶν. μὴ δὲ εἰς συλλόγους ἀπόντες καλείσθωσαν μήτε ὀνομαζέσθωσαν ἢ ὀνομαζέτωσαν μήτε διαγραφὰς παρεχέτωσαν προφάσει συνηθειῶν ἢ θεωρητικῶν. ἐχέτωσαν δὲ καὶ μίαν οἰκίαν ἐλευθέραν μιτάτων τῶν ἐπιδημούντων στρατιωτῶν καὶ τῶν ἐν τοῖς τόποις διατριβόντων. δηλονότι, τῶν ἐχόντων ἀξίας τινὰς, τὴν ἰδίαν ἀτέλειαν κεκτημένων. ἡ γὰρ διάταξις αὐτὴ προστίθησι ταῖς προτέραις εὐεργεσίαις καὶ οὐκ ἀφαιρεῖται ἐξ αὐτῶν. παρεχέτωσαν δὲ τὰ δημόσια καὶ τιμάτωσαν τοὺς ἄρχοντας καὶ τιμάσθωσαν παρ' αὐτῶν. ὁ δέ τι τῶν ἐν τῇ διατάξει παραβαίνων ἢ παραβαθῆναι συγχωρῶν πεντήκοντα λίτρας χρυσοῦ προστιμηθήσεται.

Eadem Latinè.

QVI militiam vel aduocationem impleuerunt, præter ea priuilegia quæ iam adepti sunt, nec frumenti aut

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

aut olei comparandi curam, vel inspectionem operum, vel ratiocinium vel defensionem ciuitatis, vel patris ciuitatis munus, vel curationem Reip. vel curationem annonæ exerceant, sed & habitent vbi voluerint, nec præsidibus vltra portas occurrere cogantur, nec ad curias siue collegia vocētur inuiti, vel nominentur vel nominent, nec descriptiones præbeant consuetudinum vel spectaculorum nomine. Vnam quoque domum habeant liberam onere suscipiendorum militum superuenientium: iis qui in locis versantur dignitate aliqua præditis suam immunitatem obtinentibus. Hæc enim Constitutio priora beneficia auget, non minuit. At fiscalia tamen præbeant & honorent præsides, ac vicissim honorentur ab eis. Qui hanc Constitutionem violarit aut violari permiserit, L. librarum auri multam sustineto.

Principales conductores, non conductores conductorum, vectigalium habent immunitatem. Bart.

II. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIAN. AA. & CC.

*NOn alios à muneribus & honoribus** vacationem habere, quàm qui mācipatum suo nomine vectigal à fisco conducunt, certum est,*

*oneribus.

est. quare eos qui ab his quædam exercenda accipiunt, nullis priuilegiis esse munitos haud dubij iuris est.

DE LIBERTINIS.

TITVL. LVI.

Libertini non habent excusationem à muneribus. Bart.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

Conditio libertinitatis de muneribus ciuilibus tribuere non potest excusationem, nec in ea quidem ciuitate vbi domicilium libertinus habet.

DE INFAMIBVS.

TITVL. LVII.

Infames remouentur à dignitatibus: non à muneribus realibus, vel personalibus. Bart.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA.*

*alias Imper. Antoninus A.

Infames personæ licet nullis honoribus qui integræ dignitatis hominibus deferri solent, vti possint: curialium tamen vel ciuilium munerum vacationem non habent, sed solennibus indictionibus ob tutelam publicam eos satisfacere necesse est.

DE

DE REIS POSTVLATIS.

TITVL. LVIII.

Pendente processu criminali, non potest quis ad honores vocari. Bart.

1. Imp. ALEXANDER A.

REos criminis postulatos, nouos honores appetere nõ debere antequam purgauerint innocentiam suam, & à diuis parentibus nostris, & à me sæpe rescriptum est.

DE HIS QVI IN EXILIVM DATI, VEL AB ORDINE MOTI SVNT.

TITVL. LIX.

1. Imp. M. ANTONINVS A. Diogeni.[a]

QVibus posthac ordini suo, vel aduocationi ad tempus interdicetur, post impletum temporis spacium non prorogabitur infamia.

[a] In scripto meo exéplari ita scriptú reperi, Pars edicti imperatoris Antonini. Proposita Romę v. Idus Iulias duob. Aspris Cõsulibus. Contius.

II. Impp. GORDIANVS A.

AD tempus exulare decurio iussus, & impleto tempore regressus, pristinã quidem recipit dignitatem: ad nouos vero honores non admittitur, nisi tanto tempore his abstinuerit, quanto per fugam abfuit.

DE

DE FILIISFAMILIAS ET QVEMADMODVM PRO HIS pater teneatur.

TIT. LX.

Qui consentit decurionatui filij emancipati, non obligatur, secus si ille filius erat in potestate. Bart.

1. Impp. SEVERVS & ANTONINVS Augusti.

PAtrem emancipato filio consentientem ad decurionatũ, non teneri, dubij iuris non est. tunc enim consentiendo pater ad decurionatum, obligatur, si filium in potestate habeat. Consentire autem etiam is videtur, qui non testificatur dissentire nominationi.

Appellare à nominatione facta de filio, est consentire. Bart.

II. Imp. ANTONIN. A.

CVm appellasse te dicas, ostendis causam ad te pertinere. potueras enim nominato filio tantùm contestari, & non consentire oneri ei delato.

Filius in potestate cum patre ad idem munus non debet vocari, secus si sit emancipatus. Bart.

III. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA. & CC.

SIbi qui cum patre ad protostasiæ munus vocati sunt, etiam nunc in patria potesta-

te const

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

te constituti sunt, ab huiusmodi necessitatibus liberentur, cum ex eadem familia hoc modo duos ad ista obsequia destinari periniquum videatur. Sane eos quos emancipatos esse, atque ex familia exisse manifestum est, sine cunctatione retinere debebis.

al. ac domo.

Pater non tenetur pro filio curatore creato: sed qui eum nominauerit, tenetur. Bart.

IIII. Iidem AA. & cc.

Sine periculo tuo magistratus filium tuum curatorem constituit, nec appellandi tibi necessitas incumbebat. Sanè nominator qui filium in potestate positum non consentiente patre ad munus deuocauit, si tamen ex voluntate tua antea filius decurio factus non erat, detrimento muneris obligabitur.

DE PERICVLO SVCCESSORVM PARENTIS.

TITVL. LXI.

Onus dignitatis quæsitæ per patrem, transit ad heredes. Bart.

I. Imp. ALEXANDER A.

Si de proprio suo patrimonio muneris editionem tuo nomine pater tuus repromisit, ideoq; etiam sacerdotem te creari impetrauit: onus erogationis cōmune omniū heredū eius esse præses prouinciæ non ignorabit.

DE

DE MVLIERIBVS IN QVO LOCO MVNERA SEXVI CONGRVENTIA VEL HONORES AGNOSCANT.

TITVLVS LXII.

Mulier in loco domicilij mariti subit munera personalia: patrimonialia verò, in loco in quo est patrimonium. Bart.

I. Imp. PHILIPPVS A.

Eam quæ aliunde oriunda, alibi nupta est: si non in vrbe Roma maritus eius consistat, non apud originem suam, sed apud incolatū mariti ad honores seu munera quæ personis cohærent, quorúmque is sexus capax esse potest, compelli posse, sæpe rescriptum est. Patrimonij verò munera necesse est mulieres in his locis in quibus possident, sustinere.

DE LEGATIONIBVS.

TITVLVS LXIII.

I. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA.

Pater trium incolumium liberorum legationibus publicis liberatur.

II. Iidem AA. & Valerianus Cæs.

Cum vos proprio nomine sumptus ob defensionem publicam susceperitis, id quod ad proprias erogationes collega vester acceperit, non vobis reddere heredes eius oportet: sed si

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

in ea causa est, vt restitui omnino oporteat, reipublicæ debent potius inferre. Sanè si honorariis aduocatorum erat ea quantitas destinata, restitui illud vobis, qui hoc præstaturi estis, nō iniuria postulatis. eum autē collegam vestrum, quem à defensione patriæ destitisse dicitis, apud prouinciæ præsidem desertæ legationis arguere potestis.

Legatio transmarina tribuit vacationem biennij: secus si proxima: quia talis legatio eam non tribuit. Bart.

III. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA.

TRansmarina legatione apud nos perfunctos, constitutum est biennij vacationem munerum ciuilium & honorum "*habere, non eos qui de proximo obsequium reipublicæ videntur exhibuisse.*

"onerum.

Qui dignitates suffragio receperunt, non habent vacationem à muneribus propter dignitatem: sed si legatus fuerit, habet propter legationem. Bart.

IIII. Imp. CONSTANT. A.

VNiuersi omnino ex comitibus, vel ex præsidibus, qui suffragio perceperint dignitates, ciuilibus oneribus muneribúsque teneantur adstricti, ne commoda publica cum vmbratili suffragiorum pactione lacerentur, eos tamen à prædictis oneribus excipi oportebit qui in legationibus publicis versati sunt.

In

In his quæ publicam vtilitatem respiciunt, non valet reformatio facta à prouincialibus, etiam consentiente præsule, nisi per præfectum vel principem fuerit approbata. Bart.

V. Imppp. THEODOSIVS, ARCAD. & HONOR. Augusti Apodemio P.P. per Illyricum."

"Cod. Th. 12.12.12.

SI quod extraordinarium consilium postulatur, cum vel ad nos est mittenda legatio, vel nostræ sedi aliquid intimandum: id quod inter omnes communi consilio tractatúque conuenerit, minime in examen cognitoris ordinarij referatur. Prouincialium enim desideria, quibus necessaria sæpe fortuitis casibus remedia deposcuntur, vobis agnoscere atque explorare permittimus: vt sint examinis tui, quæ ex his auxilio tuo protinus implenda sint, & quæ clementiæ nostræ auribus intimanda videantur. In loco autem publico de communi vtilitate prouincialium sententia proferatur: atque id quod maioris partis probauerit adsensus, solennis firmet auctoritas. Dat. v. Kalend. Augu. Constantinop. Arcad. A. II. & Rufino Coss.

Non debet mitti legatio ad principem, nisi de voluntate consilij, & auctoritate superioris. Bart.

VI. Impp. HONORIVS & THEOD. AA. Monaxio P.P.

"Cod. Th. 12.12.15.

E e E

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

Quotiens ab Alexandrina ciuitate legatio destinatur, vniuersos curiales praecipimus, qui intra vrbem consistunt, si non ægritudine vel alia excusabili necessitate impediuntur, in locum curiæ conuenire, & decreta sua propria subscriptione firmare, & viro spectabili præfecto Augustali insinuare, vt eius relatione comitatu tuis virtutibus suas petitiones intiment: & sub examine tuo perpensa legatione res ordinetur. Dat. III. No. Octobr. Constantinop. DN. Theod. A. VII. & Palladio v.c. Coss.

DE EXCVSATIONIBVS ARTIFICVM.

TITVLVS LXIIII.

Hîc expressi habent immunitatem à personalibus muneribus tam discipuli, quàm magistri. Bart.

ªCod. Th. 13.4.2.

I. Imp. CONSTANTI. A. ad Maximum.ª

Artifices artiũ breui subdito comprehensarum, per singulas ciuitates morantes ab vniuersis muneribus vacare præcipimus: siquidem in discendis artibus otium sit accõmodandum: quo magis cupiant & ipsi peritiores fieri, & suos filios erudire. Dat. IIII. Non. Aug. Feliciano & Titiano Coss.

Et

Et notitia est ista.

Architecti, medici, pictores, statuarij, marmorarij, lecticarij, seu arcarij, clauicarij, quadrigarij, vel quadratarij, quos Græco vocabulo πηκτὰς appellant, structores .i. ædificatores, sculptores ligni, musearij, deauratores, albini, quos Græci κονιάτας appellant, argentarij, barbaricarij, diatretarij, ærarij, fusores, signarij, fabricarij, bracharij, particarij, atque libratores, figuli, qui Græcè dicuntur κεραμεῖς, aurifices, vitriarij, plumbarij, specularij, eborarij, pelliones, fullones, carpentarij, sculptores, dealbatores, cusores, trigarij, cisiarij, bractearij, id est πεταλουργοί.ª

ª πέταλον enim significat bracteam atque foliũ. Cont.

II. Impp. CONSTANTIN. & CONSTANS AA. ad Leontium præfectum prætorio.

Mechanicosᵇ, geometras & architectos, qui diuisiones partium omnium, incisionésque seruant, mensurísque & institutis opera fabricationibus stringunt, & eos qui aquarum ductus, & inuentos modos docili libratione ostendunt, in par studium docendi atque discendi, nostro sermone compellimus. Itaque immunitatibus gaudeant, & suscipiant docendos, qui docere sufficiunt. Dat. Prid. Non. Iul. Leontio & Sallustio Coss.

ᵇ recte sic, non vt antea, Mathematicos. nam hi reiiciebantur. Cont.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

DE POTIORIBVS AD MVNERA NOMINANDIS.

TIT. LXV.

Iusta est causa appellandi, si alius prior debet nominari. Bart.

I. Imp. ANTONINVS A.

SI ipse vocatus ad munera ciuilia, potiorem alium nominandum putaueris, age causa tuam.

SI PROPTER INIMICITIAS CREATIO FACTA SIT.

TIT. LXVI.

Creatio facta de aliquo propter inimicitias, facit aliquem, si vult, posse appellare. Bart.

I. Imp ALEXANDER A.

SI propter inimicitias ad munera ciuilia creatus es: hanc tibi nominationem nō nocere, præsidis æquitas faciet: cùm & publicæ vtilitatis intersit, non ex amicitia creationes fieri debere, sed æstimatione vera, & commodo reipublicæ.

DE SVMPTVVM RECVPERATIONE.

TIT. LXVII.

Electus

Electus qui habet excusationem, recuperat sumptus quos fecit in lite, ab eo qui eum nominauit. Bart.

I. Imp. GORDIANVS A.

MVneribus ciuilibus non fungeris quæ personis mandantur, si quinque filios incolumes habeas at si contra id priuilegiũ, ad munus, fatigandi tui causa, quidam te deuocauerint, túque appellatione interposita securitatem reportaueris: à nominatoribus sumptus quos in litẽ feceris recuperabis.

SI POST CREATIONEM QVIS DECESSERIT.

TIT. LXXVIII.

Onus subeundi munera non transit ad heredes mortuo patre. Bart.

I. Imp. GORDIANVS A.*

SI ante diem subeundi honoris atque muneris pater tuus defunctus est: conueniri eo nomine heredes eius non oportere præses prouinciæ minimè ambiget.

DE* TABVLARIIS, SCRIBIS, LOGOGRAPHIS, ET CENSVALIBVS.

TIT. LXIX.

* al. De tabulariis holographis, id est scribis cẽsualibus. C.T. lib. 8 tit. 1.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

Notarij si ad aliquam militiam vel aliud officium transeunt: remouentur intra quinquennium, non postea. Bart.

I. Imp. ALEXANDER A.

Nulli omnino ex tabulariis vel scribis vel logographis, eorúmq; filiis, in quocunque officio militent, sed ex omnibus officiis, necnon etiam si intra nostrum palatium militant, necdum impleto quinquennio reperti & retracti, protinus officiis municipalibus reddantur.

Si decurio officium notariatus assumpserit, priuilegium decurionatus amittit. Bart.

II. Imp. GORDIANVS A.

Quicunque decurionum sponte se censuali ministerio mancipauerit, conditionem habeat quam ipse elegerit, depositurus sui ordinis penitus dignitatem, si eum necessitas quaestionis subeundae inuenerit.

Seruus non potest esse tabellio. Bart.

III. Impp. ARCADIVS & HONORIVS AA. Hadriano praefecto praet.[a]

[a] C.T.8. 11.

Generali lege sancimus, vt siue solidis prouinciis, siue singulis ciuitatibus necessarij fuerint tabularij: liberi homines ordinentur, neq; vlli deinceps ad hoc officium patescat aditus qui sit obnoxius seruituti. Sed & si quis dominorum seruum suum siue colonum chartas publicas agere permiserit (consensum enim, non

non ignorantiā volumus obligari) ipsum quidem inquantum interfuerit publicae vtilitatis pro ratiociniis quae seruo siue colono agente tractata sunt, obnoxium detineri: seruum autem competentibus affectum verberibus fisco addici. dominorum enim interfuit ab initio prouidere ne publicis actibus priuata seruitia immiscerentur. Datum VIII. *Kalendas April. Mediolani, Vincentio & Frauitta Coss.*

IIII. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS AA.

Boethos, logistas, medogrammateos[a]*, logographos, diastoleas (quae vocabula publicis dicuntur subiacere necessitatibus) siue quolibet alio nomine nuncupentur, non honore, aut alicuius priuilegij colore subnixos, pro definitione legum inexorabilium suam forturam subire compelli: quatenus nec publicis quicquam noceatur aut minuatur vtilitatibus, & suis corporibus illi reddantur, quos vel patris vel maiorum obligatio vel sua constringit.*

[a] legendū demogrā mateos.

DE SVSCEPTORIBVS, PRAEPOSITIS ET ARCARIIS. TIT. LXX.

Susceptores debent à soluente sine mora solutionem suscipere: aliàs puniuntur. Bart.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

I. Imp. CONSTANTIN. A. ad Eufraxium rationalem trium prouinciarum, post alia.

C.T. 12. 6.2.

SVsceptores publicos absq; omni mora aurũ censemus suscipere: ne quis per hanc occasionem sumptus facere compellatur. nam si soluere volens, à suscipiente fuerit contemptus, testibus adhibitis contestationem debebit proponere: vt hoc probato, & ipse securitatem debitã, commissi nexu liberatus, cum emolumentis accipiat: & qui suscipere neglexerit, eius ponderis quod debebatur, duplum fisci rationibus per vigorem officij præsidis inferre cogatur. Quod autem susceptores, iudice cuius interest negligente violauerint, ex ipsius iudicis facultatibus sarcietur. Datum XIIII. Kalend. August. Paulino & Iuliano Coss.

Ad nominatores susceptorum in subsidium deuenitur, nec licet ab eis emere. Bart.

II. Impp. VALENTINIANVS & VALENS AA. ad Secundum præfectum prætorio.

IVxta inueteratas leges nominatores susceptorum, & eorum qui ad præposituram horreorum & pagorum creantur, obnoxij teneantur, si minus idonei sint qui ab eisdem fuerint nominati: nec quicquam ex eorum substantia, celebrata per interpositam personam emptione, mercent

mercent

mercentur. Dat. III. Kalend. August. CP. Valentin. & Valente AA. Coss.

Ei debet solui qui est officialis tẽpore solutionis, non ei qui fuit tempore quo fieri debuit solutio. Bart.

III. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Mamertinum præfectum prætorio. C.T. 12. 6.10.

SVsceptores noui, non modò præsentis anni debita, verum etiam species quas ex reliquis inferunt, quia nouæ sunt ac recentes, suscipiant. Dat. Prid. Kalen. Nouemb. Romæ Valentiniano & Valente AA. Coss.

Non debet quis in officio reformari, nisi primi officij rationes reddiderit.

IIII. Iidem AA. ad Florentium Com. S. L. C.T. 12. 6.11.

NEminem susceptionis munere functum ad idem munus adstringi, nisi se prius vinculo solicitudinis superioris absoluerit. Nam neque eos qui placuerint, grauare, iustũ est: neq; eos qui displicuerint, tenere, prudentis est. Integro igitur singuli anniuersario anno transcurso cogantur exponere, quibus titulis suscepta disperserint: vt facilius si quis in furto fuerit deprehensus, recentẽ queat redintegrare iacturã. Non perpetui autẽ exactores teneantur in continuata vexandorum prouincialium potestate, velut concussionum dominatione: sed per annos

singulos

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

singulos iudiciaria sedulitate mutentur, nisi aut consuetudo ciuitatis, aut auctoritas ordinis eos per biennium esse compellat. *Dat. Prid. Kal. Decembris Constantinopoli, Honorio* N. P. *& Euodio Coss.*

C. T. 12. 6.13. V. Iidem AA. ad Germanianum Comitem S. L.

Quotienscunque certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, aut auri massa transmittitur, in septuagintaduos solidos libra feratur accepta. *Data* VI. *Id. Ianuar. Romæ, Lupicino & Iouino Coss.*

C.T. eo. tit.16. VI. Imppp. VALENTINIANVS, VALENS & GRATIANVS AAA. Probo præfecto prætorio.

Frumenta quæ horreis inferuntur, pro illationis modo illico apocharum cautionibus adnotentur: non autem oportet in horreis fiscalibus nisi fiscalia frumenta constitui. *Dat.* v. *Id. April. Treu. post consulatum Gratiani* A. III. *& Equitij* V. C.

C.T. eo. 17. VII. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. Augusti Haue Hypati K. N.

Diu minimè penes ipsos susceptores maneat facta collatio: sed statim quodcunque à prouincialibus fuerit exsolutum, sacris thesauris inferatur. *Dat.* III. *Kal. Maij, Constatinop. post Consulatũ Antonij & Syagrij.*

C. T. eo. tit.l.20. VIII. Iidem Augusti Cynegio præfecto prætorio.

Exact

Exactores vel susceptores in celeberrimo cœtu curiæ, consensu & iudicio omnium sub actorum testificatione firmẽtur: prouinciarúmque rectores eorum nomina qui ad publicum munus officij editi atque obligati fuerint, innotescant: & animaduertãt quicunq; nominauerint, ad discrimen suum vniuersa quæ illi gesserint, redundare. *Dat.* VI. *Kalen. Nouemb. Constantin. Honorio* N. P. *& Euodio Coss.*

IX. Imppp. VALENTINIANVS, THEODOS. & ARCADIVS Augusti Cynegio P. P. C. T. eo. tit.l.21.

Modios æneos vel lapideos cum sextariis atque ponderibus per mansiones singulásque ciuitates iußimus collocari: vt vnusquisque tributarius sub oculis constitutis rerum omnium modis, sciat quid debeat susceptoribus dare: ita vt si quis susceptorũ conditorum modiorum sextariorúmq; vel ponderum normam putauerit excedendam, pœnam se sciat competentem esse subiturum: & submotis quæ contra vtilitatem populorum omniũ hactenus gesta sunt, frumenti quinquagesimas, hordei quadragesimas, vini & lardi vicesimas susceptoribus dari præcipimus. Humanitatis autem necessitate commoti, in Armeniæ partibus susceptoribus, longinquitatis causa, frumenti & hordei quadragesimas, vini & lardi quintasdecimas dari præcipimus. *Datum* IIII. *Kal. Decemb.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Decemb. Constantinop. Honor. N.P. & Euodio V.C. Coss.

a C.T. eo. tit. l. 26.

X. Iidem AA. Cynegio P.P.[a]

SVsceptores præsentibus defensoribus & modum iugationis possessorum, & species singulas, vel eorum numerum quantitatémque describant. Dat. XIII. Kalend. Decemb. CP. Timasio & Promoto Coss.

XI. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Benigno Vicario vrbis Romæ.[a]

a C. T. eo. l. 16.
b sic fortè legénd. nō binis, vt in C.T.

SEcuritates semel publicatas, & gestis lectas vini[b] susceptoribus imputari, & cœptā mercedis discussionem volumus in aperto quæsita ratione deduci, & omnes publicas securitates, quæ gestis tenentur, à susceptoribus accepto ferri. Dat. VI. Id. Iun. Med. Stilichone & Aureliano Coss.

Non potest quis exercere officium in quo semel deliquit. Bart.

a C.T. eo. tit. l. 27.

XII. Iidem AA. POMPEIANO.[a]

SI aliquid à susceptore, vel à tabulario fraudis admissum esse possessor deprehendat: nemo eorum semel de interuersione conuictus, id rursus officium gerat in quo antè decoxit, etsi rescriptum nostrum elicitum clandestina supplicatione intulerit. Dat. Prid. Kalend. Ianua. Mediolani Stilichone & Aureliano Coss.

a C. T. eo. l. 30.

XIII. Iidem AA. Lucio comiti sacrarum largitionum.[a]

Duos

DVos tabularios, seu numerarios, & susceptores, totidem per vniuersas prouincias oportere constitui, clementia nostra præcepit. Scire autem volumus prætorianam amplissimam præfecturā, eos qui aurum largitionale susceperunt, nihil cum arcæ ratiociniis habere commune: iudices autem prouinciarum quinque libris auri multandos, & primates officiorum capitali pœna plectendos, si hoc non fuerit custoditum. Dat. VI. Kalendas Febr. Basso & Philippo Coss.

XIIII. Impp. HONORIVS & THEOD. AA. Euchario.[a] a Ex C.T. eo. l. 31.

HVmilioribus officiis, aut extraordinariis oneribus occupari curiales non patimur, ne publica vacillet vtilitas. Susceptorem itaque vestium æquius est ab officio proconsularis, vel ab his qui in eodem meruerūt, solenniter procurari. horum namque interest huiusmodi explorare rationem, & quærere qualitatem eorum, quorum ad constituendum[a] commodior cura est. neque enim æquum est, vt ad officium lucra, ad curialem susceptionis tantùm damna pertineant. Hanc igitur ab ordinibus iniuriam submouemus, exceptis his qui curialium in officio memorato aut militasse aut militare fuerint deprehensi. Dat. Prid. Kalendas Mart. Rauen. Honorio VIIII. & Theodosio V. AA. Coss.

a contuendum.

XV.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

XV. Impp. THEOD. & VALENTIN. Augusti Volusiano P.P. post alia.ª

ª C.T. eo. tit. l. 32.

AVrum siue argentum quodcumque à possessore confertur, arcarius vel susceptor accipiat: ita vt prouinciæ moderator, eiúsque officium ad crimen suum nouerit pertinere, si possessoribus vllum fuerit ex aliqua ponderum iniquitate illatum dispendium: & quicquid ex prouinciis ad nostrum dirigitur ærarium, id ad illustres viros ærarij nostri comites relatione deferatur. Dat. III. Kalend. Mart. Rau. post Cons. Felicis & Tauri VV.CC.

DE PONDERATORIBVS,ª ET AVRI ILLATIONE. TIT. LXXI.

ª aliàs, põderationibus.

I. Imp. CONSTANTINVS A. ad Eufraxium Rationalem trium prouinciarum.

AVrum quod infertur à collatoribus, si quis vel solidos voluerit, vel materiam appendere, æqua lance & librame̅tis paribus suscipiatur. PP. XIIII. *Kal. Aug. Paulino & Iuliano Conss.*

II. Imperator IVLIANVS A. ad Mamertinum P.P.ª

ª sic in C. T. lib. xij. tit. vij. l. 2. post alia. Contius.

QVotiens de qualitate solidorum orta fuerit dubitatio: placet quem sermo Græcus Zygostatem appellat, per singulas ciuitates constitutum, qui pro sua fide atque industria neque

neque fallat neque fallatur, contentionem dirimere. Dat. VIIII. *Kal. Maij, Salone, Iuliano* A. IIII. *& Sallustio Conss.*

DE AVRI PVBLICI PERSECVTORIBVS. TIT. LXXII.

Susceptores non debent pecuniam acceptam sine licentia in massam redigere, & habita licentia retardare. Bart.

I. Impp. HONOR. & THEODO. Augusti Anthemio P.P.

C. Theo. 12. 8. 1.

AVRI *persecutores partim nulla præmissa (vt assolet) persecutoria, aurum præsumunt persequi, partim diutius retinent, quod statim fuerat adsignandum. Ideóque censemus, ne quis absque præcepto viri illustris comitis sacrarum largitionum, vel coquendum*ª *aurum sumat, vel capiat deinceps retinendum. Dat.* [illegible] *Kalend. August. Honor.* VIII. *& Theod.* III. AA. *Conss.*

ª decoque̅dum. PYK.

DE HIS QVAE EX PVBLICA COLLATIONE ILLATA sunt, non vsurpandis. TIT. LXXIII.

Pecuniam publicam non potest quis accipere mutuo, vel alio titulo, vel in suam vtilitatem aliter conuertere. Bart.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

C.Th.12. 9.1. I. Imp. CONSTANTINVS A.

NVLLVS iudicum quod à republica ex collatione susceperit, mutui interuẽtione opposita vel inuadat, vel conetur inuadere. Datum Prid. Non. Mart. Treueris, Paulino & Iuliano Coss.

II. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. Augusti Haue Lampadi K. N.

C.T. eo. ti.l.2. *NVllus penitus ex eo quod refertur in conditis, vel in arca continetur, ad quemlibet titulum vsurpet, nisi forte præsumendi facultatem sublimium potestatum iussione perceperit. Dat. III. Id. April. Constantinop. Antonio & Syagrio Coss.*

III. Imp. ARCAD. & HONO. Augusti Messalæ P. P. post alia.

C.T. eo. ti.l.3. *SCiant iudices nihil sibi ex priuatæ rei canone, vel ex eo quod ex iisdem titulis exegerint, ad necessitates alias transferre licere: nisi malint grauissima seueritate suam licentiam coërceri. Dat. XVI. Kalen. Iun. Mediol. Theodoro Cons.*

DE AVRO CORONARIO.

TITVLVS LXXIIII.

I. Imppp. GRATIANVS, VALENTINIANVS & THEODO. Augusti Cynegio P. P.

Ad coll

AD collationem auri coronarij placuit neminem absque consuetudine esse cogendum. Dat. XV. Kal. Febr. Constantinop. Richomere & Clearcho Coss.

DE IRENARCHIS.

TITVLVS LXXV.

I. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS Augusti Anthemio P. P. Ex Cod. Theo. eo. ti.l.1. Cõt.

IRENARCHAE, qui ad prouinciarum tutelam, quietis ac pacis per singula territoria faciũt stare concordiam: à decurionibus iudicio præsidum prouinciarum idonei nominentur. Datum VIII. Kalendas Ianuar. Constantinopoli, Honor. VIII. & Theo. III. AA. Coss.

DE ARGENTI PRECIO QVOD THESAVRIS INFERTVR.

TITVLVS LXXVI.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. Augusti Eutychiano P. P.

Co. The. li.13. tit.2. l.1. *IVBEMVS, vt pro argenti summa quam quis thesauris fuerat illaturus, inferendi auri accipiat facultatem: ita vt pro singulis libris argenti quinos solidos inferat. Datum XI. Kal. Mar. Constãtinop. Cæsario & Attico Coss.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE

Liber XI.

DE NAVICVLARIIS SEV NAVCLERIS PVBLICAS SPEcies transportantibus, & de tollenda lustralis auri collatione.

TITVLVS I.

Argumentum Græcæ cõstitutionis quæ deest tit.1.lib.11.Cod.de lustralis auri collatione, tale reperi in antiquissimo exemplari manuscripto. quam fidem ei habere debeat, prudens lector perpendet. Contius.

Indictionibus trino lustro digestis, auri primo pro rebus functio preter annuum canonem indicitur: aurúmq; quod ex tali collatione dependitur, est lustrale. Quindecim verò annorũ spacium in se quinquénij continens tria lustra, primo aurũ, secũdo argẽtũ, tertio æs exsoluere collatores perurget. In lustra verò conglomeratio per subadiuuas melloproximos adiutores & arcarios ad hoc officij deputatos sub forma exactionis inserta, hoc expedito cursu perstringat.

I.

Συγχωρεῖ πᾶσιν, εἰς τέλειον τὴν συντέλειαν τὴν τοῦ χρυσαργύρου ἐξηρημένων τῶν πόλεων ἢ κωμῶν τῶν λαβουσῶν τι κατὰ τελευταίαν βούλησιν ὑπὲρ τοῦ συντελεῖν τοῦτο ἤγουν ἐὰν ἀπὸ τοῦ δημοσίου δέδοταί τι ὑπὲρ τοῦ συντελεῖν τοῦτο. οἱ δὲ τὸ τέλος τοῦτο παρέχοντες ἄδειαν ἐχέτωσαν εἴτε ἐν Κωνσταντινουπόλει, εἴτε ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καταβάλλειν αὐτὸ εἴτε τὸ τέταρτον κατ᾽ ἐνιαυτὸν εἴτε ὑπὲρ τετραετίαν δίχα μέντοι ζημίας καὶ διαστροφῆς. Εἰ δέ τι ἐκπερίττου εἴη μετὰ τὸ τοιοῦτο τέλος ἀναλισκέσθω εἰς ἀναγκαίας χρείας τῆς πόλεως οἷον ἔργα ἢ σιτωνείαν ἢ φῶτα ἢ τὰ ὅμοια. ἑκατὸν δὲ λίτρας ὁρίζει πρόστιμον τῇ σχολῇ τῶν παλατινῶν, καὶ τοῖς ἄρχουσι καὶ τῇ τάξει καὶ τοῖς πολίταις εἰ ταῦτα παραβαθεῖεν ποτέ.

Eadem Latinè.

Remittit omnibus prorsus collationem auriargenti, exceptis ciuitatibus aut vicis qui quid vltima voluntate sub hoc collationis onere acceperunt, vel si quid à fisco eadem lege datum sit. Qui verò tale onus agnoscunt, in eorum arbitrio sit id soluere Constantinopoli vel in prouincia, siue quarto quoque anno siue vltra quadriennium, sine damno & peruersitate vlla. Ac si quid eo illato superfit, id in

alias ciuitatis necessitates impēdatur, veluti opera aut frumenti coëmptionē aut lumina aut similia. Constituit autem pœnam C. librarum scholę palatinorum, & præsidibus & cohorti & municipalibus, si hæc quandoque non obseruauerint.

II.

Μηδεὶς διαγραφέσθω εἰς θεωρητικὰ ἢ ἄλλα τινὰ προφάσει τοῦ κουφισθῆναι τὴν συντέλειαν τοῦ χρυσαργύρου. ἐπεὶ ἡ προειρημένη ποινὴ ἐπικείσεται.

Eadem Latinè.

NE quis, quò sit releuatus auri atque argēti collatione, describatur in spectacula vel alia quædā. alioquin supradicta pœna imminebit.

Nauicularij portantes res publicas, habent plenam securitatem eundi & redeundi. Bart.

C.The.li. 13.ti.5.l.5 III. Imp. CONSTANTINVS A. & IVLIANVS Cæs. Olybrio P. V.

NVllam vim oportet naucleros sustinere delegatas species annonarias transferentes, nec concussiones perpeti, nec aliquod genus incommodi: sed venientes ac remeantes omni securitate potiri, decem librarum auri multa proponenda his qui eos inquietare tentauerint. Datum Kalend. Iun. Rom. Constantio VIIII. & Iuliano Cæs. II. Conss.

IIII.

IIII. Impp. ARCAD. & HONOR. Augusti Eusebio P. P.

COmperimus naucleros susceptas species in negociationis emolumenta conuertere: ideóque decernimus, vt intra annum quas susceperint inferant species, & securitates reportent, quæ etiam diem illationis edoceant: vt intra alterum annum eis reddātur, à quibus species præstitæ sint. Dat. x. Kalend. Ian. Mediol. Arcad. III. & Honor. III. AA. Conss. C.Th eo. tit.l.26.

Qui cum nauiculariis fecerunt rapinam, tenentur in quadruplum Bart.

V. Iidem Augusti Flauiano P. V. C.Th.eo. 29.

AB his qui in naucleros prædas egerunt, volumus eorum commodis satisfieri: & ideo ne crescat in posterum eorum audacia, sancimus, vt quicumque in rapinis fuerit deprehensus, pœna quadrupli teneatur. PP. Romæ in foro Aproniani VIIII. Kal. Februa. Stilichone & Aureliano Conss.

Quando id quod per personas certæ regionis debet expediri, nō potest, debet expediri per homines circūstantes expensis publicis. Bar.

VI. Impp. HONORIVS & THEOD. Augusti Anthemio P. P. Ex C. T. eo. ti. l. 32.

CVM nauarchorum cœtus circiter prouincias Orientis inopia nauium titubaret, & inuestigandæ classis obtentu insularum secessus obiret,° & nauigādi opportunitate trans- °conspiraret.

FFF 4

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

acta, iudiciorum indignatio sine transuectionis expectaretur effectu: merito celsitudo tua præfecto augustali & insularum præside conuentis, ciuitatis Alexandrinæ & Carpatiæ classis summates, & nonnullos alios naucleros eius professionis adduxit, vt onus frumentarij commeatus, qui per Orientales nauarchos ex Alexandrinæ ciuitatis conditis consueuerat ad sacratissimam vrbem transferri, in suam fidem susceptum, ad eadem augustissimæ vrbis horrea comportarent, salariis pro mercedula præstitis ex tributariæ pensitationis immunitate, vel ex eo quod vocatur φιλικόν, necnon etiam aliis, quæ cognitionis limauit examen. Datum XIIII. *kalend. Febr. Honorio* VIII. *&* *Theodo.* III. AA. *Conss.*

Qui per rectam viam non vadit, & species publicas distrahit, capitali pœna punitur. Bart.

C.Theo. eo.ti. l.33. VII. Iidem Augusti Anthemio P. P.

QVI fiscales species suscepit deportandas, si recta nauigatione contempta, littora deuia sectatus, eas auertendo distraxerit: capitali pœna plectetur. Dat. XIIII. *kalendas Augusti, Constantinop. Honor.* VIII. *& Theodo.* III. AA. *Conss.*

Si iudices patiuntur tempore ratæ nauigationis naucleros in suo territorio commorari, puniuntur, & ipsi & municipes. Bart.

C.Theo. eo.ti. l.34. VIII. Iidem Augusti Faustino P. P. post alia.

Iudices

IVdices qui in partibus diœceseos suæ onusta nauigia cum prosperior flatus inuitat, sub prætextu hyemis immorari permiserint, vna cum municipibus & corporatis eiusdem loci fortunarum propriarum feriantur dispendiis: naucleri præterea pœnam deportationis excipiant, si aliquid fraudis eos admisisse fuerit reuelatum. Datum XVIII. *kalēd. Septemb. Rauen. Varana* V. C. *Cons.*

Constitutio Græca.

DE PRAEDIIS ET OMNIBVS REBVS NAVICVLARIORVM.

TIT. II.

Etiam ad domum principis res nauiculariorum transeunt cum onere suo. Bart.

I. Impp. VALENTIN. & VALENS Augusti ad Aurelianum P. P. anno. C.Th. l.5. ti.6. lib.13

DOMVM etiam mansuetudinis nostræ in his quæ nauiculario nomine obnoxia sunt, agnoscere præcipimus debitam functionem. Datum III. *kalend. Octob. Lupicino & Iouino Conss.*

Pro rata rei quæ peruenit ad aliquē de bonis nauiculariorū, debet onus sustinere, nec patrimoniū vel persona vlterius aggrauatur.

II. Iidem Augusti & GRAT. A. Achiloni Procons. Africæ. C.T. eo. ti. l.7.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

IN his quæ nauicularij vendunt (quoniam intercipere contractū emendi vendendiq; fas prohibet) emptor, nauicularij functionem pro modo portionis comparatæ subeat. Res enim oneri addicta est, non persona mercatoris. Neque nauicularium iubemus fieri eum qui aliquid comparauit: sed eam partem quæ empta est, pro suo modo ac ratione esse munificam. nec enim totum patrimonium ad functionem nauicularium occupandum erit, quod habuit qui rei exiguæ mercator accessit: sed illa portio quæ ab initio nauicularij fuit, ad pensionem huiusmodi functionis sola tenenda est: residuo patrimonio, quod ab hoc vinculo liberum est, otioso & immuni seruando. domus vero quarum cultu decus vrbium potius quàm fructus acquiritur, vbi à nauicularijs veneunt, pro tanto modo ad hanc pensionem obligari placet, quantum habebant emolumentum cum pecunia mutuaretur. vbi vero spacium loci & exiguitas nullam habuerit pensionem, aut extructio cuius est ardua difficilisque molitio, aut decus sumptuosum, aut (vt est plerumque liberale institutum) habitationem quis suam vrbis ornamento adiecerit, nolumus munificentiam quæ postea addita est, improbam licitationem æstimationis excipere: sed vetusta potius loci species & pensio cogitetur, quàm cultus hodiernus qui per industriam hominis animosi accessit. Dat. III. Non. August. post consul. Gratiani A. III. & Equitij v. c.

Qui emit prædia nauiculariorum, tenetur ad onus secundum veram æstimationem, quæ priuatorum pactis non tollitur. Bart.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. Augusti Messalæ PP. Cod. Th. eo. tit. l. 8.

HI qui fundos nauiculariæ functioni adscriptos à nauicularijs acceperunt quolibet ad se titulo transeuntes, secundum agri opinionem quæ antiquitus habebatur adscripta, nauiculariam functionem suscipere cogantur: neque eas conditiones sibi existiment profuturas, quas venditor minus idoneus in se recepit impositæ mentis arbitrio: hac tamen pactione seruata, vt si ad minus idoneum fuerit translata possessio, etiam auctores transcripti prædij teneantur obnoxij, sitq; hoc in promptu, vt damnis fiscalibus primitus ab idoneis consulatur. Dat. XIIII. Kal. Mart. Medio. Theodoro v. c. Cons.

DE NAVIBVS NON EXCVSANDIS.

TITVLVS III.

Naues quæ sub nomine & titulo alieno excusantur, publicantur. Bart.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. Augusti Longiniano PP. Cod. Th. eo. tit. l. 2.

Multi

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

MVlti naues suas diuersorum nominibus & titulis tuentur: cui fraudi obuiantes præcipimus, vt si quis ad euitationem publicæ necessitatis titulum crediderit opponendum, sciat nauem esse fisco sociandam. Nam vt priuatos quoque non prohibemus habere nauigia, ita fraudi locum esse non sinimus: cum omnes in commune, si necessitas exegerit, conueniat vtilitatibus publicis obedire, & subuectionem sine dignitatis priuilegio celebrare. Dat. III. Id. Ianua. Rau. Arcad. A. VII. & Probo Conss.

Nulla nauis ob necessitatem publicam excusatur aliquo priuilegio in corpore iuris inserto, vel non inserto. Bart.

II. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS Augusti Florentio præfecto prætorio.

IVbemus nullam nauem vltra duorum milium modiorum capacem, ante felicem embolam, vel publicarum specierũ transuectionem, aut priuilegio dignitatis, aut religionis intuitu, aut prærogatiua personæ, publicis vtilitatibus excusari posse subtractam: nec si cœleste contra proferatur oraculum, siue adnotatio sit, siue diuina pragmatica sanctio prouidentissimæ legis regulas oppugnare debebit. Quod etiam in omnibus causis cupimus obseruari: vt generaliter si quid eiusmodi contra ius vel vtilitatem

publicam

publicam in quolibet negotio proferatur, non valeat. quicquid enim in fraudem istius legis quolibet modo fuerit attentatum, id nauigij quod excusatur publicatione corrigimus.

NE QVID ONERI PVBLICO IMPONATVR.

TITVLVS IIII.

Qui cogit nautam ad accipiendum aliquid vltra onus, tenetur ad emendationem damni, & criminaliter punitur. Bart.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. Augusti Rufino præfect. præt.[a]

ONeri publico sarcinã priuatam nequis imponat, nec audeat portitores frumenti ad suscipiendũ onus aliqua necessitate compellere. Hoc enim facto atque commisso, non in dispendium solum, atque naufragij damnum tenebitur obligatus, verumetiam publicæ coërcitionis experietur vigorem. Dat. V. Id. Ianuar. Constantinop. Olybrio & Probino Conss.

DE NAVFRAGIIS.

TITVLVS V.

I. Imp.[b] CONSTANTIN. A.

SI quãdo naufragio nauis expulsa fuerit ad littus, vel siquando aliquam terram attigerit, ad dominos pertineat,

[a] Cod. Theo. eo. tit. l. I.

[b] In meo vetere manuscripto legitur, Imp. Ant. rectè meo quidé iudicio. nã hæc videtur Antonini Cõstitutio quæ citatur in l. vlt. eod. tit. Cont.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

neat, fiſcus meus ſeſe non interponat. Quod enim ius habet fiſcus in aliena calamitate, vt de re tam luctuoſa compendium ſectetur?

Nauicularius qui dicit ſe feciſſe naufragium, debet hoc probare per teſtes coram iudice illius loci, & intra annum præfecto nunciare. Bart.

II. Imppp. VALENTINIANVS, VALENS & GRAT. Auguſti ad Modeſtum P.P.[a]

[a] Cod.Th. eod.ti.l.1.

SI quis nauicularius naufragium ſe ſuſtinuiſſe adfirmet, prouinciæ iudicem, eius videlicet in qua res agitur, adire feſtinet, ac probet apud eum teſtibus euentum: relatióque etiam ad ſublimiſſimã referatur præfecturam: ita vt intra anni ſpatium veritate reuelata, competens diſpoſitio procedat. Quòd ſi per negligentiam præfinitum anni ſpatium fortaſſe claudatur, ſuperuacuas ſeráſque interpellationes emenſo anno placuit non admitti. Dat. P.P. Berſti. Non. Iun. Modeſto & Arintheo Conſſ.

Cum de naufragio quæritur, debent examinari duo vel tres de naui qui melius ſcire debent veritatem: & eis deficientibus deuenitur ad alios. Bart.

III. Imppp. GRATIAN. VALENTIN. & THEO. Auguſti nauiculariis Afri. ſal.[a]

[a] Cod.Th. eo.tit.l.3.

QVotiens obruta vel ſubmerſa fluctibus naui, examen adhibetur competentis iudicis, duorum vel trium nautarum quæſtione habita, cæteri ab huiuſmodi nexu liberentur. quid eſt enim quod non abunde intra præfinitum numerum ſolers quæſitor inueniat? Circa magiſtros nauium quibus eſt ſcientia plenior, immoretur: qui ſi fatali ſorte defuerint, in alios inquiſitio trãsferatur. Sanè ſi vniuerſos violentia tempeſtatis obruerit: ne veritas lateat, à liberis nautarum ſiue magiſtrorum intra iudicia conſtitutis, ſuper eorum quæratur interitu quos nauicularius naufragio periiſſe contendit. Suſceptionis autẽ neceſſitas ex Kalend. Aprilis in diem Kalendarum Octobris menſura ſeruabitur. Dat. VIII. Idus Februar. Treue. Gratiano vel Theodoſ. I. AA. Conſſ.

Priuatis qui ſoluerunt collectas publico officiali, qui poſtea aufugit vel perdidit, non imputatur. Bart.

IIII. Imppp. VALENTINIA. THEOD. & ARCAD. Auguſti Tatiano præfecto præto.[a]

[a] Cod.Th. eo.tit.l.4. ſed aliter. Contius.

PRobis quæ ſemel à collatoribus illata, naufragiis perierint, nolumus nobis aliquam cum poſſeſſoribus, ſiue ſenatores ſiue priuati ſint, communionem eſſe, vel aliquid periculi ad eos redundare. Dat. XV. Kalend. Aug. Conſtantinop. Tatiano & Symmacho Conſſ.

Cum de naufragio quæritur, ſummatim examinabitur. Bart.

V. Impp. HONOR. & THEODOSIVS Auguſti nauiculariis per Africam, poſt alia.[a]

[a] Cod.Th. eo.tit.l.6.

De

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

DE submersis nauibus decernimus, vt leuato velo istæ causæ cognoscantur: & si quisquam de talibus negotiis aliquid accepisse detegitur: iudex apud quem constiterit, his conquerētibus qui nudantur: pro qualitatibus personarum multandi, remouendi, proscribendiq; habeat potestatem. Si vero causarum talium cognitores libelli datione vel plenaria interpellatione cōmoniti intra biennium has causas audire neglexerint, & hoc fuerit tempus elapsum: præiudicium noceat eatenus cognitori, vt nauiculario propter vitiū iudicis absoluto, mediam oneris eius partem, propter cuius probandam amißionem legitimo duntaxat tempore cognitio petebatur, iudex cogatur inferre: residuum vero officium eius exoluat. Dat. XVI. Kalend. April. Rauen. Hono. VIIII. & Theodos. V. AA. Coss.

VI. Iidem Augusti.

SVper naufragiorum quæ contigerint casibus, vsitato more habita quæstione, si quis calculus modiationis dicatur tempestate maris deperisse: sub tuæ sedis auditione nequaquam feratur acceptus: sed hæc dispendij iactura, in omne nauclerorum cōcilium pro rata scilicet contingentis muneris deferatur.

DE

DE METALLARIIS, ET METALLIS, ET PROCVRATORIBUS metallorum.

TITVL. VI.

I. Impp. VALENTINIANVS & VALENS Augusti ad Cresconium Com. metallorum.* — *Cod. Th. eo. tit. l. 3

PErpensa deliberatione duximus sanciendum, vt quicunque metallorum exercitiū velit affluere, is labore proprio & sibi & reipublicæ commoda comparet. Itaque si qui sponte cōduxerint,* eos laudabilitas tua octonos scrupulos in balluca* [quæ Græcè χρύσαμμος appellatur] cogat exoluere. quicquid autem amplius colligere potuerint, fisco potißimum distrahant, à quo competentia ex largitionibus nostris precia suscipiant. Dat. IIII. Id. Decemb. Parisis, Valentiniano & Valente AA. Coss.

* cōfluxerint.
* Vide in hūc locū Alciat. in hūc ips. tit. in annotationibus ad 3. post. li. C.

II. Iidem Augusti ad Germanianum Comi. S. L.* — *Cod. Th. eo. tit. l. 4.

OB metallicum canonem, in quo propria consuetudo retinenda est, quatuordecim vncias ballucæ pro singulis libris constat inferri. Dat. V. Id. Ianuar. Romæ, Lupicino & Ioniano Coss.

III. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. Augusti Floro P.P.* — *Cod. Th. eo. tit. l. 10.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

*Q*Vncti qui per priuatorum loca saxorum venam laboriosis effoßionibus persequuntur, decimas fisco, decimas etiam domino repræsentẽt: cætero[a] modo propriis suis desideriis vindicando. Dat. XIII. Kal. Septembr. Constantinop. Antonio & Syagrio Coss.

[a] aliàs certo.

Officiales exigentes metallum, non debent ad aliam dignitatem promoueri, nisi prius illud officium perficiant. Bart.

III. Iidem Augusti.

*C*Vm procuratores metallorum intra Macedoniam, Daciam, mediterraneam Mysiam, seu Dardaniam, soliti ex curialibus ordinari, per quos solennis profligatur exactio, simulato hostili metu, huic se neceßitati subtraxerint, ad implendum munus retrahantur: & nulli deinceps licentia laxetur prius indebitas expetere dignitates, quàm subeundam procurationem fideli solertiq; deuotione[a] compleuerint.

[a] exactione.

Fodiens aurum, pro quolibet anno septem serupulos soluere debet. Bart.

V. Imppp. VALENTINIANVS THEOD. & ARCA. Augusti Romulo Com. S. L.[a]

[a] Cod. Theo. ti. l. 12.

*P*Er annos singulos septem[b] per hominem scrupuli largitionibus inferãtur ab aurilegulis non solum in Pontica diœcesi, verumetiam in Asiana. Dat. XI. Kal. Mart. Constantinop. Arcad. A. II. & Rufino Conss.

[b] septeni legẽdum, Contius.

VI. Imppp. THEOD. ARCA. & HONOR. Augusti Paterno.[a]

[a] Cod. Theo. ti. l. 14.

Quosd

*Q*Vosdam operta humo esse saxa dicentes, id agere cognouimus, vt defoßis in altum cuniculis, alienarum ædium fundamenta labefactent. qua de re siquando huiusmodi marmora sub ædificiis latere dicantur, perquirendi eadem copia denegetur. Dat. XVII. Kalen. April. Constantinop. Theodo. A. III. & Abundantio Coss.

Adstricti ad fodiendum metallum, si aufugerint ad aliud officium, retrahentur, etiam si familiares principis fuerint. Bart.

VII. Imp. THEOD. A. Maximino Com. S. L.[a]

[a] Cod. Theo. ti. l. 15.

*M*Etallarij siue metallariæ, qui quæve ea regione deserta ex qua videntur oriundi vel oriundæ, ad externam migrauerint: indubitanter sine vlla temporis præscriptione ad propriæ originis stirpem larémque vnà cum sua sobole reuocentur, etiam quos domus nostræ secreta retineant. Sciant autem nullum exinde præiudicium fisco esse generandum, etiam si quis ex his quem metallicum esse constiterit, priuatis censibus suum nomen dediderit. Dat. V. Id. Iul. Constantinop. Victore V. C. Cons.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

DE MVRILEGVLIS ET GYNAECIARIIS, ET PROcuratoribus gynæcij, & de monetariis, & bastagariis.

TITVL. VII.

Adscriptus ad cudendam monetam principis, non liberatur alicuius priuilegio dignitatis. Bart.

I. Imp. CONSTANTINVS A. ad Bithynos.[a]

[a] Cod. Th. lib. 10. tit. 20. l. 1. Est autem γυναικεῖον locus vbi matresfa. cũ lanificis sedẽt. à γυνὴ, mulier: & οἰκῶ, habito.

MOnetarios in sua semper conditione durare oportet nec dignitatis cuiuscunque priuilegio ab huiusmodi conditione liberari. Dat. XII. Kal. Aug. Gallicano & Basso Conss.

II. Idem A. ad Felicem procuratorem rei priuatæ.

[b] sunt qui legant Baphei & gynæciarij.

BAphij[b] & gynæcij, per quos & priuata nostra substantia tenuatur, & species gynæcij confectæ corrumpuntur, in baphiis etiam admixta temeratio næuum adducit inquinatæ alluuionis: suffragiis abstineant, per quæ memoratas administrationes adipiscuntur: vel si contra hoc fecerint, gladio feriantur.

III. Impp. VALENTIN. & VALENS Augusti ad Germanum Consularem.[a]

[a] Cod. Th. eo. l. 3.

INgenuæ mulieres, quæ se gynæciariis sociauerint: si conuentæ denunciatione solenni, splendorem generis contuberniorum vilitati[b] præfer-

[b] vtilitati.

præferre noluerint, suorum maritorum cõditione teneantur. Dat. IIII. Kal. Iul. Med. Valentiniano & Valente AA. Conss.

IIII. Iidem Augusti ad Auxonium P. P.[a]

[a] Cod. Th. eo. tit. l. 4.
[b] decimũ.

QVod ad præsens remedium pertinet, quintum[b] animal bastagarius pro reparatione præbeatur. Dat. Id. Decembr. Marcianop. Valentiniano & Valente AA. Conss.

V. Imppp. VALENTINIANVS, VALENS & GRATIANVS Augusti ad Filematium Com. S. L.[a]

[a] Cod. Th. 10. 20. 2. & 7.

QVi aliquem ex familiis gynæcij in latebris habere comperti sunt: quinque librarum auri damno subijciantur. Dat. XII. Kal. Septembr. Ciliciæ, Modesto & Arintheo Conss.

Qui occultat aliquem ex textoribus, punitur pœna trium librarum auri. Bart.

VI. Imppp. GRATIANVS, VALENTINIANVS & THEODOSIVS Augusti ad Eucherium.[a]

[a] Cod. Th. eo. tit. l. 9.

QVi textrini nostri mãcipia occultatione celauerit: ternis libris auri pro singulorum hominum suppressione plectetur. P P. Carthagine, III. Kal. Mar. post consulat. Auxonij & Olybrij.

Mulier nobilis nubens monetario, si post protestationem non recedit, efficitur monetaria. Bart.

VII. Iidem Augusti ad Hesperium P. P.[a]

[a] Cod. Th. eo. tit. l. 10.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

EDicimus ne qua mulier splendidioris gradus monetarij adhærens consortio, decus natiuæ libertatis amittat. quod si qua ab hac præceptione statutum nostræ serenitatis abduxerit: ea vel legitima admonita conuentione discedat, vel si complexui monetarij putauerit inhærendum, non ambigat se sibi & liberis præiudicaturã, & eius cõditioni esse nectẽdam. Si qua verò originaria seu colonaria possessionis alienæ, ignaro domino seu sciente, monetario adsociabitur: hi conuenti mox iuri agrorum debitas personas retrahere festinent: vel decætero sciant repetendi facultatem, silentij sui conniuentia perdidisse. Sed vt monetario nullam extraneam necti volumus, ita & ex monetario patre susceptas prohibemus extraneis copulari. Dat. Prid. Id. Mart. Aquil. post consulatum Auxonij & Olybrij.

Bastagiariis nõ licet ad aliam militiam transire, nisi illa completa. Bart.

VIII. Iidem AAA. Trifolio Com. S. L.[a]

[a] C.T.co. l.11.

AEternam fiximus legem, ne vnquam bastagariis militiam vel suam deserere liceat, vel aliam antequam eam impleuerint, surreptitia impetratione tentare. Dat. VIIII. Kalen. Aug. Heracleæ, Richomere & Clearcho Conss.

[a] C.T. eo. tit. l.12.

IX. Iidem AAA. ad Principium P P.[a]

Si

SI quis nauiculam functioni muricis & legendis conchyliis deputatam ausus fuerit vsurpare, duarum librarum auri illatione teneatur. Dat. VI. Kal. Octob. Aquil. Arc. A. & Bautone Conss.

X. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Philometori Com. S. L.[a]

LOtas[b] in posterum sericoblattæ[c] & metaxæ huiusmodi species inferri præcipimus, viginti librarum auri condemnatione proposita his qui scrinium canonum tractant, prioribus etiam cuiuscũq; officij, si statuta cœlestia à quodam passi fuerint temerari. Dat. V. Ka. Iul. Constantinop. Arcad. A. VI. & Probo Conss.

[a] C.T. eo. tit. 13. [b] Notas legit Alcia. hîc. [c] sericablattæ, in C.T. quidã malũt sericobaptæ. Cót.

Murileguli si ad aliam dignitatem trãsierint, ad conditionem propriã retrahuntur. Bart.

XI. Imp. THEOD. A. & VALEN. Cæs. Maximino Com. S. L.[a]

[a] C.T. eo. tit. l.14.

MVrileguli qui derelicto atque despecto propriæ conditionis officio, vetitis se infulis dignitatum, & cingulis penitus denegatis muniisse dicuntur, ad propriæ artis & originis vincula reuocentur. ab illis autem qui rebus eorum videntur inhiasse, quos in sua origine permanere, & solennibus ministeriis inseruire manifestum est: omnia quæcunque constiterit ex quocunque titulo possessa, antiquis possessoribus restituantur. Quòd si alienigenæ detentores oneribus conditionis extraneæ ma-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

fuerint subiacere, quàm restituere facultates: & futura deinceps agnoscant munera sibi esse subeunda: & de præterito si qua ipsis possidentibus reliqua colliguntur, à semetipsis sciant sine aliqua excusatione soluenda. Datum XVII. *Kalendas Nouembris Constantinopoli, Victore Cos.*

XII. Idem A. & Cæs. Maximino Com. S. L.[a]

[a] C.T. eo. tit. l. 15.

HI qui ex filiabus murilegulorum & alienæ originis patribus sunt vel fuerint procreati: iura maternæ cõditionis agnoscant. Dat. VIIII. *Kalend. Iun. Theodos.* A. XI. *& Valentiniano Cæs. Conss.*

Homines adscripti conditionibus huius tituli, non possunt liberari etiam ex rescripto principis: nisi dato substituto, qui solenniter approbetur. Bart.

XIII. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS AA. Acacio Com. S. L.[a]

[a] C.T. eo. tit. l. 16.

SI quis ex corpore gynæciariorum, vel linteariorum, vel lymphariorum, monetariorum, vel murilegulorum, vel aliorum similiũ ad diuinas largitiones nexu sanguinis pertinentium, voluerit posthac de suo collegio liberari: non quoscunque nec facilè in locum proprium, freti dextræ triumphalis absolutione, substituãt: sed eos quos omnibus idoneos modis sub ipsis quodãmodo amplissimæ tuæ sedis obtutibus approbauerint: ita tamen, vt is qui ab huiusmo-

di conditione iuxta formã cœlitus datam beneficio principali fuerit absolutus, vniuersi generis sui prosapiam in functione memorati corporis permanentem, cum omnibus eius qui absoluitur rebus obnoxiam largitionibus sacris futuram esse non dubitet. Dat. VII. *Kal. Mart. Constantinop.* DD NN. *Theod.* XII. *& Valentiniano* II. A. *Conss.*

Qui adsumuntur vt præsint alicui collegio hominum conditionatorum, non admittuntur interim ex sacro rescripto, nisi satisdederint idoneè. Bart.

XIIII. Iidem AA.

PRiuatæ vel linteariæ vestis magistri, thesaurorum præpositi, vel baphiorũ ac textrinorum procuratores, cæterique quibus huiusmodi solicitudo committitur: non antè ad rem sacri ærarij procurandam permittantur accedere, quàm satisdationibus dignis eorum administratio roboretur: scituri nec prosecutorias quidem sacras posthac sibimet postulandas.

Partus sequitur conditionem illius ex parentibus, qui fuerit in conchyliis. Bart.

XV. Iidem AA.[a]

QVi aut patre conchylilegulo geniti probabuntur, aut matre: memoratæ adscriptioni obnoxios se esse ambigant.

[a] C.T. eo. tit. l. 17. hæc autẽ correcta est per Nouel. 38

XVI.

ΜΗδεὶς ὡς ἔτυχεν τοῖς δημοσίοις σωματείοις ἐγγραφέσθω εἰ μὴ κατὰ τὸ ἀ-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ἀναγκαίου καὶ ἐκ γένους ὢν τοιούτου καὶ ἡλικίας καὶ τέχνης ὅσιν ἐπιτήδειος, πράξεως γινομένης αὐτόθι τοῦ παρὰ τῷ ἄρχοντι τῆς ἐπαρχίας καὶ καταλιθεμένου τοῦ σωματείου ὅτι ἐπιτήδειός ἐστι, καὶ τὰ πραττόμενα εἰς ἡμᾶς ἀναφερέστω ὥστε ἡμᾶς πάλιν ἐπικυρῶσαι διὰ θείων συλλαβῶν τάξιν προβατορίας λαμβανουσῶν. εἰ δὲ παραβαίη ταῦτα τις, οὔτε τὰς παραμυθίας λήψεται τὰς ἐντεῦθεν, οὔτε κοινωνήσει τῷ σωματείῳ ἀλλὰ βασανισθεὶς ἐξορισθήσεται διηνεκῶς ἐκ τῆς ἐπαρχίας καὶ πᾶς δὲ συνεργήσας τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ὑποκείσεται καὶ μάλιστα ὁ πραιπόσιτος.

Eadem Latinè.

NE quis, vt fit, publicis corporibus adſcribatur niſi vrgente neceſſitate, vel niſi ſit ex eo genere & tam arte quàm ętate habilis atque idoneus, actis apud præſidem prouincię factis, & eſſe illum idoneum corpore deponente, rurſúſque geſtis ad nos delatis, vt confirmẽtur diuino oraculo noſtro vice probatoriæ. Qui verò hæc nõ ſeruauerit, neq; ſolatia inde vlla percipiet, nec vllũ cum collegio cõmercium habebit, ſed grauiſſimè coercitus exilio perpetuo damnabitur extra prouinciã. eiſdẽ pœnis ſubiicitur qui ei opem tulerit hac in re, & maximè prępoſitus.

DE

DE VESTIBVS HOLOBERIS" ET AVRATIS, ET DE intinctione ſacri muricis".

"holoberis, i. totis ſericis. βᾶρυς enim Zonaras eſſe ait veſtes ſericas.
"ſiue ſacræ veſtis Contius.
"C.T. eo. tit. l. 2.

TIT. VIII.

I. Imp. VALENT. VALENS & GRATIANVS AAA. Archelao Com. S L.

AVratas" ac ſericas paragaudas auro intextas viriles priuatis vſibus contexere conficeréq; prohibemus: & in gynæciariis tantùm noſtris fieri præcipimus. Dat. v. Non. Iul. Nebiodumi. Acc. XV. Kal. Auguſt. Martianop. Valentiniano N. P. *& Victore Conſſ.*

II. Imppp. GRAT. VALEN. & THEOD. AAA. Floro P. P.

NEmo vir auratas habeat aut in tunicis aut in lineis paragaudas: niſi hi tantummodo, quibus hoc propter imperiale miniſterium conceſſum eſt. nõ enim leui animaduerſione plectetur quiſquis vetito ſe & indebito nõ abdicauerit indumẽto. D. III. K. April. Conſtantinop. Antonio & Syagrio Conſſ.

Non debent lanæ vel panni tingi aliquo colore ſimili colori muricis. Bar.

III. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONORIVS Auguſti.

VEllera adulterino colore fucata, in ſpeciem ſacri muricis intingere non ſinimus:

nec

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

nec tinctũ cum Rhodino prius serico, alio postea colore fucari: cum de albo omnium colorum tingendi copia non negetur: nam capitalem pœnam illicita tentantes suscipient.

IIII. Imp. THEOD. A. Maximino Com. S. L.[a]

[a] C.T. 10. 21. 3.

TEmperent vniuersi, cuiuscunque sint sexus, dignitatis, artis, professionis & generis, ab huiusmodi speciei possessione, quæ soli principi eiúsque domui dedicatur: nec pallia tunicásque domi quis sericas contexat, aut faciat. Quæ tincta conchylio, quæ nullius alterius permixtione cõtexta sunt: proferantur ex ædibus, tradantúrque tunicæ aut pallia ex omni parte texturæ cruore infecta conchylij. Nulla stamina subtexantur tincta conchylio, nec eiusdem infectionis arguto pectine solidanda fila decurrant: reddenda ærario olobera[a] vestimenta virilia protinus offerãtur. Nec est vt quisquam de abiurato precio conqueratur: quia sufficit calcatæ legis impunitas. Ne quis verò nunc huiusmodi suppreßione in laqueos nouæ constitutionis incurrat: alioqui ad similitudinem læsæ maiestatis periculum sustinebit. Dat. XVII. Kalendas Februarias Constantinopoli, Victore V.C. Cons.

[a] holouera C.T.

V. Impp. THEOD. & VALENT. Augusti Apollonio comiti sacrarum largitionum.

Purp

PVrpuræ nũdinas, licet innumeris sint constitutionibus prohibitæ, recenti quoque interminatione vetamus: & ideo septimum de scrinio exceptorum, sextũ de scrinio canonum, quintum de scrinio tabulariorum[a] ad baphia Phœnices per certum tempus mitti præcipimus, vt omnis fraus eorum prohibeatur solertia, timentium ne quæsitis longo sudore stipendiis careant: etiam viginti librarum auri condemnatione proposita. Dat. VIII. Id. Mart. Constantinop. Isidoro & Senatore Coss.

[a] Alc. hic legit, de scrinio vestiarij ad baphias. Phœnices.

DE FABRICENSIBVS TITVLVS IX.

I. Imppp. VALENTINIANVS, THEODOS. & ARCAD Augusti Tatiano P. P.[a]

[a] C.T. 10. 22. 2.

OMnibus fabricis non pecunias pro speciebus, sed ipsas species sine dilatione inferri præcipimus: vt venerabilis, & quæ facilè deducatur ignibus seu liquescat ferri materies præbeatur: quò promptius adempta fraudibus facultate, commodo publico consulatur. Dat. V. Kal. Nouemb. Theod. A. II. & Cynegio Coss.

Primicerius fabricensis per biennium habet vacationem à muneribus. Bart.

II. Iidem Augusti Rufino magistro officiorum.[a]

[a] C.T. 10. 22. 3.

Prim

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

PRimicerium fabricæ post biennium non solum vacatione, verumetiam honore donari præcipimus: ita, vt inter protectores eiusdem fabricæ per biennium adoraturus æternitatem nostram suo quisque tempore dirigatur. Dat. VIII. Id. Mart. Med. Valentiniano A. IIII. & Neotherio Conss.

Fabricẽsibus tyronibus stigmata brachiis infiguntur. Bart.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Osio magistro officiorum.[a]

[a] C. T. eo. tit. l. 4.

STigmata, hoc est nota publica, fabricensium brachiis ad imitationem tyronum infligantur, vt hoc saltem modo poßint latitãtes agnosci: his qui eos susceperint, vel eorũ liberis sine dubio fabricæ vindicandis, & qui surreptione quadam declinandi operis, ad publicæ cuiuslibet sacramenta militiæ trãsierint. Dat. XVIII. Kalend. Ianuar. Constantinop. Honorio A. IIII. & Eutychiano Conss.

IIII. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS AA. Anthemio P. P.[a]

[a] C. T. eo. tit. l. 5.

SI quis consortium fabricensium crediderit eligendum in ea vrbe in qua natus est, vel in qua domicilium collocauit: his quorum interest conuocatis, prius acta conficiat, seséque doceat non auo, non patre curiali progenitum: nihil ordini ciuitatis debere: nulli se ciui cõmunere obnoxium. atque ita demum gestis confe-

ctis

ctis vel apud moderatorem prouinciæ, vel, si is absit, apud defensorem ciuitatis, ad militiam quam optauerit suscipiatur. quòd si absque hac cautione quispiam ad fabricensium consortium obrepserit, sciat se ad ordinis cui debetur, patriæq; suæ munera esse deducendum: ita vt nulla eum nec temporis nec stipendiorum prærogatiua defendat. Dat. XV. Kalend. Iun. Constantinopoli, Honorio VIIII. & Theodosio V. AA. Conss.

V. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS AA.

IVre prouisum est fabricenses artibus propriis inseruire: vt exhaustis laboribus immorentur cum sobole professioni cui nati sunt. Denique quod ab vno committitur, id totius delinquitur periculo numeri: vt constricti nominationibus suis, sociorum actibus quandam speculam gerant, & vnius damnũ ad omnium trãsit dispendium. vniuersi itaque veluti in corpore vnius formæ, vnius decoctionis, si ita res tulerit, respondere cogentur.

Fabricenses & eorum vxores & liberi durante officio vel finito, non possunt nisi coram præfecto prætorio, vel magistro officiorum conueniri. Bart.

VI. Impp. LEO & ANTHEMIVS AA. Eufemio mag. off.

EOs qui inter fabricenses sacræ fabricæ sociati sunt, vel eorum vxores, aut filios qui

eidem

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

itidem inter fabricenses militare dicuntur: non alibi pulsare volentibus respõdere præcipimus, nisi in iudicio tuæ sublimitatis, ad cuius iurisdictionem potestatémque pertinent: nec eos post stipendiorum finem & militiæ, super ciuilibus vel curialibus muneribus, quibus nullo modo subiacere monstrantur, à viris clarissimis rectoribus prouinciarum, vel eorum officiis præter licitum inquietari.

Prohibet fabricenses aliquam administrationem vel agriculturam adsumere. Bart.

VII. Imp. ANASTASIVS A. Eufemio magist. off.

NVllus fabricensium conductioni vel administrationi, vel agriculturæ alienarum rerum se posthac immiscere conetur: dominis quidem, si qui cõtra hæc statuta meæ pietatis venire ausi fuerint, res vel prædia quæ scientes quòd fabricenses sunt, iisdem fabricensibus ministranda commiserint, amissuris: fabricensibus verò grauissimè coercitis, post facultatum suarum amissionem, perpetui exilij pœna & animaduersione retinendis. Quotiens sanè in translatione armorum angariæ necessariæ fuerint, sublimitas tua literas ad eminẽtissimam iubeat dirigi præfecturam: & numerum ei armorum, & ex quo loco transferenda sunt, indicare: vt continuò super præbendis angariis pro numero eorum quæ transferuntur armorum

morum, præceptione sua viros clarissimos moderatores prouinciæ conueniat: vt secundum missam à sublimitate tua notitiam, naues vel angariæ cõfestim de publico præbeantur. Quòd si aliqua tarditas vel negligentia post datas à sublimitate tua ad eminentissimam præfecturam literas, in destinandis auctoritatibus amplissimæ tuæ sedis intercesserit, & ex hoc armorum transuectio fuerit impedita: in quinquaginta libras auri tam numerarium pro tempore officij eiusdem amplissimæ sedis, quàm alios quorum interest, condemnari præcipimus: eámque auri quantitatem protinus exactam fisci iuribus aggregari: multa præterea triginta librarum auri proposita tam viris clarissimis qui prouincias regunt, quàm eorum apparitoribus, si conniuentibus his armorum subuectio tarditate aliqua fuerit præpedita.

DE VETERIS NVMISMATIS POTESTATE.

TITVLVS X.

I. Impp. VALENTINIANVS & VAL. AA. Germano P. P.

SOLIDOS veterũ principum veneratione formatos, ita tradi ac suscipi ab ementibus & distrahentibus iubemus, vt nihil omnino refragationis oria-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

tur, modo vt debiti pōderis sint, & speciei probæ: sciturus vniuersis, qui aliter fecerint, haud leuiter in se vindicandum.

Minuta æstimatione floreni, minuitur æstimatio rerum quæ venduntur ad florenum. Bart.

II. Iidem AA. ad Iulianum P. P.

Pro imminutione quæ in æstimatione solidi forte tractatur, omnium quoque precia specierum decrescere oportet.

Omnes aurei debent capi æquali æstimatione: & contrà faciens grauissime punitur. Bart.

III. Imppp. GRATIANVS, VALENT. & THEODOSIVS Augusti.

Vniuersos auctoritas tua proposito edicto commoneat obryzatorum omnium solidorum vniforme precium postulare: capitali scilicet supplicio puniendo, qui vel iussa nostræ maiestatis auaritiæ cæcitate contempserit, vel æternales vultus, dum fraudibus studet, duxerit violare.

NVLLI LICERE IN FRENIS ET EQVESTRIBVS SELlis, & in balteis margaritas & smaragdos & hyacinthos aptare: & de artificibus palatinis.

TITVLVS XI.

I. Imp.

I. Imp. LEO A. Leontico.

Nulli prorsus liceat in frenis & equestribus sellis, vel in balteis suis margaritas & hyacinthos aptare posthac, vel inserere. aliis autem gemmis frena & equestres sellas & balteos suos priuatos exornare permittimus: de cucurnis "vero omnem prorsus qualiumcumque gemmarum habitum præcipimus submoueri. fibulis quoque in chlamydibus his vtantur, quæ solo auro & arte preciosæ sunt. Si quis autem contra interdictum pietatis meæ fecerit: sciat se continuo quinquaginta libris auri esse multandum. Nulli præterea priuatorum liceat (exceptis scilicet ornamentis matronalibus, & tam muliebrium quàm virilium annulorum habitu) aliquid ex auro & gemmis, quod ad cultum & ornamentum imperatorium pertinet, facere: neque illud sub hoc colore & prætextu præparare, quòd velit clementiæ principali velut aliquod munus offerre. pietas enim mea huiusmodi dona non expetit, neque regium sibi offerri à priuatis cultum requirit. Sane si quis posthac aliquid contra vetitum huiusmodi sanctionis effecerit, & offerenda clementiæ meæ ornamenta quæ vsibus regiis deputata sunt, auro gemmisque decorata, ausus fuerit præparare: centum librarum auri condemnatione sciat se esse feriendū: capitali quo-

"al. curcumis. Azo, qui ait esse eã partẽ freni equini, quæ ori equi imponitur, & vulgo morsus equi appellatur.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

que subdendum esse supplicio. Ornamenta enim regia intra aulam meam fieri à palatinis artificibus debent: non passim in priuatis domibus vel officinis parari. Vnde summa seueritate sancimus, vt quod in cultu ornatúque nostro sacrum & adoptabile est, id facere temeritas priuata non audeat. Si quis sanè contra vetitum tranquillitatis meæ aliquid fecerit, definitam superius multam ab his per officia palatinorum exigi, & sacris largitionibus nostris iubemus inferri.

DE CLASSICIS.

TITVLVS XII.

I. Impp. VALENTINVS & VALENS Augusti Auxonio P. P.[a]

[a] C.Theo. 11.l.1

CLASSEM Seleucenam aliásque vniuersas ad officium quod magnitudini tuæ obsequitur, volumus pertinere: vt classicorum numerus ex incensitis, vel accrescentibus compleatur: & Seleucena ad auxilium purgandi Orientis, aliásque necessitates comiti Orientis deputetur. Dat. Indictione XII.

DE DECVRIALIBVS VRBIS ROMAE.

TITVLVS XIII.

I. Imp

I. Imppp. VALENTINIANVS, THEOD. & ARCAD. Augusti ad Trifolium P. P.

SI QVIS decurialem de auferendis priuilegiis putauerit lite pulsandũ, intelligat se curiæ interpellare debere iudicem. Datum XIIII. Kalend. Feb. Mod. Timasio & Promoto Coss.

C.Theo. lib.14 tit. 1.l.3 §.si quis.

II. Imppp. ARCADIVS, HONOR. & THEOD. Augusti Exuperantio, Iulio, & cæteris decurialibus.

LEges decuriales tam à superioribus principibus, quàm à diuo parente nostro conditas, nostra auctoritate firmamus. Singulos itaque iudices scire volumus, ne quis huic collegio iniuriis corporalibus tentet notam atterere, neque ab his commodis quæ rationibus approbantur, audeat separare. huic enim collegio volumus antiquam priuilegiorum prærogatiuam seruari. Datum VIII. Id. Iul. Romæ, Honorio A. VI. & Aristeneto Coss.

C.T.14. 1.4.

DE PRIVILEGIIS CORPORATORVM VRBIS ROMAE.

TITVLVS XIIII.

Incolæ vrbis Romæ gaudent priuilegiis ciuium. Bart.

I. Impp. HONORIVS & THEODOS. Augusti ad Alypium P. V.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

NVLLI *sit*[a] *liberum, nulli permissum, vt nouum aliquid vrbis incolae in vrbe sustineant: sed in honorem aeternae vrbis corporatis indulta suffragia valere praecipimus. Cura autem rectorum prouinciarum, corporati vrbis Romae, qui in peregrina transgressi sunt, redire cogantur: vt seruire possint functionibus quas imposuit antiqua solennitas. Datum Prid. Id. Iul. Aquil. Tatiano & Symmacho Conss.*

[a] Hæc cōstitutio ex 2. 3. & 4. constitut. cōflata est, quę extant in C. Theo. lib. 4. titu. 2. quare ex eo loco pete inscriptiones & consules. cómodè enim hîc reponi non poterant, nisi hæc cōstitutio rursus dissoluta fuisset in tres illas consti.

DE PISTORIBVS.

TITVLVS XV.

I. Imp. LEO A. Viuiano.

QVICVNQVE *ex mancipiis comitis horreorum, dignitatem & officium vel ambitione, vel gratia, vel pecunia, seu quolibet alio modo posthac fuerit adsecutus: exutus dignitate, quam contra interdictum nostrae serenitatis adeptus est, multatus etiam viginti libris auri, ad antiquum denuo consortium collegiúmque reuocetur: omne etiam speciale beneficium, quocumque modo contra hanc sanctionem fuerit impetratum, penitus conquiescat.*

DE SVARIIS, ET SVSCEPTORIBVS VINI, ET CAETERIS CORPORATIS. TIT. XVI.

I. *Imp*

I. Imppp. VALENTINIANVS, THEODOS. & ARCADIVS Augusti ad Albinum P. V.

C. Theo. 14.4.6.

PORCINARII *vrbis aeternae, cum peruigilem laborē populi Romani commodis exhibeant: sordidis semper muneribus liberentur. Dat. VIII. Kal. Septembr. Romae, Timasio & Promoto Coss.*

Prætor vrbis est iudex porcariorum, siue ipsi agant, siue conueniantur. Bart.

II. Impp. ARCADIVS & HONORIVS Augusti Florentio P. P.[b]

QVicunque *ex corporibus suariorum, siue excipiendae necessitate litis adstrictus, siue inferendae voluntate spontanea prouocatus, iudicium voluerit experiri: fori vrbani auditorium*[c] *praestoletur.*

[b] al. Hilario P. V. vt C. Th. 14. 4. 8. vnde sumpta est hæc constitutio.
[c] adiutorium.

DE COLLEGIATIS, ET CHARTOPRATIS, ET nummulariis.

TITVLVS XVII.

Qui intrat vnum collegium, & munera ad quę ordinatus est, non exercet: non effugit munera alterius collegij de quo exiuit.

I. Impp. THEODOS. & VALENTINIA. Augusti Cyro P. V.

QVI *sub*[d] *praetextu decanorum seu collegiatorum, cum id munus non impleant, aliis se muneribus conantur subtrahere: eorum fraudi-*

[d] Iam semel posita fuit hæc l. sub tit. de sacrosan. eccles. l. qui sub prætextu.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

bus credimus esse obuiandum: ne quis sub specie muneris, quod minus exequitur, alterius muneris oneribus releuetur: ne argentariorum vel nummulariorum munera declinentur ab his qui dici tantummodo collegiati vel decani festinant. Ideóque si quis eorum sub nudæ appellationis velamine collegiatum se vel decanum appellat: sciat pro se alium subrogãdum, qui prædicto muneri sufficiens approbetur: subrogatione videlicet memoratorum, vel eorum qui moriuntur, primatum eius qui subrogatur, admissa iudicio.

Qui supra numerum admittuntur in collegio, non gaudent beneficio collegij. Bar.

¶ Quòd autem supra numerum qui in cautu breuibus continetur, nemo se quolibet patrocinio, vel cuiuslibet adsumpta potẽtia debeat excusare, hoc nostræ est serenitatis censere, & tuæ sublimitatis, tuíque officij cautius obseruare. Hoc inter omnes æqua lance seruari præcipimus: nullo diuinæ domus patrocinio, nulla sacrosanctarum ecclesiarũ reuerentia, nullo qualibet vel cuiuslibet potentia se excusante. Sed ne tantum circa munera releuanda supplicibus consuluisse noscamur: illud etiam dicendum obseruandúmque esse censemus, vt chartæ venditio, quæ de prouinciis ad corporatos supplicũ per innouationem translata est, primæ constitutionis terminis cõcludatur: hoc est, quod in initio

tio

tio dispositionis constitutum est, id in posterum nulla addita nouatione seruetur.

DE STVDIIS LIBERALIBVS VRBIS ROMAE, ET Constantinopolitanæ.

TIT. XVIII.

1. Impp. THEODOSIVS & VALENT. Augusti P. V.[a]

[a] C.Theo. eo.ti.l.3.

VNIVERSOS qui vsurpantes sibi nomina magistrorum, in publicis magistrationibus cellulísque collectos vndecũque discipulos circunferre consueuerunt, ab ostentatione vulgari præcipimus amoueri: ita vt si quis eorum post emissos diuinæ sanctionis affatus, quæ prohibemus, atque damnamus, iterum fortè tentauerit, non solum eius quam meretur infamiæ notam subeat, verum etiam pellendum se ex ipsa vbi versatur illicitè vrbe cognoscat. Illos verò qui intra plurimorum domos eadem exercere priuatim studia consueuerunt, si ipsis tantummodo discipulis vacare maluerint, quos intra parietes domesticos docent, nulla huiusmodi interminatione prohibemus. Sin autem ex eorum numero fuerint, qui videntur intra Capitolij auditorium constituti: hi omnibus modis priuatarũ ædium studia sibi interdicta esse cognoscant: scituri,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

quòd si aduersus cœlestia statuta facientes deprehensi fuerint, nil penitus ex illis priuilegiis consequantur, quæ his qui in Capitolio tantummodo docere præcepti sunt, merito deferuntur. Habeat igitur auditorium specialiter nostrum in his primùm, quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, oratores quidem tres numero, grammaticos verò decem. In his etiam qui facundia grauitatis pollere noscuntur, quinque numero sint sophistæ, & grammatici æquè decem. Et quoniam non his artibus tantum adolescentiam gloriosam optamus institui: profundioris quoque scientiæ atque doctrinæ memoratis magistris sociamus auctores. Vnum igitur adiungi cæteris volumus, qui philosophiæ arcana rimetur: duos quoque qui iuris ac legum voluntates pandant: ita vt vnicuique loca specialiter deputata adsignari faciat tua sublimitas: ne discipuli sibi inuicem possint obstrepere, vel magistri; néve linguarum confusio permixta, vel vocum, aures quorundam aut mentes à studio literarum auertat. Datum III. *Kalend. Mart. Constantinop. Theodosio* A. XI. *& Valentiniano Coss.*

DE HONORATORVM VEHICVLIS.

TITVLVS XIX.

Antiquitus in signum dignitatis & honoris, in dignitate positi ibant in curribus seu vehiculis. Bart.

I. Imppp. GRATIANVS, VALENTINIAN. & THEODOSIVS Augusti Nebridio P. V.[a]

OMNES *honorati, seu ciuiliũ seu militariũ, vehiculis dignitatis suæ, id est carrucis, intra vrbem sacratißimi nominis semper vtantur. Datum* II. I *Kalend. Febr. Constantinop. Honor.* N. P. *& Euodio Coss.* C. Theo. lib. 14. tit. 12. l. 1.

DE PRIVILEGIIS VRBIS CONSTANTINOPOLITANAE.

TITVLVS XX.

I. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS Augusti.[a]

VRBS *Constantinopolitana non solum iuris Italici,[a] sed etiam ipsius Romæ veteris prærogatiua lætetur.*

[a] Pars l. 6. 5. de sacr. san. eccl. [a] quod induxerant Valentinianus, Valens & Gratia. l. 1. C. T. li. 14. tit. 13. de iure Italico vrbis Constantinopolitanæ. Contius.

DE METROPOLI BERYTO.

TITVLVS XXI.

In eadem prouincia possunt esse duæ matrices ciuitates. Bart.

I. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS Augusti.

Propter

PRopter multas iustásque causas metropolitano nomine ac dignitate ciuitatem Berytum decernimus exornandã, iam suis virtutibus coronatã. Igitur hæc quoque metropolitanam habeat dignitatem. Tyro nihil de iure suo derogetur: Sit illa mater prouinciæ maiorum nostrorum beneficio: hæc nostro: & vtraque dignitate simili perfruatur.

i. Traiani: à quo id Paulus Tyrius orator primus impetrauit, auctore Suida. vide Alc. li. 4. parergô, c 15.

DE CANONE FRVMENTARIO VRBIS ROMAE.

TITVL. XXII.

Nauta debet confiteri se recepisse species incorruptas. Bart.

I. Imppp. VALENTINIANVS, VALENS & GRATIANVS Augusti ad Iulianum P. F. Annonæ.

Cod. Th. lib. 14. ti. 15. l. 2.

NAutici apud præsidum aut magistratuum acta confiteantur incorruptas species suscepisse, eorúmque apud quos deponitur ista testatio, præsens aspectus probet nihil in his esse vitij. quod eo tempore quo ad sacræ vrbis portum peruenit, præfecturam iugiter obseruare præceptum est. Dat. XVIII. Kal. Iul. Remis, Gratiano A. I. & Dagalaifo Coss.

Annullat omnia priuilegia concedentia remissionem canonis. Bart.

II. Imp.

II. Impp. ARCADIVS & HONORIVS Augusti ad Senatum.

Cod. Th. eo. l. 2.

SI quid frumenti vel hordei vrbicarij canonis remissione indultum est speciali beneficio: contra commodum publicum rescripta elicita non valeant. Dat. XVII. Kalend. Maij, Med. Cæsario & Attico Coss.

aliàs olei

Nullus potest postulare canonis mutationem: & impetrata priuilegia, à iudice non admittantur. Bart.

III. Iidem Augusti Messalæ PP.

Cod. Th. eo. l. 5.

NEminem patimur in mutando canone vrbis Romæ, nostræ clementiæ beneficiũ postulare, sed etiam ea rescripta quæ quoquo modo potuerint impetrari, suscipi non sinimus. eos vero qui contra hæc fecerint, in duplum retinendos esse decernimus. vicarios, quinetiam cæteros iudices (nisi deinceps ab vsurpatione vrbicarij canonis abstineant) deportationis pœna detineri. primates officiorum capitali supplicio subiugari perpetua auctoritate sancimus.

Hęc quoque cõstitut. ex 5. & 6. cap. reiectis multis & truncatis constitutionibus coagmentata est, extant in Co Theo. lib. 14. tit. 15. l. vlt. §. deinceps. vbi §.

DE FRVMENTO VRBIS CONSTANTINOPOLITANAE.

TITVLVS XXIII.

aliàs de canone et frumẽto vrb.

Quod debet dari in pane, non debet solui in frumento. Bart.

I. Impp. HONO. & THEODOSIVS Augusti Vrso P. V.

Cod. Th. 14. 16. 2.

Nulli

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

NVlli ne diuinæ quidem domui nostræ frumentum de horreis publicis pro annona penitus præbeatur: sed integer canon mancipibus consignetur, annona in pane cocto domibus exhibenda. ita enim debet canon ab inclytæ memoriæ Constantino præstitus, necnõ à diuo pietatis meæ auo Theodosio auctus, expendi: quoniam crescit inopia, si frumenta quæ pro annona tribuuntur, ad vsus alios deputata cognoscãtur. coguntur enim de publico sibi emere, quæ aliis vẽdere potuissent. Dat. x. Kal. Aug. Constantinop. Theodoro A. VII. & Palladio Coss.

Quantitas statuta ad emptionem frumenti, non potest minui, nec ad alios vsus conuerti. Bart.

II. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS Augusti Leontio P. V.

[a] l. 6 11. auri libræ, ex Theo. Cod eod. tit. l. 3.

AVri statuta quãtitas[a] ad coëmptionem frumentariam perpetuo sit dedicata: nec liceat cuiquam post administrationem vrbicariæ potestatis perceptam, aliquid ex eadẽ summa minuere, vel ad quoscunque alios vsus conuertere: sed sub gestorum testificatione certum fiat & quod mãcipibus mutui nomine datum est, & quod ab iisdem sit excepta omni concussione soluendum. eum autem qui hanc formam ausus fuerit inquinare: quãtitatem in qua suã calliditatem exercuerit, in duplum redhibere iubemus:

iubemus: & quicquid ex prædicta ratione accreuerit, ad cumulum eiusdem auri quantitatis & frumentarij tituli firmiter redundare: legisq; huius tenorem æneis tabulis incidi. Dat. v. Kalend. Decemb. Constantinop. Ariobindo & Aspare Coss.

DE ANNONIS CIVILIBVS.

TITVLVS XXIIII.

Annonæ ciuiles non dantur pro titulis in dignitatibus, sed pro meritis. Bart.

I. Imppp. THEODOSIVS, ARCAD. & HONORIVS AAA. Proculo P. V.[a]

[a] Cod. Th. eo. ti. l. 10

ANnonas publicas non tam titulis dignitatum, quàm singulorum virorum meritis attributas diui Constantini liberalitate, satis claruit. Ideóque nihil ex his scholarum nomine vindicetur: sed pro vniuscuiusque merito, quæ sunt concessa seruentur: vt quicumque perceptarum annonarum emolumenta vel in heredes proprios iure sanguinis transfuderunt, vel in extraneos distractionis titulo transcripserunt, maneat quod gestum est, vel hereditatis merito, vel alienationis arbitrio. Dat. VII. Kalend. Iul. Constantinop. Arcadio A. II. & Rufino Coss.

II. Impp.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

II. Imppp. THEODOS. ARCAD. & HONORIVS Augusti.

Centum vigintiquinque modios frumenti, præter solitum canonem, per singulos dies de præsenti sexta indictione ex die Kalend. Ianuary nomine parapeteumatis* de horreis publicis huius almæ vrbis, insita nostræ pietatis liberalitate tribuimus, datis sacris apicibus ad sublimissimă quoq; per orientem præfecturam, quibus possit & modum nostræ donationis agnoscere, & incunctanter præbere quæ iussimus: quam modiationem iugiter & in perpetuum ciuibus nostris debere conferri, valitura in æuum hac lege sancimus.

*i. tesseræ nomine, quæ πιτὸς Græce appellatur, & peteuma, & parapateuma. Cuiacius hîc.

DE MENDICANTIBVS VALIDIS.*

*In Cod. The. legitur, non inualidis, rectius. Contius.

TITVLVS XXV.

Qui sine necessitate mendicant, possunt inspici: & qui eos inspexerit, & prodiderit, & esse probauerit, dominium eorum consequitur, si sunt serui: vel ius colonatus, si sunt liberi, salua dominis actione serui corrupti.

I. Imppp. GRATIANVS, VALENTINIA. & THEODOS. Augusti ad Seuerum P. V.*

*Cod. Th. 14 18. 1.

Cunctis quos in publicum quæstum incerta mendicitas vocauerit, inspectus, exploretur in singulis & integritas corporum, & robur annorum: atque inertibus & absque vlla debilitate miserandis necessitas inferatur, vt eorum quidem quos tenet conditio seruilis, proditor studiosus & diligens dominium consequatur: eorum verò quos natalium sola libertas persequitur, colonatu perpetuo fulciatur quisquis huiusmodi lenitudinem prodiderit, ac probauerit: salua dominis in eos actione, qui vel latebram fortè fugitiuis, vel mendicitatis subeundæ consilium præstiterunt. Dat. XII. Kalend. Iul. Pataui, Antonio & Syagrio Coss.

DE NAVTIS TYBERINIS.

TITVL. XXVI.

Qui nauem Tyberinam habet, onus publicum cogitur suscipere, nec vllo priuilegio excusatur. Bart.

I. Impp. VALENTINIANVS & VALENS Augusti ad Symmachum P. V.*

*Cod. Th. 14. 21. I.

Qui nauem Tyberinam habere fuerit ostensus: onus reipublicæ necessarium agnoscat. Quodcumque igitur nauigium in alueo Tyberis inuenietur, competẽtibus & solitis obsequiis mancipetur: ita vt nullius dignitas aut priuilegium ab hoc officio vindicetur. Dat. VIII. Id. Octo. Altini, diuo Iouiano & Varroniano Coss.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

DE FRVMENTO ALEXANDRINO.

TITVL. XXVII.

I. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS Augusti Anthemio P. P.[a]

[a] Cod. Th. 14.26.1.

IN æstimatione frumenti quod ad ciuitatem Alexandrinam cõuehitur, quicquid de crithologia & Zygostasij munere, & pro naucleroum tuendæ substantia eminentia tua disposuit, roboramus: atque vt curialibus prædæ auferatur occasio, iubemus eos ad huiusmodi solicitudinem affectandam nunquam accedere, sed designata officia tuis prouisionibus examinata, solitudine prædictam implere. Dat. V. Kal. Feb. Constantinop. Honor. IX. & Theodo. V. AA. Coss.

II. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIA. Augusti Isidoro P. P.[a]

[a] Cod. Th. 14.26.2.

DIurnos centum & decem modios alimoniis Alexandrinæ ciuitatis addi decernimus: vt nemo priuetur eo quod nunc vsque percepit: & perissochoregiæ[a] nomen penitus amputetur, & tesseræ designentur, & nostræ pietatis nomine censeantur. Dat. Prid. Non. Iun. Constantinopol. Isidoro & Senatore Coss.

[a] Vide Alciatũ hic.

DE ALEXANDRIÆ PRIMATIBVS.

TITVL. XXVIII.

I. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS Augusti Isidoro præfecto prætorio.[a]

[a] Cod. Th. 14.27.2.

COrporatos ciuitatis Alexandrinæ, repurgandi fluminis onere liberamus: & pro tenore dispositionis tuæ quadringentos solidos ex dinummio vectigali memoratæ ciuitatis præcõmodari decernimus, ita vt ex titulo nauium modis omnibus repensetur. Dat. Prid. Non. Iun. Constantinop. Isidoro & Senatore Coss.

DE IVRE REIPVBLICAE.

TITVL. XXIX.

Sententia lata contra ciuitatem indefensam, est ipso iure nulla. Bart.

I. Imp. ANTONINVS A.

SI quid aduersus rempublicam indefensam, in ea specie in qua neq; defensores creati fuerint, neque vt crearentur placuit, statutum est: actionibus eius nihil est præiudicatum.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

Respublica non habet tacitam hypothecam, nisi ex speciali priuilegio vel ex pacto. Bart.

II. Idem A. PHORODIO & aliis.

AN respublica, in cuius locum successistis, ideo quia satisfecisse debito vos proponitis, ius pignoris in eo fundo habeat, apud suum iudicem quæritur. si enim neq; beneficio sibi cõcesso id ius nacta est, neq; specialiter in obligatione pignoris sibi prospexit: causa eius non separatur à cæteris creditoribus qui habent personalem actionem.

III. Imp. ALEXANDER A.

REmpublicam, vt pupillam, extra ordinem iuuari moris est.

Quod ciuitas facit secundum sua statuta, non reuocatur per præsulem vel præsidem. Bart.

IIII. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIM. AA.

SI secundum legem ciuitatis respublica cuius meministi, ruina collapsis ædificiis tuis distraxit aream: nihil contra huius legis tenorem rector prouinciæ fieri patietur.

DE ADMINISTRATIONE RERVM PVBLICARVM.

TITVL. XXX.

I. Imp. PHILIP. A. Crescentiæ.[a]

[a] Crescentio.

FVndum vectigalem, si suis quibusq; temporibus debitæ quantitates inferantur: inuito possessore auferri non posse manifestum est.

Si officialis est negligens in exigendo cautionem de legato, vel fideicommisso præstando, tenetur ad interesse. Bart.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANVS Augusti & cc.

COntra eos qui rempublicam administrantes, per officij necessitatem sub conditione relicti fideicommissi satis accipere debuerunt: quanti reipublicæ interest satis non esse acceptum, dirigendam esse actionem perspicitis.

DE VENDENDIS REBVS CIVITATIS.

TITVLVS XXXI.

Venditio pura & perfecta non debet à republic. reuocari, licet per alium maius precium offeratur. Bart.

I. Imp. ANTONINVS A.

SI sine vlla cõditione prædia vendente republica cõparasti: perfecta venditione, nulla ratione vereris ne adiectione facta auferri tibi dominiũ possit. Tempora enim adiectionibus præstituta, ad causam fisci pertinent: nisi si qua ciuitas propriam legem habeat.

Locatio perfecta non reuocatur, licet alius maiorem pensionem offerat. Bart.

II. Impp. VALERIANVS & GALLIENVS Augusti.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

QVamuis incrementum conductioni factæ publici prædij videatur offerri, non tamẽ additamenti specie oportet fidem locationis infringi: præsertim cum tantum iam temporis ex contractu decessisse proponas.

Immobilia ciuitatis, & mobilia quæ seruando seruari non possunt, pro vtilitate ciuitatis permittuntur alienari auctoritate principis in vtraque Roma: in aliis vrbibus auctoritate præsidis, & consensu cuiuslibet possessoris. Bart.

III. Imp. LEO A.

SI quæ hereditatis, vel legati, seu fideicommissi, aut donationis titulo domus, aut annonæ ciuiles, aut quælibet ædificia vel mancipia ad ius inclytæ vrbis, vel alterius cuiuslibet ciuitatis peruenerint: super his licebit ciuitatibus venditionis pro suo commodo inire contractum: vt summa precij exinde collecta, ad renouanda siue restauranda publica mœnia dispensata proficiat. Indefessa verò cura prospicientes, ne quis aduersus ciuitatum commoda quicquam moliri poßit incõmodi, sed sine vlla fraude seu nundinatione vel colludio, seu conniuentia huiusmodi venditiones procedant: hoc etiam in posterum obseruandum esse censemus, vt si quidem ad hanc inclytam vrbem domum vel ciuiles annonas, aut alia quælibet ædificia vel mancipia pertinentia contigerit venundari: nõ aliter nisi imperiali auctoritate

tate vendantur: in prouinciis verò, præsentibus omnibus seu plurima parte tam curialiũ quàm honoratorum & possessorum ciuitatis ad quam res prædictæ pertinent, propositis sacrosanctis scripturis sigillatim vnumquemque eorum qui conuenerint, iubemus sententiam quam putet vtilem patriæ suæ designare: vt ita demum decreti recitatione in prouinciali iudicio interueniente, emptor competentem poßit habere cautelam. Hos autem venditionum contractus, siue iam completi fuerint, siue postea ineundi fuerint, stabiles esse censemus.

DE DEBITORIBVS CIVITATVM.

TIT. XXXII.

Debitores ciuitatum non possunt in eis habere honorem, nisi primò debitum soluant. Bart.

I. Imp. ANTONINVS A.

NOn prius debitorem reipublicæ honorem in republica subire, quàm id quod debere constiterit, conuentus exsoluerit: tam meis quàm diuorum principum constitutionibus declaratur.

II. Imp. CONSTANTINVS A. Verino S.

APud eos quos superstites integris facultatibus esse peruideris, vel quorũ heredes

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

incolumia retinent patrimonia, sortes reipublicæ perseuerare debebunt: ita tamen, vt annuas vsuras suis quibusque temporibus exoluant, cum simul & reipublicæ vtile sit retinere idoneos debitores: & ipsis sit commodum, cumulum debiti minimè nutriri. Et quia nefas est, obnoxiis corporibus alienatis, circunscribi ciuitates: placuit, si quis debitor reipublicæ ciuitatis quippiam ex eo patrimonio quod habuit cum pecuniam reipublicæ sumeret, donauerit, vel distraxerit, vel qualibet in alium ratione contulerit: qualitate rei alienatæ perspecta, atque omnibus debitoris facultatibus consideratis quas habuit cum ei pecunia crederetur, pro rata ab eo qui ex debitoris facultatibus aliquid detinet, ex sorte atque vsuris postulari. Itaque quoties minus idoneum deprehenditur eius patrimonium, cuius nomen ciuitati alicui inuenitur obnoxiũ: iudex omni diligentia & solicitudine debebit inquirere ad quos ex qualibet conditione transierint debitoris facultates: vt singuli æqua æstimatione habita, pro rata rerum quas posſident, conueniantur, personalem actionem contra eum habituri debitorem, qui ipsis soluentibus liberatur. Ab eo autem, à quo constat fortunarum suarum partem maximam receſsiſſe, etiam reliquam portionẽ quæ apud eum resederit, transferri ad idoneum oportebit. Quòd si quispiam debitor

debitor reipublicæ ciuitatis, fisco nostro locum fecerit: emptores qui à fisco nostro comparauerint, manifestum est, secundum ius vetus, & rescripta diuorum principum, constitutionésq; nostras nullam debere molestiam sustinere. Quòd si quis debitor non cõparuerit, vel certè omnia sua ita cõsumpserit, vt nemo aliquam rem ex eius bonis posſideat: id debitum conuenit ad dispendiũ reipublicæ pertinere: ideóque cura patris ciuitatis apud idoneos, vel dominos rusticorum prædiorum pecunia collocanda est.

DE PERICVLO NOMINATORVM.

TITVLVS XXXIII.

Electores officialium publicorum non tenentur pro electis, licet fideiuſſores non receperint, si tempore depositæ administrationis soluendo fuerint. Bart.

I. Imp. GORDIANVS [a] A. [a] al. Gratianus.

HI qui à te collegáque tuo magistratus creati sunt: etiam si maximè fideiuſſores non exegistis, tamen si per id tempus quo magistratus honor deponebatur, soluendo fuerunt: periculo vos creationis non fecerunt obnoxios ex eo quòd casu aliquo patrimonium eorum mutilatum sit: cum ceſſatio-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ni suæ id debeant imputare, damnáque reipublicæ si qua ob culpam eorum passa est, sarcire: qui cum nomine publico eos conuenire potuissent, id facere supersederunt.

Nominator tenetur pro nominato officiali in quantum ipse conuenitur ex persona sua.

II. Imp.[a] PHILIPPVS A. & Philippus Cæs.

[a] In veteri scrip. Idé Rufino.

SI successoris tui successor non idoneum loco sui magistratum denominauerit: administrationis eius periculum ad tuam personam spectare nequaquam potest. etenim nominati successoris duntaxat quisque periculum suscipere compellitur: nec ad nominatoris nominatorem manus iure porrigi possunt.

DE PERICVLO EORVM QVI PRO MAGISTRAtibus interuenerunt.

TIT. XXXIIII.

Fideiussores tenentur reipublicę ad interesse, non ad pœnam in quam magistratus delinquendo incurrunt. Bart.

I. Imp. ANTONIN. A. Luciano.

FIdeiussores magistratuum in his quæ ad reipublicæ administrationem pertinent, teneri, non in his quæ ob culpã vel delictũ eis pœnæ nomine irrogentur, tam mihi quàm diuo Seuero patri meo placuit.

QVO

QVO QVISQVE ORDINE CONVENIATVR.

TIT. XXXV.

I. Imperator ANTONINVS A.

ET si duobus simul cura pecuniæ ciuitatis non tamen separatis portionibus, mandetur: singuli non pro virili portione, sed in solidum reipublicæ obligantur. cum autẽ de indemnitate ciuitatis eius quæritur: prius eius bona qui administrauit, ac mox si satisfieri non poterit, collegæ conueniuntur. vos tamen qui heredes vnius ex curatoribus extitistis: damno, si quod post mortem eius dolo vel culpa collegarum accessit, onerari, non est rationis.

Duobus si committitur pro indiuiso administratio, quilibet ante nominatorũ primum conuenitur: secus si separatis portionibus.

II. Imp. GORDIANVS[a] A.

[a] al. Gratianus.

QVotiens duobus non separatim, sed pro indiuiso munus iniungitur, & ita vt vnusquisque eorum periculo soliditatis videatur obstrictus: manus ad nominatorem priusquàm vtrique qui id munus administrauerũt, solenniter fuerint excusi, nulla ratione porrigi possunt. si verò separatis portionibus ad munus nominati sunt: prius pro portione conue-

niantur

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

nantur qui id munus administrauerint: item fideiussores eorum. Si nec ab his quidem indemnitas fuerit seruata, tunc demum creatorem: ac si nec is quidem sufficiat, nouissimè participē muneris conueniri debere præses nō ignorat.

III. Imppp. CARVS, CARINVS & NVMERIANVS AAA. Theodosio.

SI ita duumuiri creati estis [hoc expressò] vt mutuo periculo teneamini: indubium non venit vicariis damnis vos esse obstrictos: cum in magistratibus prius nominatores cōueniendos esse (hoc quod in persona nostra custodiri considerastis) constitutum est.

Si administratione diuisa vnus collegarum pecuniam collocauerit, quam resp. consequi non potest, eo mortuo heres eius cōueniendus est primo: secundo possessor: tertio nominator: quarto collega. Bart.

IIII. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIANVS AA.

CVm te & collegam tuum magistratus vestri tempore publicū fœnus collocasse proponas, nec potuisse debitum à quibusdam reipublicæ restitui: cum paratus sis pro te id quod solus gessisti, reipublicæ satisfacere: consequēs est rempublicam, si separati actus vestri contractus fuerint, successores collegæ tui vel rerum eius possessores prius ob personā eius congredi: &, si solida indemnitas reipublicæ seruata non fuerit, nominatores eius interpellare ac

ac postremo loco si quid ex nomine collegæ tui defuerit, ob culpæ nexum te interpellare. priores enim nominatores veluti fideiussores placuit obstringi.

NE QVIS LIBER INVITVS ACTVM REIPVBLICÆ gerere cogatur.

TIT. XXXVI.

I. Imp. ALEXAMDER A. Vrbico.

SI vt proponis, decreto ordinis ad libertatem ductus es: non debere te inuitum, actum reipublicæ administrare, curator reipublicæ non ignorat: præsertim cum serui huiusmodi officia administrare debeant.

II. Imp. DION. & MAXIM. AA.

SI cum ingenuus esses, ad actum gerendum à republica compelleris: auxilium præsidis, & iuris præsidia, prout vsus exigebat, implorare potuisti.

SVMPTVS INIVNCTI MVNERIS AD OMNES collegas pertinere.

TIT. XXXVII.

I. Imp. MAXIMIAN. A.

Cum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

CVm ad munus exhibendarum angariarum cum aliis creatus, à cōsortibus muneris solicitudine deserta, solū te functum esse proponas: sumptuum detrimenta si qua acciderint, collatione eorum quos munus oportuerat participare, prouisione praesidis diuidentur. quòd si etiam à te obsequium derelictum esse cognouerit: quid censurae publicae congruit, non ignorat.

DE HIS QVI EX OFFICIO QVOD ADMINISTRARUNT, conueniuntur.

TIT. XXXVIII.

Si pecunia mutuatur per administratoré reipublicae, ad ipsum damnum sortis pertinet, non vsurarum. Bart.

1. Imp. M. ANTONINVS A.

FOenoris reipublicae, quod non tua culpa perditum esse apparuerit: sufficit sortis damnum non etiam vsurarum eius sustinere.

DE SOLVTIONIBVS ET LIBERATIONIBVS DEBItorum ciuitatis.

TITVLVS XXXIX.

1. Imp. ALEXANDER A. Quatuoruiris & decurionibus Fabretanorum.

Cautiones

CAutiones seruorū publicorum ita demum firmam securitatem debitoribus praestant, si curatorum adsignātium, vel eorum quibus exigendi ius est, auctoritate subnixae sunt. Cum autem is qui exoluisse dicitur, solam scripturam actoris suscipientis pecuniam promat: ea tantùm defensio consueuit admitti, si quod exolutum est, rationi reipublicae profecisse doceatur. Sanè curator vester, si fraude serui constiterit effectū vt interciperentur à curatore illatae à debitoribus quātitates: de peculio eius, quod eo modo deest, restituet.

DE SPECTACVLIS, ET SCENICIS, ET LENONIBVS.

TIT. XL.

1. Imppp. VALENS, GRATIA. & VALENTIN. AAA. ad Hesperium proconsulem Africae.ª

ª Ex C. T. lib. 15. tit. 7. l. 3. Cōt.

NOn inuidemus, sed potius cohortamur amplectenda felicis populi studia, gymnici vt agonis spectacula reformētur. Verumtamen cum primates viri, populi studiis ac voluptatibus grati esse cupiant: promptius permittimus, vt integra voluntas sit, quae volentium celebratur impensis. Dat. VI. Id. Mart. Treuer. Valente V. & Valentiniano AA. Coss.

Deser-

Deseruientes sacris ludis, nullo adficiuntur supplicio. Bart.

II. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. Augusti ad Valerianum P.V.*

*C.T.15.7.7

*al. legitur post.l. quisquis.

Eos qui agitandi munus exercent: illustris auctoritas tua nullis præter circense certamẽ adfici nouerit oportere suppliciis. Da. VIII. Idus Maij, Eucherio & Syagrio Coss.*

III. Iidem ad Valerianum.*

*C.T.15.7.6

Quisquis equos quos vel serenitas nostra, vel ordinarij consules tribuunt voluptatibus, ad commodum compendiúmque priuatum abduxerit: vnius libræ auri condemnatione multetur. Datum VIII. Kalend. Maij. Triu. Eucherio & Syagrio Coss.

In loco in quo principis imagines consecrantur, non debent fieri spectacula, nec histriones vel viles picturæ introduci. Bart.

IIII. Imppp. THEODOSIVS ARCADIVS & HONORIVS Augusti Rufino P.P.*

*C.T.15.7.12.

Si qua in publicis porticibus, vel in his ciuitatum locis in quibus nostræ solent imagines consecrari, pictura pantomimum veste humili, & rugosis sinibus agitatorem, aut vilem offerat histrionem: ilico reuellatur, neque vnquam posthac liceat in loco honesto inhonestas adnotare personas: in aditu verò circi, vel in theatri proscenijs vt collocentur, non vetamus. Dat.

Datum III. *kal. Iul. Heracleæ, Arcad.* A. III. *& Honor.* A. II. *Coss.*

V. Impp. HONOR. & THEODOS. Augusti Anthemio P.P.

Nemo iudicum ex quacunque ciuitate in aliud oppidũ vel ex prouinciæ solo equos curules, aurigas, bestias, histriones, ciues tentet traducere: ne dũ popularibus plausibus intemperanter seruiũt: & publicarũ rerum statũ fatigent, & festiuitatem impediant in cunctis oppidis celebrandam: ita vt si quis hanc violauerit iussionem, pœna teneatur ea quæ legum violatores persequitur. Datum VIII. *Id. Augu. Constantinopo. Honorio* VIII. *& Theodosio* III. A A. *Coss.* C. Theo. 15.5.3.

Patres vel domini si filiabus aut ancillis peccandi præbent necessitatem, earum perdunt potestatem. Bart.

VI. Impp THEODOSIVS & VALENT. Augusti Florentio P.P.*

Lenones patres & dominos, qui suis filiabus vel ancillis peccandi necessitatem imponunt: nec iure frui dominij, nec tanti criminis patimur libertate gaudere. Igitur tali placet eos indignatione subduci, ne potestatis iure frui valeãt, néve quid eis ita possit acquiri: sed ancillis filiabúsque, si velint, conductisve pro paupertate personis, quas sors damnauit humilior, episcoporum liceat, iudicum etiam, defensorúmq; implorato suffragio, omni miseriarum

C.T.15.8.2. Iam semel posita fuit hæc l. in l.12. supra de episcop. audientia.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

necessitate absolui: ita vt si insistendum eis lenones esse crediderint, vel peccandi ingerant necessitatem inuitis, amittant non solum eam quam habuerint potestatem, sed proscripti, pœnæ mancipentur exilij, metallis addicendi publicis: quæ minor pœna est, quàm si præcepto lenonis cogatur quispiam coitionis sordes ferre, quas nolit. Datum XI. Kalend. Maij, Felice & Tauro Coss.

VII.

Μηδεὶς πορνοβοσκείτω τὸ λοιπὸν, μηδὲ πόρος ἐντεῦθεν ταῖς λαργιτίοσιν εἰσαγέσθω, μήτε δούλην ἢ ἐλευθέραν προϊστάτω τίς. ἐπεὶ εὐτελὴς μὲν ὢν ὁ τοῦτο ποιῶν πρὸς τῷ τιμωρηθῆναι καὶ μεταλλίζεται ἢ ὑπερόριος ἐξορίζεται. στρατείαν δὲ ἔχων ἢ ἐπιτήδευμα σεμνὸν ἀπολλύτω καὶ αὐτὴν σὺν τῇ οὐσίᾳ. ὡσαύτως καὶ οἱ θυμελικοὶ τούτων ἀπεχέσθωσαν. εἰ δὲ δοῦλον εἴη τὸ προστασθὲν παρὰ παντὸς ἐκδικείσθω προῖκα, εἴτε ἀνὴρ εἴτε γυνὴ εἴτε κληρικὸς ἢ μοναχὸς τοῦτο ἐκδικεῖ. ταῦτα δὲ φυλαττέτωσαν οἱ ἄρχοντες οἱ μείζονες καὶ οἱ ἥττονες καὶ αἱ τάξεις αὐτῶν ποινὴν ὑφορώμεναι καὶ εἰς τὸ σῶμα καὶ εἴκοσι λιτρῶν.

Eadem Latinè.

Ne quis deinceps lenociniũ exerceat, & nullus reditus inde largitionibus inferatur. nullus ancillam ingenuámve prostituat. alioquin humilior qui id fecerit, coërcitus metalli & exilij pœna damnabitur: honestior bona & militiam ac dignitatem amittet. His quoque abstineant thymelici. Quòd si ancilla prostituta sit, vt gratuitò vindicetur ab omnibus viris aut fœminis, clericis aut monachis. Et vti hæc obseruent magistratus tam minores quàm maiores & officia eorum, corporis & xx. librarum imminente pœna.

DE EXPENSIS LVDORVM PVBLICORVM.[a]

TITVLVS XLI.

Pecunia deputata ad spectacula, in refectionem murorum potest conuerti: & ipsis refectis causa pristina firma permanet. Bart.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. Augusti.

Cvm præsidem prouinciæ impensas quæ in certaminis editione erogabantur, ad refectionem murorum transtulisse dicas: & quod salubriter deriuatum est, non reuocabitur: & solenne certaminis spectaculum post restitutam murorum fabricam, iuxta veteris consuetudinis legem celebrabitur. ita enim & tutelæ ciuitatis instru-

[a] Theodorus Balsamon numerat húc ti. 41. huius libri, & 1. c. huius tit. tale recitat argumentum ex libris βασιλικ. De reliquo certamina liberè peraguntor. Nemo inuitus certamina edito. voluntarios enim súptus facere volo. Cont.

cte murorum præsidio, prouidebitur: & instaurandi agonis voluptas confirmatis his quæ ad securitatis cautionem spectant, insecuti temporis circuitione repræsentabitur.

DE AQVAEDVCTV.

TITVLVS XLII.

I. Imp. CONSTANTIN. A. ad Maximilianum Consularem.*

* Sic in meo manuscrip. Contius. C.Th.15. 2.1.
*forinarũ, mallet hîc Alciat. Sed recte legitur formarũ, id est aquæductuum: vt notaui in nouel. de mandat. principum. Contius.

AQVARVM possessores, per quorum fines formarum* meatus transeunt, ab extraordinariis oneribus volumus esse immunes: vt eorum opera aquarum ductus sordibus oppleti, mũdentur: nec ad aliud superindictæ rei onus iisdem possessoribus attinendis: ne circa res alias occupati, repurgium formarum facere non curent. quod si neglexerint, amißione possessionum multabuntur. nam fiscus prædium eius obtinebit, cuius negligentia perniciem formæ congesserit. Præterea scire eos oportet, per quorũ prædia aquæductus commeat, vt dextra læuáque ex ipsis formis quindecim pedibus intermißis arbores habeant: obseruante officio iudicis, vt si quo tempore pullulauerint, excidantur: ne earum radices fabricam formæ corrumpant. Datum XV. Kalend. Iun. Gallicano & Symmacho Coss.

De

De publico aquæductu aquam ad suum prædium deriuare non licet. Bar.

II. Imppp. VALENTINIANVS, THEODOSIVS & ARCAD. Augusti Pancratio P. V.*

C.Theo. l.3.eo.

SI quis decætero vetiti furoris audacia florentißimæ vrbis commoda voluerit mutilare, aquam ad suum fundum ex aquæductu publico deriuando: sciat eundem fundum fiscalis tituli præscriptione signatum, priuatis rebus nostris aggregandum. Dat. VIII.* Constantinop. Timasio & Promoto Coss.

Auertens aquam de publico aquæductu, debet ipsam ducere per castellum vel aliud paruum foramen, ne matrices fistulæ corrumpantur. Bart.

III. Iidem Augusti Albino P.V. Romæ.*

C.Th.eo. ti.l.4.

EOS qui aquæ copiam vel olim vel nunc per nostra indulta meruerunt: vsum aut ex castellis, aut ex ipsis formis iubemus elicere, neque earum fistularum quas matrices vocant, cursum ac soliditatem attentare, vel ab ipso aquæductu trahere. Quod si quis aliter fecerit: non solùm id quod prius iure beneficij fuerat consecutus, amittet: verum pro conditione quoque personæ seuerißima pœna plectetur. Dat. V. Kalen. Septemb. Rom. Timasio & Promoto Coss. & PP. IIII. Kalend. Iun. Constantinop. Olybrio & Probino Coss.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Ius hauriendi aquam, vel ea vtendi de publico aquęductu non turbatur, si tanto tempore quis est vsus, quòd de eius contrario memoria hominum non existit. Bart.

IIII. Impp. ARCAD. & HONOR. Augusti Asterio co. Orientis.

C.T. eo. ti.l.6.

VSum aquæ veterem, longóque dominio constitutum, singulis ciuibus manere censemus, nec vlla nouatione turbari: ita tamen, vt quantitatem singuli quam veteri licentia percipiunt, more vsque in præsentem diem perdurante percipiant: mansura pœna in eos qui ad irrigationes agrorum, vel hortorum delicias, furtiuis aquarum meatibus abutuntur. Datum Kalend. Nouemb. Cæsario & Attico Coss.

Qui beneficium ducendi aquam ex publico aquæductu impetrauit, debet illud intimare præfecto, & non alij. Bart.

V. Impp. THEODOSIVS & VALENT. Cyro P. P.

SI quis per diuinam liberalitatem meruerit ius aquæ: non viris clarißimis rectoribus prouinciarum, sed tuæ præcellentißimæ sedi cœlestes apices intimare debebit: condẽnatione cõtra illum qui preces moderatoribus insinuare conatur, quinquaginta librarum auri, & contra vniuersos administratores qui rescriptum per surreptionem elicitum suscipere moliuntur, proponenda: apparitoribus nihilo minus eorundem virorum clarißimorum prouinciæ moderatorum, animaduersionibus pro vigore tui culminis subiugandis: & amplißima tua sede dispositura, quid in publicis thermis, quid in nymphæis pro abundantia ciuium conueniat deputari: quid his personis, quibus nostra serenitas indulsit, ex aqua superflua debeat impartiri.

Seruitus aquæ ducendæ ad aliqua loca priuata ex aquæductu palatij Hadriani, etiam per rescriptum est prohibita. Bart.

VI. Iidem Augusti Cyro P. P.

OMnis seruitus aquarũ aquæductus Hadriani, siue domorum, siue posseßionum, siue suburbanorum, siue balneorum, vel per diuinos affatus intimatos in quolibet iudicio, vel per vsurpationem impertitos, penitus exprobretur. malumus etenim prædictum aquæductum nostri palatij, publicarum thermarum ac nymphæorum commoditatibus inseruire, & decernimus hanc dispositionem modis omnibus in posterum seruari: nemini licentia tribuenda, ab eodem aquæductu precibus oblatis vsum aquæ petere, vel eum audere perforare: scientibus his qui qualibet ratione putauerint ad huiusmodi molimen accedere, vel officio (si ausum fuerit instruere) vel minus instructis precibus parêre, centena pondo auri multæ nomine fiscalibus rationibus se esse illaturos. Super his sancimus sulcum publicum aquarum nullis intra decem pedes arboribus coartari: sed ex vtroque latere decempedale spacium integrum illibatúmque seruari. Præterea de plum-

Vide Alcia. hîc. *bus fistulis ducẽtibus ad thermas, quæ Achilleæ nuncupantur, quas prouidẽtiæ tuæ magnificentia factas fuisse cognouimus, eandem formam seruari censemus. etenim memoratas fistulas thermis tantum & nymphæis quibus eminentia tua deputauerit, volumus inseruire: facultate præbenda tuæ sublimitatis apparitobus, circumeundi sine formidine domus, suburbana, balnea, ad requirendum nequa deceptio vel suppreßio vel insidiæ contra publicam vtilitatem à quoquam penitus attententur.*

Pecunia ex vectigalibus redacta pro reparatione aquæductus, debet expendi dando eam operariis aquæductus. Bart.

VII. Iidem Augusti Eutychiano præfecto prætorio.

AD reparationem aquæductuum huius almæ vrbis, omnia vectigalia quæ colli-
Vide Cuiaciũ hîc. *gi possunt ex vniuersis scalis* huius inclytæ vrbis, & ex operariis qui Cyziceni dicuntur, ad refectionem eiusdem aquæductus procedere: illo videlicet obseruando, vt nemo eorum qui ius aquæ poßident, quancunque descriptionem sustineat. nam execrabile videtur, domos huius almæ vrbis aquam habere venalem.*

Præfectus conuertens aurum aquæductui deputatum ad aliud opus, de suo resarcire tenetur. Bart.

VIII.

VIII. Imp. ZENO Augustus ad Amantium* PV. *al. Adamãtio PP. rectius.

HAC lege sancimus, vt si quis amplißimã præfecturam gubernans, aurum aquæductui deputatum, ad alterum quodlibet opus non aquæductibus vel aquæ publicæ competẽs, extruendum vel curandum putauerit conuertendum: de suis facultatibus eandem summam aquæductus titulo repensare cogatur. Separatus vero arcarius aurum aquæductus suscipiat; gloriosißimorum consulum liberalitate, vel ex aliis titulis ad aquas publicas pertinentibus collectum, vel postea colligendum.

Fons publicus ab initio, vel ex postfacto publicus effectus, vsui priuatorum non applicatur, etiam ex rescripto super hoc impetrato. Bar.

IX. Idem August. Poratio.

DIligenter inuestigari decernimus qui publici ab initio fontes, vel cum essent ab initio fontes priuati, postquam publicè vsum præbuerũt, ad priuatorum vsum conuersi sunt, siue sacris apicibus per surreptionem impetratis, ac multo amplius si auctoritate illicita, nec appetito colore sacri oraculi huiusmodi aliquid pertentatum fuisse dignoscitur: vt ius suum regiæ ciuitati restituatur: & quod publicum fuit aliquando, minime sit priuatum, sed ad communes vsus recurrat: sacris oraculis vel prag-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

maticis sanctionibus aduersus commoditatem vrbis quibusdam impertitis, iure cassandis, nec longi temporis præscriptione ad circunscribenda ciuitatis iura profutura.

x. Idem Augustus Pontio.

DEcernimus, ne quid à quacunque persona qualibet [a] dignitate prædita cõtra minuscularios aquæductus vel fontes publicos qui ad aquæductus confluunt, pertentetur. Sed & si quis clam vel palam, auctoritate confisus, de iisdem paragogiis, vel fontibus aquam traduxerit, vel clandestinis insidiis fortè surripuerit, publicis aquæductibus eam restituere compellatur. Hoc etiam præcipimus, ne in posterum à quolibet iuxta eosdem aquæductus plantari qualescunque arbores poßint, ne ex stirpibus labefactẽtur parietes aquæductuum: [a] quod antiquis etiam constitutionibus interdictum esse dignoscitur: scientibus vniuersis quòd in posterum super huiusmodi commißis, suburbanum, vel prædium, vel balneum, vel aquæ mola, vel hortus ad cuius vsum aqua publica fuerit deriuata, vel si quid ex his iuxta aquæductum positum ad eum pertinet qui plantauit arbores aquæductibus noxias, ad quemcunque pertineat locum, vel hominem, vel domum, proscriptionis titulo subiacebit, & fisci iuribus vindicetur: nulli super huiusmodi pœna nec per sacros apices venia tribuenda.

[a] qualibet dignitaté prætédat. Cuiac.

[a] Idé scribit Cassiodorus li. 5. cap. 38. Contius.

Vniuer

Vniuersos autem aquarios, vel aquarum custodes, quos hydrophylachas nominant, qui omniũ aquæductuum huius regiæ vrbis custodes deputati sunt: singulis manibus eorum felici nomine pietatis nostræ impresso signari decernimus: vt huiusmodi adnotatione manifesti sint omnibus, nec à procuratoribus domorum, vel quolibet alio ad vsus alios auellantur, vel angariarum vel operarum nomine teneantur. Quòd si quem ex hisdem aquariis mori contigerit, eum nihilo minus qui in locum defuncti surrogatur, signo eodem notari præcipimus: vt militiæ quodammodo sociati, excubiis aquæ custodiendæ incessanter inhæreant: nec muneribus aliis occupentur.

De fonte vel aquæductu publico non licet aquam deriuare, nisi per principis rescriptú concedatur. Bart.

xi. Imp. ANASTASIVS A. Seruo [a] præfecto prætorio.

DIuinam dispositionem ab inclytæ recordationis principe Theodosio super his qui aquam sibi de publicis aquæductibus seu fontibus præberi desiderant, promulgatam, hac etiam lege in sua firmitate durare sancimus: quatenus nemo vel in hac sacratißima ciuitate, vel in prouinciis sine diuinis apicibus de sacro epistolarum scrinio more solito edendis, & iudicio tuæ celsitudinis, vel aliis quorum interest, intimatis vel intimandis, aquam de publico

[a] Seruio P P.

aqued

aquæductu seu fonte trahere permittatur: his quicunque nostra iussa violauerint, seu violare concesserint, denarum librarum auri condemnatione, aliáque grauissima indignatione feriendis.

DE GLADIATORIBVS PENITVS TOLLENDIS.[a]

TITVL. XLIII.

1. Imp. CONSTANTIN. A. Maximo præfecto prætorio.

CRuenta spectacula in otio ciuili & domestica quiete non placent: quapropter omnino gladiatores esse prohibemus. PP. Beryti, Kalen. Octob. Paulino & Iuliano Conss.

[a] Sic vet. manuscr. De hoc titulo sic Theodorus Balsamon ad Photij Nomacanon ti. 13. c. 22 Tit 43. tollit specta cula gladiatorũ.

DE VENATIONE FERARVM.

TITVLVS XLIIII.

1. Impp. HONOR. & THEO. Augusti Maurino Com. Domestic. & vices agen. Magist. mili.[a]

OCcidendorum leonum cunctis facimus potestatem, neque aliquam sinimus quemquam calumniam formidare. Bestias[b] autem quæ ad comitatum ab omnibus limitum ducibus transmittuntur, non plus quàm septem diebus intra singulas ciuitates detineri præcipimus: violatoribus

[a] Cod.Th. lib. 15. tit. 11. l. 1.

[b] Cod.Th. ibi. l. 2. §. ideóque.

eorum quinas libras auri fisci iuribus illaturis. D. XIII. Kal. Iun. Constantio & Constante VV. CC. Conss. & Dat. V. Kal. Octobr. Constantinop. D.N. Honor. A. XI. & Constantio II. V.C. Conss.

DE MAIVMA.[a]

TITVL. XLV.

1. Impp. ARCADIVS & HONOR. Augusti Cæsario PP.[b]

CLementiæ nostræ placuit, vt maiumæ prouincialibus lætitia reddatur: ita tamen, vt seruetur honestas, & verecundia castis moribus perseueret. Dat. VII. Kalend. Maij Constantinop. Arcad. IIII. & Honor. III. AA. Conss.

[a] huius vocabuli interpretationé pete ex Suida. vide Alcia. hîc.

[b] Cod.Th. 15. 6. 1.

VT ARMORVM VSVS INSCIO PRINCIPE interdictus sit.

TITVLVS XLVI.

Nulli licet arma portare sine principis licentia. Bart.

1. Impp. VALENTIANVS & VALENS Augusti ad Bulephorum Cons. Campaniæ.[a]

NVlli prorsus nobis insciis atque inconsultis quorumlibet armorum mouendorum copia tribuatur. Dat. III. Non. Octob. Altini, diuo Iouiano & Varroniano Conss.

[a] Cod.Th. 15. 15. 1.

DE

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

quam rustici optare non audent: nisi consuetudo prædij hoc exigat.

Adscriptitius colonus vel inquilinus fugiens, non obstante conditione sexus vel alia, redire compellitur ad prædium vnde fugit, per præsidem. Bart.

VI. Iidem Augusti & GRATIAN. A. ad Germanianum.

OMnes omnino fugitiuos adscriptitios colonos vel inquilinos, sine vllo sexus, muneris, conditionísque discrimine, ad antiquos penates vbi censiti atque educati natíque sunt, prouinciis præsidentes redire compellant.

Sicut coloni originarij absque terra non alienantur, ita nec etiam censiti. Bart.

VII. Iidem Augusti ad Maximum.

QVemadmodum originarios absque terra, ita rusticos censitósque seruos vendi omnifariam non licebit. Neque verò commento fraudis id vsurpet legis illusor, quod in originariis sæpe est actitatum, vt parua portione terræ emptori tradita, omnis integri fundi cultura adimatur: sed cum soliditas fundorum vel certa portio ad vnumquemque perueniat, tanti quoque serui & originarij transeant, quanti apud superiores dominos & possessores vel in soliditate vel in parte manserunt: & emptor precium quod dederit, amissum existimet: nihilo minus venditori ad repetendos seruos cum agnatione eorũ vindicatione concessa.

concessa. & si aliqua denique ex causa dissimulauerit legis vsurpare beneficium, atque iste sub hac taciturnitate decesserit: & heredibus eius, & contra heredes emptoris vindicationem damus, longi temporis præscriptione submota. Malæ fidei namque possessorem esse nullus ambigit, qui aliquid contra legum interdicta mercatur.

Receptans colonum tributarium fisci debentem domino censum annuum scienter, restituere ipsum compellitur domino. Bart.

VIII. Iidem Augusti ad Probum.

OMnes profugi in alieno latebras collocãtes, cum emolumentis tributariis, salua tamen moderatione, reuocentur: scilicet vt si hi homines apud quos reperiuntur, alienos esse nouerant fugitiuos, & profugis in lucrum suum vsi sunt, hoc est, siue excoluerunt agros fructibus dominis profuturos, siue aliqua ab hisdem sibi iniuncta nouerunt, nec mercedem laboris debitam consecuti sunt: ab illis tributa quæ publicis perierunt functionibus, exigantur. Cæterum si occultato eo profugi, quòd alieni esse viderentur, quasi sui arbitrij ac liberi apud aliquem se collocauerunt, aut excolentes terras, partem fructuum pro solo debitam dominis præstiterunt, cætera proprio peculio reseruantes, vel quibuscunque operis impensis mercedem placitam consecuti sunt: ab ipsis profugis quæcunq;

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

debentur, exigentur. nam manifestum est priuatum iam esse contractum. Si qui vero inter agricolas (vt assolet) ex quibuscunque commerciis huiusmodi hominibus esse inueniuntur debitores: coràm partibus constitutis iudex ab obnoxiis quod debetur exposcat.

Immunitates iugationis absque principis auctoritate concessæ non valent, sed ad pristinam conditionem reuocantur. Bart.

IX. Iidem Augusti ad Populum.[a]

[a] Cod. Th. 13.10.6.

IMmunitates specialiter datæ, & iugatio & capitatio libris publicis, & ciuitatum aut prouinciarum encautariis[b] sine aliqua probatione factæ penes fruentes ereptæ in functionem pristinam redeant. Dat. III. Non. Mar. Medio. Merobaude II. & Saturnino Coss.

[b] sic in Co. Th. Contius. eucteris legit Alci.

X. Iidem Augusti Cynegio P.P.

CVm antea per singulos viros, per binas vero mulieres, capitis norma sit censa: nunc binis ac ternis viris, mulieribus autem quaternis, vnius[c] pendendi capitis attributum est. Quocirca sublimitas tua huiusmodi census per Comanensium[d] & Ariaratensium & Armeniæ secundæ, Amasenorum Helenoponti, & Diocæsariensium Cappadociæ secundæ vrbes, salubris ac temperatæ peræquationis modum monumentis publicis iubebit annecti.

[c] ius vnius

[d] Comagenensiũ & Amastriésiũ. Alcia. hîc.

Si originarius colonus culturam deserat, nulla dignitas vel auctoritas eum excusare potest. Bart.

XI.

XI. Impp. ARCADIVS & HONORIVS Augusti.

ORiginarios colonos nullis priuilegiis, nulla dignitate, nulla census auctoritate excusari præcipimus: sed amputatis omnibus quæ aliquoties per gratiam sunt elicita, domino vel fundo esse reddendos.

Adscriptitij & censiti penes dominos debent remanere. Bart.

XII. Iidem Augusti Florentino.

SEruos vel tributarios, vel inquilinos apud dominos suos volumus remanere. Nã cùm metu damni deterritus vnusquisq;, eum quem incognitum habuerit, à se cœperit propulsare: voluntas fugiendi seruis non erit. Nemo enim dominum suum deserit, sciens nusquam sibi latendi locum esse derelictum: sed aut cognitum sibi ingenuum vnusquisque suscipiet: aut eum, qui se liberũ esse simulauerit, à se submouebit, metuens, his quæ statuta sunt, obnoxius fieri. Si quis igitur ex memoratis fugitiuis apud quẽlibet fuerit repertus, duodecim libras argenti fisco nostro inferat detentator: ipsi autem cuius fuerit, præter eundem fugitiuum, alterum etiã eiusdem æstimationis inferre decernimus.

Liberi suscepti ex vtroque vel altero parente censito, paternam sequuntur conditionem. Bart.

XIII. Iidem Augusti Vincentio P.P.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

DEfinimus vt inter inquilinos colonósve (quorum quãtum ad originem pertinet vindicandam, indiscreta eadémque penè videtur esse conditio, licet sit discrimen in nomine) suscepti liberi, vel vtroque vel neutro parente censito statum paternæ conditionis agnoscant. Illud etiam seruandum est, vt siquando vtriusque fundi idem dominus de possessione referta cultoribus, ad eam coloniam quæ laborabat tenuitate, colonos transtulerit, idémque fundi ad diuersorum iura dominorum qualibet sorte transierint: maneat quidem facta translatio, sed ita, vt prædij eius dominus à quo coloni probantur fuisse traducti, translatorum agnationem restituat.

alterutro

Colonus bona fide possessus fugiens apud alium, restituitur primò bonæ fidei possessori: & postea causa originis agitatur. Bart.

XIIII. Iidem Augusti VINCENTIO P. P. Galliarum post alia.

Cod. Th. 4.21.1.

SI coloni quos bona fide quisque posidet, ad alios fugæ vitio transeuntes, necessitatem propriæ conditionis declinare tentauerint: bonæ fidei possessori primùm oportet celeri reformatione succurri: & tunc causam originis & proprietatis agitari. Dat. IIII. Id. Iul. Mediolani, Stilichone & Anthemio Coss.

Coloni glebæ adscripti causa dominorum non inquietantur. Bart.

XV. Impp. HONORIVS & THEODOS. AA.

Colonos,

COlonos, nunquam fiscalium nomine debitorum, vllius exactoris pulset intẽtio: quos ita glebis inhærere præcipimus, vt nec puncto quidem temporis debeant amoueri.

Mulier origiuaria copulans se cum alio in consortium, cum sua sobole reuocatur. Bart.

XVI. Iidem Augusti Palladio.

MVlier quæ fuisse originaria docebitur, si cuiuscunque liberi hominis secuta consortium, in vrbibus, vel in quibuscunque locis victura constiterit: eius omnem sobolem secundum vetera constituta conueniet reuocari.

Colonus contrahendo, domino circa dominium non parit præiudicium. Bart.

XVII. Iidem Augusti Ioanni P. P.

PEr colonum præiudicium possessioni inuito vel inscio domino imponi non posse, & iure, & legum auctoritate declaratur.

Deest constitutio Græca.

Coloni adscriptitij ad nullum honorem etiam humilioris militiæ vocantur. Bart.

XVIII. Impp. THEODOSIVS & VALENT. Augusti Probo P. P.

COlonos nulla ratione ad vllum quanuis humilioris militiæ locũ sinimus admitti: sed nec apparitores magisteriæ potestatis, censibus adscriptos probari concedimus: quia in

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

hac parte & dominorum iuri, & publicæ consulimus honestati.

XIX. Imp. IVSTINIANVS A. Demostheni præfecto prætorio.

LItibus imponentes celeritatem, sancimus, siquando coloni cuiuscunque conditionis contra dominos terræ declamauerint, super hoc ipso dubitantes, vtrum is terræ dominus est, nec ne: an ipsi coloni dominium suæ terræ possident: (eos tamen dicimus, qui non ex longo prolixóque tempore, vel longinqua & inueterata redituum susceptione sufficientem habent cautelam: in quibus casibus ne cōtradicendi quidem licentia colonis relinquitur, longi tēporis præscriptione, vel redituum frequentissima consequentia, colonorum impetum excludente) talem esse super redituū vel publicarum functionum præstatione formā censemus, vt si tales coloni quales prædiximus, idoneū fideiussorem totius summæ quæ ab his dependitur, præstiterint, quòd omnes reditus sine vlla procrastinatione, si melior causa dominorum iudicetur, eis restituent, & talis fideiussor per triennium accipiatur, eóq; impleto iterum remouetur: coloni in medio nullo modo super reditibus à dominis inquietētur. Si autē hoc coloni minimè facere voluerint vel potuerint: tunc iidē reditus per officiū iudicis annui exigātur per solita tēpora in quæ etiā dominis dependebantur, & deponantur in æde sacra,

sacra, *vel* in κειμηλιαρχείῳ ciuitatis sub qua possessio sita est: vel si localis ecclesia ad susceptionē pecuniarū idonea nō sit, in metropolitana ecclesia remaneāt cum omni cautela: & post plenissimam definitionem vel dominis dentur, vel colonis restituantur. Sin autem reditus non in auro, sed in speciebus inferuntur, vel in totum, vel in partem: iterum per officium iudicis fructus vendantur, & precia eorum secundū prædictum modum deponantur. Hæc de reditibus definientes, ad publicas transeamus functiones. Et si quidem coloni more solito eas dependebant, ipsi maneant in pristina consuetudine, nullo præiudicio dominis generando, qui etiam quiescentibus colonis, & non contradicentibus, ad publicum tributarias functiones minimè inferebant. Sin autem moris erat dominos totam summam accipere, & ex ea partem quidem in publicas vertere functiones, partem autem in suos reditus habere: tunc si quidem fideiussor à colonis detur, eundem fideiussorem dominis sine præiudicio litis tantam summam inferre, quantam tributa publica faciunt, vt à dominis publicis rationibus persoluatur: nullo ex hoc colonis præiudicio generando super reditibus enim, domini fideiussione fiant contenti. Sin autem fideiussione cessante ad sequestrationem res veniant, & pecuniæ deponantur: ex earum summa tantā iudices separare, quan-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ta ad publicas sufficiat functiones: & eam dispositionem dominum accipere: quatenus ipse eam persoluens, publicas accipiat securitates: reliqua quantitate, quæ in reditus puros remanet, in tuto collocanda, & litis terminum expectante: nullo præiudicio siue colonis siue dominis ex huiusmodi fideiussione, vel sequestratione, vel publicarum functionum solutione generãdo: sed omni causa in suspenso manente, donec iudicialis sententia, quæ de toto negotio procedit, omnem rem aperiat, & ostendat quis dominus terræ constitutus est, & ad quem publicarum functionum securitas debet in posterum fieri, seu reditus peruenire, vel permanere.

"legendũ septimiliario. *Recitata septies " in nouo consistorio palatij Iustiniani. Dat.* XV. *Kalen. Octob. Chalcedone, Decio* V.C.*Cos.*

Natus ex adscriptitio & serua, vel adscriptitia & seruo, ventris sequitur conditionem. Bart.

XX. Idem A. ad Senatum.

NE diutius dubitetur, si quis ex adscriptitia & libero, vel ex adscriptitia & seruo, vel adscriptitio & ancilla fuisset editus, cuius status sit, vel quæ peior fortuna sit, vtrúmne adscriptitia, an seruilis: sancimus ea quidẽ quæ in anterioribus legibus cauta sunt pro tali progenie quæ ex mulieribus adscriptitiis, & viris liberis progenita sit, in suo statu relinqui: & sic

sit

sit adscriptitia proles ex tali copulatione procreata. Si quis autem vel ex seruo & adscriptitia, vel ab ancilla & adscriptitio fuerit editus, matris suæ ventrem sequatur: & talis sit conditionis, qualis & genitrix fuit, siue ancilla, siue adscriptitia: quod hactenus in liberis tantùm & seruis obseruabatur. Quæ enim differẽtia inter seruos & adscriptitios intelligatur, cum vterque in domini sui positus sit potestate, & possit seruum cum peculio manumittere, & adscriptitium cum terra dominio suo expellere?

Sola confessio vel scriptura in qua quis enunciatiue se alterius adscriptitium adseuerat, non præiudicat, nec statum mutat, nisi sit aliis adminiculis approbata. Bart.

XXI. Idem A. Iuliano " præfec. præt. al. Ioãni.

CVm scimus nostra iura nolle præiudicium generare cuiquam circa conditionem, neque ex confessionibus, neque ex scriptura, nisi etiam ex aliis argumentis aliquod accesserit incrementum: sancimus solam confessionem vel aliam quamcunque scripturam ad hoc minimè sufficere: nec ad scriptitiam conditionem cuiquam inferre, sed debere huiusmodi scripturæ aliquod aduenire adiutorium: quatenus vel ex publici census adscriptione, vel aliis legitimis modis talis scriptura adiuuetur. melius etenim est in huiusmodi difficultatibus, ex pluribus capitulis conditiones ostendi, & non solis

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

confeßionibus neque scripturis homines fortè liberos ad deteriorem detrahi fortunam. Sin autem est scriptura, & post scripturam confeßio seu depositio (sine vi & neceßitate tamen) interuenerit (quid enim si conditionale instrumentum, vel aliam chartulam in qua subscripsit & intimauit & inter acta deposuit sese colonum fuisse adscriptitium?) tunc ex vtroque genere obligationis, id est tam scripturæ, quàm confeßionis vel depositionis, talem eum esse credendum, qualem se & scripsit, & inter acta deposuit. Illud quoque non non ineleganter dubitabatur, si coloni filius per triginta annorum curricula, vel forsitan per quadraginta seu ampliora adhuc viuente patre, & agriculturam peragente, ipse in libera conuersatione morabatur, & dominus terræ, quia per patrem ei satisfiebat, non etiam præsentiam eius exigebat: an post obitum patris, vel postquam fortè inutilis is existat, & ruri non idoneus, potest excusari filius longinqua libertate abutendo: & quòd per multos annos neque agrum coluit, neque aliquid colonarij operis celebrauit, cum non poßit dominus incusari propter suã desidiam, cui per patrem eius omne quod voluerat accedebat. in omnibus itaque huiusmodi speciebus satis acerbum nobis videtur, domino præiudicari colonorum absentia, qui rure nati, & postea

ea absentes, per suos vel patres, vel fratres, vel cognatos agriculturam peragebant: cum enim pars quodammodo corporis eius per cognationem in fundo remanebat, non videtur neque abesse, neque peregrinari, neque in libertate morari. Maneat itaque domino ius inconcussum, & donec eius vel antiquitas vel posteritas vel cognatio in agrum remanet, ipse videatur ibi resedisse.

Adscriptitius fugiens sicut seruus sui furtum facit, licet liber sit: & ideo à tali fortuna nõ liberatur triginta annorum spatio: sed cum sua sobole idẽ adscriptitius remanet. Bart.

XXII. Idem A. Iohanni[a] præfecto prætorio. — al. Iuliano.

CVm satis inhumanum est, terram quæ ab initio adscriptitios habebat, suis quodammodo membris defraudari, & colonos in aliis terris demorantes, dominos terræ maximis damnis afficere, censemus, quemadmodum in curialium conditione nemo ex temporali cursu liberatur: ita nec adscriptitiæ conditioni suppositus, ex annalibus curriculis quantacunque emanauerint, vel quæcunque prolixa negotiatione aliquis sibi vindicet libertatem: sed remaneat adscriptitius, & inhæreat terræ. & si se celauerit, vel separare se conatus fuerit, secundum exemplum serui fugitiui sese diutinis insidiis furari intelligatur: & sit suppositus vnà

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

vnà cum omni sobole sua (etsi in alia terra eam fecerit) huiusmodi fortunæ, & capitali illationi: nulla liberatione ei penitus competente. Cum autem Anastasiana lex homines qui per triginta annos colonaria detenti sunt conditione, voluerit liberos quidem permanere, non autem habere facultatem terra derelicta in alia loca migrare: & ex hoc quærebatur, si etiam liberi eorum cuiuscunque sexus, licet non per triginta annos fuerint in fundis vel vicis, deberent colonariæ esse conditionis, aut tantummodo genitor eorum, qui per triginta annos huiusmodi conditioni illigatus esset: sancimus liberos colonorum esse quidem in perpetuum secundum præfatam legem liberos, & nulla deteriori conditione prægrauari: non autem habere licentiam relicto suo rure ad aliud migrare: sed semper terræ inhæreant, quam semel colendam patres eorum susceperunt. Caueant autem possessionum domini in quibus tales coloni constituti sunt, aliquam innouationem vel violentiam eis inferre. si enim hoc approbatum fuerit, & per iudicem pronunciatum: ipse prouinciæ moderator in qua aliquid tale fuerit perpetratum, omnino prouideat & læsionem (si qua subsecuta est) eis resarcire, & sic veterem consuetudinem in reditibus præstandis eis obseruare: nulla nec tunc licentia concedenda colonis fundum vbi commoran

moran

morantur, relinquere. & hoc tam in ipsis colonis, quàm in sobole eorum, qualiscunque sexus vel ætatis sit, sancimus, vt & ipsa semel in fundo nata, remaneat in possessione sub eisdem modis eisdémque conditionibus sub quibus etiam genitores eius manere in alienis fundis definiuimus.

Nullus debet colonum vel adscriptitium alienum occultare. Bart.

1 ¶ *Nemini autem liceat vel adscriptitium vel colonum alienum scienti prudentíque in suum rus suscipere. sed & si bona fide eum susceperit: postea autem repererit eum alienum esse constitutum, admonente domino vel ipsius adscriptitij, vel terræ, & hoc faciente per se, vel per procuratorem suum, hunc restituere eum cum omni peculio & sobole sua. & si hoc facere supersederit: omnis quidem temporis quo apud eum remoratus est, publicas functiones siue terrenas siue annales pro eo inferre compelletur: cura & prouisione tam eminentissimæ præfecturæ, quàm præsidis prouinciæ. coartetur autem sic ad restitutionem eius secundum veteres constitutiones, & pœnas in eis insertas.*

Mulieres liberæ cum adscriptitiis matrimonium contrahentes, non perdunt ipsi nec eorum posteri libertatem. Bart.

XXIII. Idem A. Ioanni[a] præfecto prætorio.

[a] al. Hermogeni magistro officiorũ.

Si

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

SI qui adscriptitiæ conditionis constituti, mulieres liberas quacunq; mente aut quacunque machinatione, siue scientibus siue ignorantibus dominis sibi vxores coniunxerunt vel coniunxerint:[a] in sua libertate permanere, iam eas, quàm prolem quæ ex his cognoscitur procreata, sancimus: illo proculdubio obseruando, vt si ex libero marito & adscriptitia vxore partus fuerit editus: is maternæ conditionis maculam, & non paternam sequatur libertatem. Sed ne adscriptitij putent sibi impunitum esse tale conamen, quòd maximè verendum est, ne liberarum mulierum nuptiis ab his excogitatis paulatim huiusmodi hominum conditio decrescat: sancimus, si quid tale fuerit ab adscriptitio perpetratum, habere liberam potestatem dominum eius, siue per se, siue per præsidem prouinciæ talē hominem moderata corrigere castigatione, & abstrahere à tali muliere. quod si neglexerit, sciat in suum damnum huiusmodi desidiam reuersuram.

[a] Iustinia. in Nouel. 54. ait hęc verba callidè à quibusdā accepta, ideóq; ea interpretatur in illa Nouella. Cōtius.

DE CAPITATIONE CIVIUM[a] CENSIBVS EXIMENDA.

TIT. XLVIII.

[a] f. Romanorum.

Ciues vrbani, seu Romani habitantes in vrbe, effugiunt onus capitationis. Bart.

C.T. 13. 9.8. 1. Imp. CONSTANT. ad Eusebium v.p. præsidem Lyciæ & Pamphiliæ.[a]

Plebs

PLebs vrbana (sicut in Orientalibus quoque prouinciis obseruatur) minimè in censibus pro capitatione sua cōueniatur: sed iuxta hanc iussionem nostram immunis habeatur. Dat. Kal. Iun. Constantino A. III. & Licinio III. Coss.

IN QVIBVS CAVSIS COLONI CENSITI DOMINOS accusare possint.

TIT. XLIX.

Colonus exactus per dominum contra consuetudinem præstationis antiquam, accusare potest eum: & si dominus conuincitur, punitur. Bart.

1. Imp. CONSTANTINVS A. ad Maximum vic. Orien.

QVisquis colonus plus à domino exigitur quàm antè consueuerat, & quàm in anterioribus temporibus exactum est: adeat iudicem, cuius primùm poterit habere præsentiam, & facinus comprobet: vt ille qui conuincitur amplius postulare, quàm accipere consueuerat, hoc facere in posterum prohibeatur, prius reddito, quod superexactione perpetrata noscitur extorsisse.

Coloni censiti, licet respectu aliorū sint liberi, tamen quo ad personas dominorum quibus tributa præstant, quadam seruitute tenentur adstricti. Bart.

II. Impp.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

II. Impp. ARCADIVS & HONOR. AA. Nebridio comiti Aſiæ.

COloni cenſibus dumtaxat adſcripti, ſicuti ab his liberi ſunt, quibus eos tributa ſubiectos non faciunt: ita his quibus annuis functionibus & debito conditionis obnoxij ſunt, penè eſt vt quadã debiti ſeruitute videantur: * *quo minus eſt ferendum, vt eos audeãt lite pulſare, à quibus ipſos, vtpote dominis, vnà cum poſſeſsionibus diſtrahi poſſe non dubium eſt. quam decætero licentiã ſubmouemus: ne quis audeat domini nomen in iudicio laceſſere: & cuius ipſi ſunt, eiuſdem omnia ſua eſſe cognoſcant. Cum enim ſæpiſsimè decretum ſit, ne quid de peculio ſuo cuiquam colonorum ignorante domino prædij aut vendere, aut alio modo alienare liceret: quemadmodum contra eius perſonam æquo poterit iure conſiſtere, quem nec propria quidem leges ſui iuris habere voluerunt, & acquirendi tantùm; non etiam transferendi poteſtate permiſſa, domino & acquirere & habere voluerunt? Sed vt in cauſis ciuilibus huiuſmodi hominum generi aduerſus dominos vel patronos aditũ intercludimus, & vocem negamus (exceptis ſuperexactionibus, in quibus retro principes facultatem eis ſuper hoc interpellandi præbuerunt) ita in criminũ accuſatione, quæ publica eſt, non adimitur eis propter ſuã ſuorúmq; iniuriam experiũdi licentia.*

*vt quadã debiti ſeruitu. vid. adſtricti. Quo &c.

DE

DE COLONIS PALAESTINIS.

TIT. L.

Coloni Palæſtini nõ poſſunt à terra recedere ſicut alij: & eorum dominis datut reuocandi plena poteſtas. Bart.

I. Imppp. VALENTINIANVS, THEODOSIVS & ARCADIVS Auguſti CYNEGIO *PP.

*al. ciuibus.

CVm per alias prouincias quæ ſubiacent noſtræ ſerenitatis imperio, lex à maioribus conſtituta, colonos quodam æternitatis iure detineat, ita vt illis non liceat ex his locis quorum fructu releuantur, abſcedere, nec ea deſerere, quæ ſemel colenda ſuſceperunt, neque id Palæſtinæ prouinciæ poſſeſſoribus ſuffragetur: ſancimus vt etiã per Palæſtinã nullus omnino colonorum ſuo iure velut vagus ac liber exultet, ſed exemplo aliarũ prouinciarũ ita domino fundi teneatur, vt ſine pœna ſuſcipientis non poſsit abſcedere: addito eo, vt poſſeſsionis domino reuocandi eius plena tribuatur auctoritas.

DE COLONIS THRACENSIBVS.

TIT. LI.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

Thracenses capitationis tributa non præstant, sed tributa terræ. Bart.

1. Imppp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS Augusti.

PER vniuersam diœcesim Thraciarum sublato in perpetuum humanæ capitationis censu, iugatio tantum terrena soluatur. Et ne fortè colonis tributariæ sortis nexibus absolutis, vagandi, & quò libuerit recedendi facultas permissa videatur, ipsi quidem originario iure teneantur: & licet conditione videantur ingenui, serui tamen terræ ipsius cui nati sunt, existimentur: nec recedendi quò velint, aut permutandi loca habeant facultatem, sed possessores eorum iure vtantur & patroni solicitudine, & domini potestate. Si quis verò alienum colonum suscipiendum retinendúmve crediderit: duas auri libras ei cogatur exoluere, cuius agros transfuga cultore vacuauerit: ita vt eundem cum omni peculio suo & agnatione restituat.

DE COLONIS ILLYRICIANIS.

TITVLVS LII.

Coloni Illyriciani origine, à terra se separare non possunt. Bart.

1. Imppp. VALENTIN. THEOD. & ARCAD. Augusti.

Colonos

COLONOS, inquilinósque per Illyricum, vicinásque regiones, abeundi rure in quo eos originis agnationísque merito certum est immorari, licentiam habere non posse censemus. Inseruiant terris non tributario nexu, sed nomine & titulo colonorũ: ita vt si abscesserint, & ad alium transierint: reuocati, vinculis pœnísque subdantur: maneátque eos pœna, qui alienum & incognitum recipiendum esse duxerint: tam in redhibitione operarum, & damni quod locis quæ deseruerant, factum est: quàm multæ, cuius modum in auctoritate iudicis collocamus: ita vt etiam dominus fundi in quo alienus fuisse monstrabitur, pro qualitate peccati coërcitionem subire cogatur: nec sit ignorantiæ locus, cum ad criminis rationem solum illud sufficiat, quòd incognitum sibi tenuit. Seruum etiam in memoratis regionibus si quis receperit, ignorationis excusatione sublata, quadrupli pœna teneatur, operarum præterea compendiis, damnísque præstitis. In libertis etiam quos pari vsurpatione susceperit, is modus sit, quem circa liberos colonos duximus retinendum.

VT NEMO AD SVVM PATROCINIUM suscipiat rusticanos, vel vicos eorum.

TIT. LIII.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

1. Impp. LEO & ANTHEMIVS Augusti Nicostrato P. P.

[a] Pars I. vlti 5. de exactoribus tributorum.
[b] nominis

SI QVIS[a] post hanc nostri nu[b]minis sanctionem, in fraudem circumscriptionémq; publicæ functionis, ad patrocinium cuiuscunque conditionis confugerit: id quod huius rei gratia geritur sub prætextu donationis, vel venditionis, seu conductionis, aut cuiuslibet alterius contractus, nullam habeat firmitatem: tabellionibus qui talia instrumenta conscribere ausi sunt, bonorum proscriptione plectendis, qui tamen scientes ausi fuerint huiusmodi instrumenta conscribere: vicis etiam vel possessionibus ad patrocinia confugientium, publico vindicandis. Hæ autem personæ quæ contra publicam vtilitatem in clientelam suscepisse collatores detectæ fuerint: nobiliores quidem centum auri librarum condemnationem subire cogentur: mediocris verò fortunæ, facultatum suarum amißione plectentur: eadem pœna multandis etiam his qui intercedentes ministerium suum huiusmodi nefariis actibus improba mente præbuerint. Quam formam ex eo quidem tempore, quod sacra constitutio à diuæ memoriæ Martiano promulgata continet, id est in Thracica quidem diœcesi abhinc annis triginta, hoc est à consulatu Aetij secundo, & Sigisbuldi: in Orientali verò, & Aegyptiaca, & Pontica, & Asiana diœcesi, vigintisex: hoc est, à consulatu Cyri valere, atque executioni mandari præcipimus. Dat. Kal. Septemb. Anthemio A. II. Consule.

II.

Μηδεὶς κωμήταις προστάσιαν ὑπισχνείσθω μηδὲ δεχέσθω γεωργοὺς ἐπὶ τούτῳ ὑπόσχεσιν προσόδων ἢ ἕτερον κέρδος λαμβάνων. εἰ δέ τις παραβαίη ταῦτα καὶ τοῖς προειρημένοις ἐπιτιμίοις ὑποπεσεῖται καὶ ἑτέρᾳ μείζονι πειραθήσεται κινήσει. πρὸς τούτοις καὶ οἱ κωμῆται εἰ μὲν δοῦλοι εἶεν, τοῖς δεσπόταις ἀποδοθήσονται καὶ τύπτονται μετὰ δέκα τῶν πρωτευόντων τῆς κώμης καὶ διηνεκῶς ἐξορίζονται ἐν ᾧ γνώμῃ πάντων ἐγασίασαν.

Eadem Latinè.

NE quis vicanis patrocinium polliceatur, vel agricolas in clientelam suscipiat redituum alteriúsve lucri promißione recepta. & vt qui hæc non seruauerit, supradictis pœnis maiorique commotioni subiaceat. Præterea vt vicani si serui sint, dominis castigati reddãtur: si liberi, xx. libris multentur, & verberati vnà cum decem prioribus vici in perpetuum relegentur, dummodo scientibus omnibus secesserint.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

III. Imp. IVSTINIANVS Augustus.

SI cuiuslibet tributarius iunxerit sibi tributariam uxorem, vel econtrario si cuiuslibet ancilla seruo se iunxerit alieno: tam tributarij quàm serui filios, matrum sequi conditionem, earúmque more genitricum suarum dominij subditos esse censemus.

NE RVSTICANI AD VLLVM OBSEQVIVM DEVOCENTVR.

TITVLVS LIIII.

I. Imp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS Augusti & CC.

id est extra metrocomias.

NE QVIS ex rusticana plebe, quæ extra muros posita capitationem suam detulit, & annonam congruam præstat: ad vllum aliud obsequium deuocetur: neque à rationali nostro mularum fiscalium vel equorum ministerium subire cogatur. Sine die & consule.

sic in manuscrip.

II. Impp. VALENTINIANVS & VALENS Augusti ad Probum P.P. Illyrici.

C. Theo. 11.11.1.

SI qui eorum qui prouinciarum rectoribus obsequuntur, quique in diuersis agunt officiis principatus, & qui sub quocunque prætextu publici muneris possunt esse terribiles, rusticano cuipiam necessitatem obsequij quasi mancipio sui iuris imponant, aut seruum eius

vel forte bouem in vsus proprios necessitatésq; conuerterint: ablatis omnibus facultatibus, perpetuo subiugentur exilio: & nihilo minus rusticanum, qui se in eiusdem opera spõte propria detulisse desponderit, par pœnæ seueritudo constringat. Datum Prid. Kalen. Octob. Agrippinæ, Valentiniano & Valente Coss.

NON LICERE HABITATORIBVS METROCOMIAE loca sua ad extraneum transferre.

TITVLVS LV.

I. Impp. LEO & ANTHEMIVS Augusti Nicostrato P.P.

Pars l. vlt. §. de exactio trib.

IN illis quæ metrocomiæ communi vocabulo nuncupantur, hoc adiiciendum necessario nostra putauit humanitas, vt nulli extraneo illic quoquo modo possidendi licentia tribuatur: sed si quis ex hisdem vicariis loca sui iuris alienare voluerit, nõ licere ei, nisi ad habitatorem adscriptũ eiusdẽ metrocomiæ, per qualemcunq; contractum terrarũ suarum dominium possessionémque transferre: sciente persona extranea, quòd si contra vetitum se huic negotio immiscere, vel illic possidere tentauerit: quicũq; contractus initus fuerit, carebit effectu: & contractu soluto, si quid præstitũ est, hoc tantũ reddetur. D. Kal. Septẽb. Anthemio A. II. Conss.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

VT NVLLVS EX VICANEIS PRO ALIENIS VICANEORUM DEBITIS TENEATUR.

TITVLVS LVI.

I. Imp. ZENO Augustus.

GRAVE *est non solum legibus, verumetiã æquitati naturali contrarium, pro alienis debitis alios molestari. idcirco huiusmodi iniquitates circa omnes vicaneos perpetrari modis omnibus prohibemus.*

DE CENSIBVS ET CENSITORIBVS, ET PERAEQVATORIBVS, & INSPECTORIBUS.

TIT. LVII.

C.Theo. 13.9.7. I. Imp. CONSTANTINVS Augustus ad populum.[a]

QVONIAM *tabularij ciuitatum per collusionem potentiorum sarcinã ad inferiores trãsferunt: iubemus, vt quisquis se grauatum probauerit, suam tantum pristinam professionem agnoscat. Datum* XV. *Kalendas Feb. Romæ, Constantino* A. III. *& Licinio Coss.*

C.Th. 13. 11.1. II. Imppp. GRATIAN. VALENTINIA. & THEODO. Augusti Eutropio P. P.[a]

Quisquis

Q*Visquis vitem succiderit, aut feracium ramorum fœtus vetauerit,*[a] *quò declinet fidem censuum, & mentiatur callidæ paupertatis ingenium: mox detectus, competenti indignationi subiiciatur: illo videlicet euitãte calũniam, qui forte detegitur laborasse pro copia, ac pro reparandis agrorum fœtibus, non sterilitatem aut inopiam procurasse. Dat. Prid. Non. Iun. Constantinop. Eucherio & Syagrio Coss.* C. Theo. hebetauerit. fortè, amputauerit.

III. Iidem Augusti Cynegio P. P.[a] C.T.e.2.

S*I peræquatore misso aliquis aut procuratorem suum retraxerit, aut colonum per contumaciam retractionis fugauerit: ad eum censum modum, quem vel eo vel procuratore illius absente peræquator apposuerit, nostræ sanctionis auctoritate tenebitur. D.* VI. *Kal. Apr. Constantinop. Honor.* N. P. *& Euodio Coss.*

IIII. Imppp. THEODO. ARCAD. & HONOR. Augusti Rufino P. P.[a] C.T.eo.3.

O*Mne territorium censeatur, quotiẽs defectorum leuamen exposcitur: vt sterilia atque erema*[a] *his quæ culta vel opima sunt, compensentur. Data* III. *Non. Apr. Constantinop. Theodosio* A. III. *& Abundantio Coss.* ieiuna, in Cod. Th.

Grauati à peræquatore habent facultatem conquerendi intra annum: quo elapso non audiuntur vlterius. Bart.

V. Iidem Augusti Rufino P. P.[a] C.T.eo.4.

Q*VI grauatos se esse à peræquatoribus conqueruntur, & iniusto oneri impares*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

esse proclamant, competitionis habeant facultatem: vt quid remissum gratia, quidve interceptum fuerit fraude, conuincant, & ex eo leuamen accipiant, quod per deformia & criminosa commercia sibi impositum esse deplorant, vt aliis demeretur: quod intra annum post codicum oblationem, quo videbitur, de iniusto onere conqueratur, & iniquitatem peræquatoris accuset, ac præstitam gratiam habita compensatione[a] conuincat: vt quod ei fuerat superfusum, ille cognoscat, quem debitæ functioni fraus clandestina subtraxerat. Emenso autem eo tempore actio denegabitur, exceptis minoribus, qui fuerint indefensi: his etiam, qui absuerint reipublicæ causa: qui tamen ex eo tempore quæ sunt statuta custodient, ex quo ad agendum habuerint facultatem. Dat. III. Kalend. Decemb. Constantinop. D N. Theodosio A. III. & Abundantio V. C. Coss.

[a] aliàs cõpetitione.

VI. Impp. ARCADIVS & HONORIVS Augusti Eusebio P. P.[a]

C.T.e.7.

PEræquatores ac discussores si incurrerint culpam negligentiæ, vel gratiæ, non solum bonorum iacturam, verumetiam annonarum in quadruplum multam subire debebunt: ea verò quæ in damnum prouincialium fuerint accepisse conuicti, in quadruplum cogentur exoluere. Datum IIII. Kalend. April. Med. Arcadio & Honorio III. AA. Coss.

VII.

VII. Impp. HONOR. & THEOD. Augusti Sebastio Comi. primi ordinis.[a]

C.T.e.l. penult.

APud eum possessio firma permaneat, cui eam à peræquatore semel traditam fuisse constiterit: reliqua verò temporis anteacti à nouo domino fiscum postulare non patimur, ne alterius culpa alter incipiat subiacere dispendio. Si quis verò priuatus aut obligatam sibi possessionem, quæ deserta vsque nunc permansit, aut ex aliquo titulo deberi sibi iure confirmat: allegationes suas sine mora vel per se vel per aliam personam legibus ordinatam manifestare debebit: ita vt si æquitatis ratione suadente ad petitorem fuerit translata possessio: is qui à peræquatore eam susceperit, rei melioratæ susceptis subleuetur expensis. Verum ne sub specie litis donationes semel constitutæ turbentur, sex mensium spacium censemus debere seruari: intra quod is qui putat sibi rem probabili ratione cõpetere, debitas exerceat actiones. Quòd si tempus adscriptum silentio fuerit interueniente transactum: nullum penitus repetendi volumus esse principium. Quòd si quis ex eo tempore quo peræquator prædium alicui addicit, de suo iure vel per se vel per homines suos non crediderit actitandum, sex mensium curriculis euolutis, in perpetuum conquiescat. Data pridie Id. Mart. Rauennæ. Honorio XI. & Constantio II. Coss.

De omni

DE OMNI AGRO DESERTO ET QVANDO STERILES fertilibus imponuntur.

TIT. LVIII.

Prædia deserta decurionibus loci cui subsunt, assignari debent, cum immunitate triennij Bart.

I. Imp. CONSTANTINVS A.

Cum diuus Aurelianus parens noster ciuitatum ordines pro desertis possessionibus iusserit conueniri, & pro his fundis qui inuenire dominos non potuerunt, quos præceperamus earundē possessionum triennij immunitate percepta de solennibus satisfacere: seruato hoc tenore præcipimus, vt si constiterit ad suscipiendas easdem possessiones ordines minus idoneos esse, eorundē agrorum onera possessionibus & territoriis diuidantur accepta.

Possidens fundos steriles & fertiles tributarios, si alienat fertiles, & ob hoc efficitur non soluendo, tenetur ad tributa fertilium & sterilium emptor. Bart.

II. Idem A.

Cod. Th. 11.1.4.

Si quis ab emphyteuticario seu patrimoniali possessore priuati iuris quippiam comparauerit, cuius substantia alias possessiones sustentare consueuerat, & succisis quasi quarundam virium neruis, reliqua labuntur: earum possessionum

sionū onera subiturus est, quæ penes distractorem " inopem inutiles permanebunt. Dat. VIII. Id. Decembr. Thessal. Feliciano & Tit. Coss.

" desertorem.

Accipientes prædia deserta cum immunitate triennij, debent cauere idoneè, quòd dicta prędia non relinquent cum damno reipublicæ. Bart.

III. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Mamertium P.P.

Quicunq; deserta prædia meruerint sub certa immunitate, ad possessionem impetratorum non prius sinantur accedere, quàm vel fideiussoribus idoneis periculo curialium datis, vel fundis patrimonij sui maximè vtilibus obligatis, idonea cautione firmauerint susceptam à se possessionem nullo detrimento publico relinquendam.

Scriptus heres à tributario debitore, etiam onus fundorum sterilium agnoscere cogitur. Bart.

IIII. Idem Augusti & GRATIANVS A. ad Crescentium Vic. Afr.

Cod. Th. 11.1.17.

Heredes scripti etiam pro minus idoneis fundis fiscale onus cogantur agnoscere: vel si renunciandum hereditati putent, cedant his omnibus rebus, quas ex hisdem bonis quocunque titulo & iure perceperint. Dat. IIII. Id. Iul. Contionaci, Gra. A. II. & Probo Coss.

Possidens prædia sterilia & fertilia, non potest renunciare sterilibus, & fertilia retinere. Bart.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

v. Impp. VALENTINIAN. & THEODOSIVS Augusti.

Q*Vi vtilia reipublicæ loca poßident, permixtione facta etiam deserta suscipiat: vel si earum partium grauentur accessu, quas antea per fastidium reliquerunt, cedant aliis curialibus, qui vtraque hac conditione retineant, vt præstatione salua cum desertis & culta poßideant, sublata à paucis, quos iniquum est electa retinere: cum municipes grauatura sit pars relicta.*

Prædium sterile desertum iniun i debet possidenti fundum fertilem dominicum vel templorum. Bart.

VI. Iidem Augusti.

Cod. Th. 10.3.4. Q*Visquis conductor fuerit inuentus possessor fundi fertilis, qui ex publico vel templorum iure descẽdit, huic ager iungatur inutilior. quòd si contra id reluctandum existimauerit, alius possessor sub eadem præstatione quæratur: vel si voluntarius qui sit conductor non inueniatur, tunc ad possessores antiquos, id est decuriones, vel quoslibet alios loca iuris prædicti adiunctis inutilibus reuertantur: idoneis fideiussoribus præstitis. Dat. X V. Ka. Feb. CP. Merobaude II. & Saturnino Coss.*

VII. Iidem Augusti.

Q*Vicunque desertum fundum patrimonialem exercuerit, & fertilẽ idoneúmque præstiterit: saluo patrimoniali canone, perpetuo ac priuato iure defendat, & velut domesticum, & auita succeßione quæsitum sibi habeat, suisq; relinquat, neq; eum aut promulgatione rescripti, aut reuerentia sacræ adnotationis quisquam à fructu impensi operis excludat. Cæterum eos qui opimas ac fertiles poßident terras, aut etiam nunc sibi existimãt eligendas: pro deserta scilicet portione summam debiti præsentis iubemus implere. Illos etiam, qui emphyteuticario nomine, nec ad plenum idoneas, nec omnibus modis vacuas detinent, sic ex illis quoq; quæ præsidio indigent, iustam ac debitam quantitatẽ debere suscipere, vt indulto temporis spacio, post biennium decretum canonem soluendum esse meminerint. Nemo tamen qualibet meriti & potestatis obiectione submoueatur quo minus ad diacatochiæ* vicẽ desertas possessiones patrimonialis iuris accipiat, earum tributa & canonem soluturus: illud speciali obseruatione procurans, vt primo vicinas, & in eodẽ territorio sortiatur: dehinc si neq; finitimas, neq; in eisdẽ locis repererit constitutas, tunc demum etiam longius positas: sed in quantũ fieri valet, pro interiecto spacio sibimet cohærẽtes, pro modo & æquitate suscipiat, vt id cõsensu omniũ fiat, quod omnibus profuturũ est.*

* vide Alciatũ hîc.

Agrum sterilem, & tributarium, & desertum quilibet auctoritate propria potest inuadere, siue inuadens sit vicinus, siue non.

VIII.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

VIII. Imppp. VALENT. THEODOSIVS & ARCAD. Augusti.

QVi agros domino cessante desertos, vel longè positos, vel in finitimis, ad priuatum pariter publicúmque compendium excolere festinat: voluntati suæ nostrum nouerit adesse responsum: ita tamẽ, vt si vacanti ac destituto solo nouus cultor insederit, ac vetus dominus intra bienniũ eadem ad suum ius voluerit reuocare, restitutis primitus quæ expẽsa constiterit, facultatẽ loci proprij cõsequatur. Nam si biennij fuerit tempus emensum, omnis possessionis & dominij carebit iure, qui siluit.

Fundos patrimoniales principis ille dicitur possidere iure priuati, qui ipsos steriles accepit, & sua cultura fecit fertiles. Bart.

IX. Imppp. THEODOSIVS, ARCADIVS & HONORIVS Rufino P. P.

QVi fundos patrimoniales iure priuato canone saluo susceperint: hāc omnes sine vllius exceptione personæ propositam sibi intelligant optionem, vt aut ea loca quibus minor est soli fœcũditas, cum his ex quibus fructus vberes capiunt, suscipere & tenere non abnuant: aut si eorum refugiunt sterilitatem, opimioribus cedant. Dat. VIII. Id. Nouem. Tyro, Arcadio III. & Honorio II. AA. Coss.

Si fiscus alicui successit qui fundos steriles & fertiles possidebat, & aliquis per potentiam fertiles occupauit, cogitur steriles ex eadẽ substantia pro portione acceptare. Bart.

X. Impp.

X. Impp. ARCADIVS & HONORIVS AA. Eutychiano P. P.

QVi per potentiam fundos opimos ac fertiles occuparunt: cum quæstuosis vberibúsque pro rata portione suscipiant infœcundos ex eadem substantia. Cod. Th. 13.11.8.

XI. Iidem Augusti Hadriano P. P.

LOcorum domini intra sex menses edictis vocati, reuertantur. qui si adfuerint, & propria teneant, & ea quæ ex præterito contraxerint debita, redhibere cogantur. Sin verò se impares esse earum rerum tributis propria confitentur absentia, nec adesse voluerint: penes eos qui hæc susceperint, & certum quem tributorum canonem promittunt, proprietas possessionis intemerata permaneat: vt postquã ea exoluerint, sciant sibi inquietitudinem submouendam, nec subreptione cuiusquam cõpetitionis" loca quæ tenuerunt auferenda: quibus etiam illud indulsimus, vt ex eo tempore ex quo primum loca de quibus agitur, cœperint possidere, tributa poscantur."

"competitoris.

"præstentur.

Ad tributa prædij sterilis nullus possidens fertilia cogitur, nisi postquam adsecutus fuerit Bart.

XII. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS Augusti Seleuco PP.

HAc definitione sancimus nullum possessorem neque munificum prædium pro alienis debitis vel destitutionibus esse retinen- Cod. Th. 11.1.31.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

dum: neque eorum prædiorum despectione prægrauari, quæ ex iisdem bonis quæ retinentur, nequaquam esse monstrantur: ne vllis præstigiis atque commentis exactio mutiletur.

Domini prædiorum debent requiri vt soluant debita contracta: & ipsis cessantibus, assignantur volentibus soluere. Bart.

XIII. Iidem Augusti ad Probum.

OMnium prædiorum actores ac domini requirantur: quorum si vitio probantur debita fuisse contracta, in absoluto est vt debeat dominium commutari.

Si curialibus patientibus, & apud acta fatentibus prædia esse alicuius, tributa quis soluerit, apud soluentes remanet perpetuo dominium prædiorum. Bart.

XIIII. Iidem Augusti Aureliano P.P.

RVra & possessiones quas curiales quolibet pacto publicatis apud acta prouincialia desideriis suis vel reliquerunt, vel possidere alios permiserunt: penes eos qui eas excoluerunt, & functiones publicas recognoscunt, firmiter perdurabunt, nullam habentibus curialibus copiam repetendi.

XV. Iidem Augusti Sebasto com. primi ordinis.

SI quis deserta prædia quæ naualem sustinent functionem, & in desertis nunc vsq; remanent, superæquationis iure perceperit: meliore conditione in omnibus titulis conuenit eā releuari, vt grauis sors nauis esse non possit pro ea

ea quæ resederit portiuncula: cùm aliis fuerit dispendiis liberata.

XVI. Iidem Augusti Hermocrati P. P.

SI quis auctoritate nostri nominis[a] de fundis patrimonialibus steriles sub certi canonis pollicitatione susceperit, firmiter eum volumus possidere: sub eiusdem tamen canonis solutione, quem nostræ maiestatis auctoritas per annos singulos soluendum esse præscripsit: nullámq; eos descriptionem, siue adiectionem, aut innouationem in posterum sustinere: quoniam nimis absurdum est, eos qui nobis hortantibus fundos inopes atque egenos, magno labore impenso, aut exhausto patrimonio vix fortè meliorare potuerunt, vtpote deceptos, inopinatum onus suscipere: illúdq; velut quadā circumuentione deposci, quod si se daturos præscissent, fundos minimè suscipere aut etiā colere paterētur.

[a] numinis.

XVII. Imp. THEODOS. A.

IVbemus neminem curialem pro alieni territorij debitis detineri, sed tantùm municipem pro gleba propria conueniri. Cod. Th. 12.1.186.

DE FVNDIS LIMITROPHIS,[a] ET TERRIS, ET PALVDIBUS, & pascuis, & limitaneis, vel castellorum.

[a] limitotrophis, Cuiacius.

TITVLVS LIX.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Reſcripta in contrarium impetrata nullius ſint momenti.

I. Imppp. VALENTI. VALENS, & GRATIANVS Auguſti ad Licinium[a] PP.

[a] al. ad Latinum, in meo manuſcript.

TIberianus ad poßibilitatem ſingulorum quorunq; locorum intuens, ſtatuit certas poſſeßiones quæ ad limitem[b] frumenta conueherent. Quocirca generali lege ſancimus Tiberiani diſpoſitionem oportere obſeruari: amouentes quicquid vel potentia cuiuſcunque elicuit, vel furtiua deprecatio: addentéſque nihilo minus, in futurum nulli licere aduerſus vtilem vetuſtatem, & præſentem legem noſtram importuna & reſpuenda repoſcere.

[b] In ſcriptis, ad limitũ frumenta cõuenirent.

In limite imperij nullus debet eſſe caſtelli detentor, niſi is ſolus cui per principem detentio eſt commiſſa. Bart.

II. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS AA.

QVicunque caſtellorum loca quocunque titulo poßident, cedant ac deſerãt: quia his tantùm fas eſt poßidere caſtellorum territoria, quibus adſcripta ſunt, & de quibus iudicauit antiquitas. quòd ſi vlterius, vel priuatæ conditionis quiſpiam in his locis vel non caſtellanus miles fuerit detentator inuentus: capitali ſententia cum publicatione bonorum plectetur.

Agri

Agri limitanei donec per milites poſſidentur, ſunt à tributis immunes. Bar.

III. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS AA.

AGros limitaneos vniuerſos cũ paludibus omníque iure, quos ex priſca diſpoſitione limitanei milites ab omni munere vacuos ipſi curare pro ſuo compendio, atque arare conſueuerant, & ſi in præſenti coluntur, ab his firmiter ac ſine vllo concußionis grauamine detineri: & ſi ab aliis poßidentur (cuiuſlibet ſpacij temporis præſcriptione ceſſante) ab vniuerſis detentatoribus vindicandos, iiſdem militibus ſine vllo prorſus (ſicut antiquitus ſtatutũ eſt) collationis onere volumus adſignari: in his etiam contra eos qui præceptionibus noſtris obuiam venire tentauerint, proſcriptionis pœna valitura. Nam ſi quis forte (quod minimè audere debuerat) emptionis titulo, memorati iuris poßidet prædia: competens ei actio contra venditorem intacta ſeruabitur.

DE PASCVIS PVBLICIS ET PRIVATIS.

TITVL. LX.

Antiqua penſio pro paſcuis ſaltuum antiquitus conſtituta, inconſulto principe augeri non debet. An.

I. Imppp. VALENT. THEODOS. & ARCADIVS AAA.[a] PP.

[a] ad Rufinum.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Cum nulla ratio sit, cur in pascuis saltibus rei priuatæ pensio debeat ampliari, nequaquam pro libidine ordinum augmenta facienda sunt. Etenim idcirco grauiorem pensionem imponi ab ordinibus accepimus, vt animalia ex rebus priuatis nostris à locorum pastibus arceãtur: quod fieri non oportere diuæ memoriæ Iulianus prorogata iussione constituit. Quare excellens auctoritas tua cõuentis prouinciarum rectoribus, non eam licitationis necessitatem patiatur inferri, quam repentinam faciunt ciuitates: sed eam manere decernet, quam statuit antiquitas.

II. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. ad Simplicium magist. mil.

Pro inclusis legit Cuiac. Apamenis, i. Syriæ locis, de quibus. Strabo lib. 16.

INsignis auctoritas tua hac conditione à publicis pratis [ac amœnis][a] pascuis animalia militum prohiberi præcipiat, vt vniuersi cognoscant, de emolumentis eorum, tuíque officij facultatibus, duodecim libras auri fisci commodis exhibendas, si quisquam posthac memorata prata mutilare tentauerit: non minore decernenda pœna, si etiam prata priuatorum Antiochenorum fuerint deuastata: ita tamen, vt sine læsione prouincialium prouideant curiales quo pacto animalium militarium pastui[a] consulatur.

pascuis.

Prata prouincialium non debent fatigari molestia militum principis. Bart.

III.

III. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS Augusti.

PRata prouincialium nostrorum, & præcipuè rei priuatæ nostræ, perniciosum [vel periculosum][a] est militum molestia fatigari, ideóque lege ad amplissimam præfecturã promulgata, censemus, ne hoc deinceps vsurpetur: super qua re vniuersos quorum interest, conuenire tua magnificentia non moretur: neque permittat possessores vel colonos pratorum gratia qualibet importunitate vexari.

al. deest, vel periculosum.

DE FVNDIS PATRIMONIALIBVS, ET SALTVENSIBVS & emphyteuticis, & eorum conductoribus.

TIT. LXI.

Accipiens fundum fiscalem in emphyteusim perpetuam, ipsum donat etiam irrequisito fisco. Bart.

I. Imp. CONSTANTIN. A.

SI quis fundos emphyteutici iuris salua lege fisci citra iudicis auctoritatem donauerit, donationes firmæ sint, dummodo suis quibusque temporibus ea quæ fisco pensitanda sunt, repræsentare cogatur.

Si pro re emphyteutica patrimoniali tempore debito soluta pensio non probetur, minori ipso iure non infertur damnum vel pœna. Bart.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

II. Idem Augustus ad Dracontium.

PAtrimonialis fundi pensitationẽ seu aurariam seu frumentariam intra tempus omissam, minorum dominio non nocere praecipimus, nec ad fraudem iuris eorum accedere, si quod solenniter debetur, paulò serius inferatur: ita tamen, vt permanente substantia paruulorum, iudex tutorem vel curatorem per quem differtur illatio, negligentiae suae & deserti officij poenas exigat, & damna deplorare compellat.

Emphyteuta ob sterilitatem non petat remissionem: & rescriptũ in contrarium impetratum per obreptionem, non tenet. Bart.

III. Impp. VALENTIN. & VALENS Augusti.

QVicunque possessiones ex emphyteutico iure susceperint, ea ad refundendum vti occasione non possunt, qua asserant desertas esse coepisse, tametsi rescripta per obreptionem meruerint: sed nec auelli eas ab his posse, nec si licitatio ab alio fuerit promissa: sed eas in perpetuum apud eos qui eas susceperint, & eorum posteritatem remanere, nec si super hoc rescriptum fuerit aduersus eos impetratum.

IIII. Imppp. VALENS, GRATIAN. & VALENTINIANVS Augusti ad Florentium.

FVndi patrimoniales, & qui ex emphyteutico iure ad domum nostram diuersis

gener

generibus deuoluti sunt: sic eis qui eos poposcerint cedunt, vt commissi metus esse non possit. Neque enim magis cõmodamus nostra, quàm tradimus ea iure dominij: ita tamen, vt ea quae in nostra possessione positi praestiterint, & in posterum soluant.

Suscipiens à peraequatore fundum desertum, ipsum perpetuo possidebit. Bart.

V. Impp. GRATIAN. & VALENT. Augusti.

SI qui à prioribus colonis vel emphyteuticariis destitutum patrimonialem fundum à peraequatore vel censitore susceperint: perpetuo eundem atque inconcusso iure possideant, nec quisquam secundus petitor accedat.

Donatarius principis rem sibi donatam possidet inconcussam, & eam in aliũ potest trãsferre. Bart.

VI. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEODOSIVS Augusti.

HI quibus patrimoniales possessiones per Asianam & Ponticam dioecesim, vel à nobis, vel à diuis parentibus nostris sacra largitate donatae sunt, inconcussae possideant, atque ad suos posteros transmittãt: quod quidem non solùm in heredibus, sed etiam in contractibus omnis generis volumus custodiri.

Accipiens in emphyteusim à fisco, debet cauere de non deserendo sub hypotheca suorum bonorum. Bart.

VII. Iidem AAA. Cynegio P. P.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

QVicunq; ad emphyteusim fundorum patrimonialium vel reipublicæ iussu nostri numinis venerit, is si redundantia fortunarum idoneus fuerit ad restituenda quæ desertis fortè possessionibus requirentur, patrimonium suum publicis implicet nexibus. Si verò minor facultatibus probabitur, datis fideiussoribus idoneis ad emphyteusim accedat: scientibus his quos talium rerum cura sollicitat, in se negligentiæ damna, si huiusmodi cautio defuerit, esse vertenda.

Fundi limitrophi militibus adsignati per rescriptũ principis, vel adnotationem, in emphyteusim, vel iure dominij in alium transferri non possunt. Bart.

VIII. Iidem Augusti Nedearcho.

OMnes fundi [a] *patrimoniales per Mesopotamiam, & Osdrochenam* [b] *prouincias, quos constat diuorum retro principum sanctionibus limiti deputatos, ad ius pristinum sine vllius adsertionis reuocentur obstaculo, præbituri omnia quæ antea impendenda necessitatibus limitis præberi consueuerant: ita vt nulli penitus audiantur, qui aut rescripto aut adnotatione dominium vel emphyteusim vel conductionem quolibet genere largitatis de nostra liberalitate meruerint.*

[a] Hic not. cõtra illos qui dicũt Rom. imperiũ nõ fuisse extensum vltra Euphratem.
[b] Osdroenam. Alc. hîc.

IX. Impp. ARCADIVS & HONORIVS Augusti.

Vniuersi

VNiuersi cognoscant nihil priuato iure, saluo canone, fundis emptis cum patrimonialibus esse commune: ita vt ad eos nunquam patrimonialium fundorum peræquator accedat: graui multa feriendo eo, qui statuta nostræ clementiæ ausus fuerit temerare.

Si fundi patrimoniales fertiles aliquibus sunt concessi, & steriles non: peræquator debet sterilia fertilibus aggregare: vt sic omnium pensio præstetur, & diuisio fiat sterilium æqua lance & fertilium. Bart.

X. Iidem AA. Eutychiano P. P.

FVndos patrimoniales eos dumtaxat qui saluo canone iure priuato nostra liberalitate concessi sunt, cum his patrimonialibus qui in conditione propria constituti sunt, illustris auctoritas tua iubeat exæquari: ita vt releuato onere rei quod imminet fatigatis, translatio in eos qui integris viribus florent, & adscriptio tributorum, æqua lance diuidatur.

Pensio prædij emphyteutici à fisco defenditur per emptorem: non obstante pacto quòd venditor soluere debeat. Bart.

XI. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS Augusti.

IVs emphyteutici prædij, quod sine obligationis vinculo retentatum est iudicio nostro, immutabile perdurare præcipimus: possessionem autem quæ sine obligatione speciali fuerit vitiosa, vetustate temporis nolumus adiuuari.

Emph

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

Emphyteutæ fundos patrimoniales emere nō coguntur. Bart.

XII. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS Augusti.

POssessores, vel emphyteuticarij patrimoniales, qui fundos minimè nunc vsq; comparauerũt, eodem largitatis modo nequaquam ad eorum comparationem vrgeantur: sed tanquàm preciis depensis, sic eis nostri numinis beneficio potiantur: vt quod iuris alter inferendo precium consecutus est, hoc nostra liberalitate prædictus emphyteuticarius habeat. Illud quoque ius, in quibus coluit prædiis, quod aut ex successione, aut ex comparatione priuata, aut nostri numinis liberalitate, aut quocunque modo possedit, sciat illibatum intemeratúmque seruari: licentia eis concedenda etiam libertates mancipiis ex fundis patrimonialibus atque emphyteuticariis, cum fundorum sint domini, præstare.

Prædia patrimonialia hîc nominata non possunt alienari in alium, pœna contra facientibus imminente. Bart.

XIII. Iidem AA. ad Florentium.

NVlli iam in posterum licere præcipimus patrimoniales seu limitrophos vel saltuenses fundos, qui per tractum Orientis positi sunt, ad ius transferre priuatum: siue dempto siue saluo canone iuris fundorum immutatio postuletur: legis temeratores quinquaginta li-

brarum

brarum auri pœna coërcētes: tam videlicet petitorem, quàm officium quod petitionem concedit admitti: licet adnotatio nostra vel diuina pragmatica contra vetitum proferatur.

Qui per quadraginta ann. fundũ patrimonialem vel templorum possederit, vel alterius iuris cum titulo, vel sine: nullam pro ipso molestiam vel quæstionem pati potest. Bart.

XIIII. Imp. ANASTASIVS A.

IVbemus omnes qui in quacunque diœcesi, aut quacunque prouincia vel quolibet saltu vel ciuitate fundos patrimoniales vel templorum, aut agonothetici, seu releuatorum iugorum, vel cuiuscũque iuris per quadraginta iugiter annos (possessione scilicet non solùm eorum qui nunc detinent, verum etiam eorum qui antea possederant, computanda) ex quocunque titulo, vel etiã sine titulo hactenus possederunt, vel postea per memoratum quadraginta annorum spacium possederint, nullam penitus super dominio memoratorum omnium fundorum vel locorum, vel domorum à publico actionem vel molestiam, aut quamlibet inquietudinem formidare, sed impositum canonem pro qualitate iuris cuius prædia sunt vel loca, per singulos annos soluentes, pro certo habeant suum esse quod possident, vel postea possederint: ita vt omnibus ad excludendam omnem quolibet modo ex publico mouendam quæstionem, nuda ex quocunque titulo, vel

etiam

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

etiam sine titulo corporalis quadraginta annorum iugis possessionis exceptio possit sufficere: hoc etiam adiiciendo, vt illi quoque qui adempto canone huiusmodi fundos ab initio principali iussione datos sibi fuisse confirmant: si per quadraginta annos adempti canonis beneficium iugiter possederunt: nec canonem cuius ademptionem quadraginta (sicut dictum est) annorum possessio testatur, possint penitus profligari: eo quòd nostræ pietati placuit in vtroque casu, id est tam saluo, quàm adempto canone, possessorum nostrorum iura in eo statu in quo per quadraginta annos (sicut dictum est) iugiter manserunt, absque vlla innouatione durare.

DE MANCIPIIS ET COLONIS PATRIMONIALIVM, saltuensium, & emphyteuticorum fundorum.

TIT. LXII.

Si villa locata in emphyteusim cōceditur, non possunt coloni vsurpare totum territorium eiusdem. Bart.

I. Imp. CONSTANTINVS A.

EMphyteuticarios grauant coloni, agros præter consuetudinem vsurpantes, quos nullis culturis erudierunt: cum solennitas id eos attrectare permittat, quod eorum labore vel

oliuet

oliuetis est insitum, vel vinetis. Sed & irriguas fontium aquas vsurpare conantur, quarum fructus solis emphyteuticariis debentur. Ideóque placuit, vt deinceps aquarum iura potestatésque penes emphyteuticarios permaneant: tantúmque ex eis colonis impertiatur, quātum culturis eorum agrorum sufficere manifestum est, quos ipsi colunt pro modo autem superfluæ irrigationis, quam vltra culturas suas vsurparint, emphyteuticariis possessoribus pensiones accessionésque præbeant.

Manumissio facta de mācipio fundi patrimonialis à non domino, rescinditur per procuratorem Cæsaris. Bart.

II. Imppp. VALENS, GRAT. & VAL. AAA.

LIbertates quas mancipiis ex fundis patrimonialibus atque emphyteuticis, qui fundorum non sunt domini, præstiterint, rationales huius præcepti auctoritate rescindant.

Emptor fundi patrimonialis tenetur dare colono: quē si expulerit, possessione priuatur.

III. Imppp. GRAT. VALENT. & THEODOSIVS Augusti.

COgnouimus à nonnullis qui patrimoniales fundos meruerunt, colonos antiquissimos perturbari, atque in eorum locum vel seruos proprios, vel alios colonos surrogari. Edicti itaque huius auctoritate sancimus eos qui deinceps aliquid huiusmodi crediderint attētandum, hisdem possessionibus esse priuandos.

Coloni

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Coloni ad aliquam militiam conuolantes, reuocantur ad antiquam culturam. Bart.

IIII. Iidem Augusti Cynegio præfecto prætorio.

SVper patrimonialium refectione fundorum dudum nostris est legibus constitutum, vt hi qui eos colentes, solum eorum verterãt: nunc ad alia se loca dirigentes, nunc ad militiam conuolantes, ad auitas conditiones & propria iura reuocentur. Cæterùm eos qui castrensibus stipendiis otia quieta meruerunt, iam veterani constituti, nequaquam placet tela in vsum vomeris ligonísque conuertere.

DE FVGITIVIS COLONIS PATRIMONIALIBVS, saltuensibus, & emphyteuticis.

TIT. LXIII.

Coloni patrimoniales vel saltuenses non obstantibus aliquibus stipendiis quæ promeruerint, reuocantur ad primæuam culturam agrorum. Bart.

I. Imppp. VALENTINIAN. THEOD. & ARCAD. Augusti.

QVicunque paruuli ex municipibus vel colonis patrimonialibus vel saltuensibus, quorum tamen aui ac patres implicati huiusmodi functionibus fuerint, conniuentia militaris officij ad stipendium castrense

castrense vel officia diuersa transierint: ad munera patriæ, vel ad agrorum cultus conuentis ducibus, tribunis, ac præpositis reuocentur, neque his stipendia data prosint.

II. Iidem Augusti Cynegio præfecto prætorio.

QVisquis colonum patrimonialem aut solicitatione susceperit, aut occultatione celauerit: non solum ipsum restituere, sed etiam libram auri pœnæ nomine inferre cogatur. P P. VIII. *Kalend. Nouemb. Constantinop. Honorio* N. P. *& Euodio Conss.*

Omnes adscriptitij ad agriculturam prædiorum patrimonialium, si ad aliquam militiam conuolauerint, reuocantur. Bart.

III. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS Augusti.

CVuiscunque adnotationis, vel oraculi dudum impetrati, vel postea eliciendi auctoritate submota: omnes quos patrimonialium agrorum vinculis fortuna tenet adscriptos, sub quibuslibet gradibus militantes, ad prouinciæ moderatoris iudicium ilico sub idonea intercessione mittentur.

DE COLLATIONE FVNDORVM PATRIMONIALIVM, ET EMPHYTEVTICARIORVM.

TITVLVS LXIIII.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

I. Imp. CONSTANTINVS Augustus.

C.Th. 15. 3.1. EMPHYTEVTICARII possessores qui mansuetudinis nostræ beneficio ad extraordinaria minimè deuocantur munera: sicut cæteri prouinciales, obsequium suum itineribus muniendis impendant. Nulla enim ratione debent ab hoc quod in commune omnibus profuturum est, seiungi.

C.Th.11. 16.1. II. Idem Augustus ad Quinium.

PAtrimoniales fundos extraordinariis oneribus, vel mediæ aut tertiæ portionis obsequiis fatigari non conuenit, cum eosdem & auri speciem, & frumenti plurimum modum constet persoluere: ita vt qui violare statuta tentauerit, puniatur.

C.Th. 11. 19.2. III. Imp. IVLIANVS Augustus.

OMnes qui patrimoniales fundos siue cōmuniter siue ex asse retinent, pro his cōueniendi sunt ad vniuersorū munerum ad eosdem fundos pertinentium pro rata portione vel in solidum functiones, sicut vnumquemque priuatorum necessitas publicæ pēsitationis adstringit. Datum v. kalend. April. Mamertino & Neuitta Conss.

IIII. Impp. VALENTINIANVS & VALENS Augusti.

PLacuit vt emphyteuticorum fundorum patrimonialiúmque possessores, quo voluerint tempo-

tempo

tempore, & quantum habuerint pensionis paratum: dummodo non amplius quàm in tribus per singulos annos vicibus, officio rationalis adsignent: ac de suscepto ab eodem securitatem eodem die pro more percipiant: modo vt intra Ianuariarum iduum diem omnis summa ratiociniis publicis inferatur: grauissimæ pœnæ subdendo officio, si cuiquam quolibet anni tempore (dummodo nequaquā numerum ternæ illationis excedat) solutionem facere gestienti negauerit susceptionis officium: vel si moram fecerit in chirographo securitatis edendo: super quo possessores, aut procuratores, vel magistratus, aut quicunque in locis fuerint qui conficiendorum actorum habeant potestatem, conueniat contestari: vt & de officij insolentia constet, in quo exercēda vindicta est: & his possit esse consultum.

V. Impp. ARCADIVS & HONORIVS Augusti.

PER omnes prouincias patrimonialiū fundorum ab ordinariis iudicibus canon exigatur: & quicquid exactum fuerit, dirigatur. Sciant vero memorati iudices nihil sibi ex priuatæ rei canone, vel ex eo quod ex hisdem titulis contigerit, ad necessitates alias transferendum: nisi maluerint grauissima seueritate eorum licentiam coërceri.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

DE FVNDIS REI PRIVATAE, ET SALTIBVS DIVINAE DOMVS.

TITVLVS LXV.

Fisco alienante rem non potest res auocari, sed perpetuo penes ipsum vel eius successores debet res permanere. Bald.

I. Imp.[a] CONSTANTINVS Augustus.

[a] Imperat. Constantini edictũ ad Cõstantinopolitanos. ita scriptum reperi in vno manuscrip. Contius.

VNIVERSI cognoscant has possessiones quas de fisco nostro comparauerunt, seu comparãt, nullo à nobis iure retrahi, sed propria firmitate possessas, etiam ad posteros suos dominij perpetui durabilitate dimitti.

II. Impp. VALENTINIAN. & VALENS Augusti.

HI quos commoditas priuatæ rei prædiorum, ad ea postulanda solicitat, adeant tuæ dignationis officium, & modum suæ deliberationis indicent per libellos: certúmque habeant, quòd vnaquæque villa cum eo onere vel forma cui nunc habetur obnoxia, ad noui domini iura migrabit: vt si quid adiecerit sumptus cura vel solertia, quicquid mancipiorum vel pecoris accreuerit, capitationis aut canonis augmenta non patiatur, sed solis dominis heredibúsque dominorum sit cessura felicitas. Si quis autem in annis singulis non soluerit debitum ex re ipsius: quod in reliquis remansisse

cla

claruerit, sine aliquibus dependere cogetur induciis. Sanè si quem postea minus idoneum factum esse constet, nec ita vt expedit, rationem reddere pensionis: res quas ex nostris rebus acceperat, ad alium idoneum iure quo sancimus transferentur: nec tamen decoctoris cuiusque reliquis, qui nouus accedit, onerabitur.

III. Impp. GRATIANVS & VALENTINIANVS Augusti.

QVicunque possessionem rei priuatæ nostræ acceptam suo nomine, vel iure perpetuo, & vel titulo conductionis ei crediderit esse tradendam, qui pensare vtilitatem patrimonij nostri soluendo non valeat: is pro eo quem succedaneum surrogauit, perpetuæ solutioni statuatur obnoxius.

IIII. Iidem ad Orebium.

VNiuersi fundi templorum, ad rationalium rei priuatæ solicitudinem curámq; pertineant: atque ab his anniuersariis solutionibus postulatis, peculiari (vt semper fuit) studio defendantur.

V. Iidem ad Nebridium.

VSus aquæ, quæ fundorũ nostrorum vtilitatibus seruiebat, plurimorum dicitur vsurpatione sublatus: idque procuratorum conniuentia vel dißimulatione perfectũ, vt agrorum fertilitas destituta, nullos fructus cultoribus præstet. Quia igitur satis iniustũ est statum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

florentis ante patrimonij, aridæ sitis molestia fatigari: ad meatus pristinos vniuersum aquæ motum, temporis præscriptione submota, præcipimus reuocari.

VI. Impp. ARCADIVS.

EVM qui collegio, vel curiæ, vel burgis, cæterísque corporibus per XXX. an. sine interpellatione seruierit: res dominica, vel intentio priuata non inquietabit, si colonatus vel inquilinatus quæstionẽ mouere *tẽtauerit: sed in curia vel in corpore in quo seruierit, remaneat.

*al. opponere.

VII. Impp. THEODOS. & VALEN. Augusti ad Eudoxium.

NEmo dempto canone ad cõparationem dominicæ possessionis accedat. Quòd si quis in posterum ad interdictum contractum accesserit, eum volumus precia perdere perpetuo: nec expensarũ, vel melioratæ rei fructuum exactioni compensationem opponere: nec temporis sibimet contra nostra commoda præscriptione (excepto vetustatis auxilio) blandiri: palatinum etiam officium si quoquo modo contractus eiusmodi fuerit celebratus, vel si talem petitionem instruxerit, quinquaginta pondo auri pœnæ nomine inferre priuato nostræ mansuetudinis ærario: nulla liberalitate nostræ clementiæ, nulla sanctione contra tanta rei priuatæ commoda valitura, licet adnotatio, vel diuina pragmatica sit, quæ contra vetita ca-

nonem

nonem vendere concedat, vel pœnam palatino remittat officio.

DE FVNDIS ET SALTIBVS REI DOMINICAE.* TITVLVS LXVI.

*tamiacę. in meo manuscr. est Dominicæ.

Immittens animalia in pascua principis, animalia perdit: procuratórque fisci qui hoc consentit, grauissimè punitur. Ange.

I. Imppp. VALENTIN. THEODO. & ARCAD. Augusti.

SI quis ouium vel equarum greges in saltus rei dominicæ alienus immiserit: fisco ilico vindicentur. Quòd si venalis procuratorũ conniuentia vt id deinceps tentetur admiserit: eos grauißimo iubemus supplicio subiacere.

II. Impp. ARCADIVS & HONORIVS Augusti ad Paulum comitem dominicæ rei.*

*al. domorum. C.T. 10. 1. 15.

SI qua loca ad sacrum dominium pertinentia, cuiuslibet temeritas occupauerit, secundũ veteris census fidẽ in sua iura retrahantur: rescriptis per obreptionem impetratis, & præscriptione longi temporis, & noui census præiudiciis, in hac causa submouẽdis. Neque enim aut precatio colorata, aut incubatio diuturna, aut nouella professio, proprietati nostræ priuilegium abolere potuerunt.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

DE AGRICOLIS ET MANCIPIIS DOMINICIS, vel fiscalibus "rei publicæ vel priuatæ.

"In scriptis nostris exép. legitur, fiscalibus, siue rei priuatæ. sic in meo rectè. Cótius.

TITVLVS LXVII.

I. Imp. CONSTANTINVS Augustus.

NVLLVS omnino originalis colonus rei priuatæ nostræ ad aliquos honores, vel qualibet alia ciuitatis munera deuocetur. Non enim ciuitatum ordinibus, & cæteris, ex quibus pro multitudine fieri nominationes oportet, per omnia florentibus, ad hæc suprema præsidia iniuriosa nominatione descendendum est.

II. Idem Augustus Ianuario P. P.

Colonos nostros, qui priuati sunt, vel ad ratiocinia gerenda, vel ad colendos agros idonei, retrahi iubemus, ac tantum colendis nostris rebus addici: quin etiam in posterum obseruari ne quis eorum rem priuatã cuiusquam gerẽdam, aut aliquid administrandũ suscipiat.

III. Idem Augustus ad Equitium magistrum equitum & peditum.

Serui atque coloni, & eorum filij vel nepotes, vel quicunque de fundis ac possessionibus nostris clanculo ad officia conuolauerint diuersa: reddãtur, etiam si armatæ habuerint sacramenta militiæ. Nos enim etiam eos discingi iubemus,

iubemus, ac reddi, qui protectorum fuerint nomen adepti.

IIII. Imppp." GRATIANVS, VALENT. & THEODOS. Augusti ad Florum.

"al. Idé A. ad Florétinum.

Ex ingenuo & colonis ancillísque nostris natos natásve, origini ex qua matres eorum sunt, facies deputari.

V. Imppp. VALENT. THEODO. & ARCADIVS Augusti.

Dominicos colonos neque ad descriptionem patimur deuocari, neque extraordinarias pati functiones: maxime cum aduersus consuetudinem memoratis onera dicantur inferri.

VI. Impp. THEODOSIVS & VALENT. Augusti.

Quotiens alicui colonorum agrum priuati patrimonij nostri placuerit venundari: non vnus tantum, qui forte consortibus suis grauis ac molestus existat, sed alij quoque duo vel plures ex simili origine ac iure venientes, in supradicta emptione socientur.

DE PRAEDIIS TAMIACIS," ET DE HIS QVI EX colonis dominicis aliísque liberæ conditionis procreantur.

"de tamiacis prædiis pulchrè Al. hîc, & Pyrrhus ĩ. ad tit. de fun. rei priuatæ.

TITVLVS LXVIII.

Natus ex vno parente tamiaco, & altero libero, tamiacus est. Bart.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

Pro inclusis meus liber habet proposito sacri. fortè deest verbum patrimonij. Contius.

*tamiacā, & sic deinceps.

I. Imp. ZENO Augustus [CHISEROTI PP.]

SI LIBER *colonus vel colona libera tamiaco vel tamiaca* matrimonij iure copuletur: filij vel filiæ ex huiusmodi cōtubernio procreati vel procreatæ, colonis dominicis annectentur. si autem adscriptitius vel seruus alienus colonam vel ancillam dominicam ducat in vxorem, vel adscriptitia vel ancilla colono vel seruo nubat dominico, & ex huiusmodi coniunctionibus nati sunt liberi: veterum legum ius tenere sancimus.*

II. Idem Sebastiano P.P.

M*Eminimus pragmaticam sanctionem iussisse fundos tamiaci iuris in prouinciis positos, necnon etiam possessiones Gonatici saltus sub certa forma (saluo scilicet canone, & tributariis collationibus) hisdē prædiis impositis, volentibus distrahi, quatenus quicquid ex preciis memoratorum fundorum posset restitui, publico inferatur. Sed licet per eandem sanctionem huiusmodi venditionum contractibus plenissima delata sit cautio, attamen perpetuæ emptionis securitati consulentes, huius etiam perpetuæ constitutionis auctoritate muniri eosdem emptores præcipimus.*

De diuersis

DE DIVERSIS PRÆDIIS VRBANIS ET RVSTICIS TEMPLORUM & ciuitatum, & omni reditu ciuili.

TITVLVS LXIX.

Aedificans in solo publico debet soluere debitam pensionem pro ædificio, si expediat reipublicæ, aliàs ipsum solum cum ædificio vindicatur. Bart.

I. Imp. IVLIANVS A. Attico.

P*Ro ædibus quas nonnulli in solo reipublicæ extruxerunt: placitam præstare pensionem cogantur.*

II. Idem A. Secundo P.P.

P*Amphyliæ etiam ciuitates, & quæcunq; aliæ, quicquid sib acquirant, id firmiter habeant.*

Tertia pars canonis qui redigitur ex fundis vel locis reipubli. sufficit ad restaurationem murorum. Bart.

III. Impp. ARCADIVS & HONORIVS AA. Cod. Th. 15.1.33.

R*Estaurationi mœnium publicorum tertiam portionem eius canonis qui ex locis fundisve reipublicæ annua præstatione confertur, certum est satis posse sufficere.*

Emptor reipub. vel templorum ipsam perpetuò possidebit: nec ab eo potest auelli, licet alius offerat meliorem conditionem. Bart.

IIII. Iidem AA.

Eos

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

EOs qui auctione prima fundorum iuris patrimonialis, siue templorum possessores effecti sunt, vel fuerint, firmum dominium tenere decernimus, ne vlterius vacillet vniuscuiusque possessio, sed teneat quisque ius proprium quod dato precio roboratum est, vel fuerit.

Emptio rei emphyteuticæ fiscalis facta à priuato, vel etiam à ciuitate sub pacto ne teneatur ad canonem, tenet: sed pactum est irritum. Bart.

V. Imp. VALENTINIANVS A.

SI quis* ex titulo donationis vel emptionis, siue ex alio quolibet titulo possessiones, vel domus, vel ergasteria iuris duntaxat ciuilis, quæ huius iuris esse verè probantur, cuiuslibet ciuitatis, & præcipuè huius æternæ vrbis, cui maiorem debemus fauorem, tam ciuilis (vt dictum est) iuris, quàm etiam agonotheticas possessiones, à consulatu Ausonij & Olybrij, dempto ciuili canone acceperunt: eos impositum eis canonem iuxta fidem publicorum monumentorum ciuitatis ad quam eædem res pertinuerint, præbere iubemus. Nam si priuati iuris debita non patimur denegari, multo magis præbenda sunt ciuitatibus, quæ iure debentur: cum sufficiat possessoribus, quòd apud eos dominium in perpetuum ex nostra liberalitate permaneat. Si quæ tamen possessiones iuris ciui-

* Sumpta ex Nouella martiani de prædiis ciuitatũ omnium. quæ hodie extat in breuiario Alarici.

lis

lis canonem priuatis largitionibus in præsenti præbent, vel nunquam ademptum, vel postea impositum: ad hanc iussionem non pertinebunt, sed priuato ærario canonem quem nunc agnoscunt, inferre ex more debebunt, dominio firmiter apud eos successoréque eorum & detentores pari modo permanente.

VI. Imp. ZENO A.

HAc in perpetuum valitura lege sancimus Nicensium ciuitati,* seu habitatoribus eius, tam ius exactionis XL.* solidorum annui canonis ciuilis reditus ad suam patriam pertinentis, & possessoribus, id est Callimacho & Eliburno, necnon Emptorio & Veratorio cum Epotio* eorum sub territorio Apamenæ ciuitatis constitutis, ex nuper lapsa tertia indictione cum ipsa restitui: quàm si quid ex quo sanctio Martiani diuæ memoriæ lata est, ad eiusdem ciuitatis præiudicium gestum est, infirmari, & quod ex eadem prouisione ciuitatibus delatum, interea qualibet occasione minutum est, ex auctoritate constitutionis nostræ serenitatis eisdem ciuitatibus redhiberi: ita vt nec iudiciaria auctoritas, nec imperiale rescriptum, quacunque videlicet adiectione munitum, sæpe dictæ generalis legis vires possit infringere. Quod si quis aliter fecerit, pœna graui plectetur.

* De Nicæa intellige, metropoli videlicet Bithyniæ, sub qua fuit Apamæa.
* aliàs, quadringentorũ.
* forte equitio. vel enthecio. Cuiacius hîc.

DE

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

DE LOCATIONE PRAEDIORVM CIVILIVM VEL FISCALium, siue templorum, siue rei priuatæ, vel dominicæ.

TITVLVS LXX.

Prædia principis quę in perpetuum locantur, sunt locanda diuitibus, & aliis cum fideiussoribus idoneis. Bald.

I. Imppp. GRAT. THEOD. & ARCADIVS AAA.

DIui patris nostri aperta præceptione cauetur, fundos ex re priuata nostra ita tradi perpetuariis, vt periculo collocantium officiorúmque tradantur. Neque enim quicquam potest ex deuotionis plenitudine vacillare, si apparitione iudiciaria & fundi idoneis attributi sunt, & inde fiscalis indemnitas idonea fideiussione est munita. quorũ si alterum vel vtrunque neglectum est: quæ ex hoc titulo pensitatio canonica desideratur, ex officiorum facultatibus seruetur.

A colonis perpetuis fundorum publicorum non auferuntur fundi, licet alius meliorem offerat conditionem. Bart.

II. Iidem AAA. Nibrio.*

FVndi reipublicæ ab his qui nec titulo conductionis eos detinent, quíque meliores cultu patrocinante reddiderint: nec nostrarum quidem sanctionum (si forte quispiam per surreptionem meruerit) nutibus auferantur iuxta legem veterem: semel tantùm licentia faciendæ adiectionis indulta.

*al. Nebridio com. r. p. rectè, in meo manuscr. Cod.

Subhastatio in locatione perpetua fundorum publicorum ita vindicat sibi locum, sicut in venditione. Bart.

III. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS AA.

LOca omnia fundíve reipublicæ, propositis prius licenter edictis, dehinc vbi in eum canonis modum, contendentium augmento succreuerint, vt extendi vltra, aut superari alterius oblatione non poßint: perpetuariis conductoribus locentur.

Si finita locatione conductor primus offert tantum quantum nouus: in locatione præfertur. Bart.

IIII. Iidem AA. Mineruio.

COngruit æquitati, vt veteres poßessores fundorum publicorum nouis conductoribus præferantur, si facta per alios augmenta suscipiant.

Prædia domus Augustalis in perpetuum locata, ad alium non possunt transferri sub aliquo prætextu, quandiu pensio soluitur. Bar.

V. Impp. THEODOSIVS & VALENT. AA.

PRædia domus nostræ si semel iure perpetuo, vel nostra præceptione, vel auctoritate illustris viri comitis ærarij priuati, apud aliquem fuerint vel iandudum sint collata, ad alium

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

alium transferri perpetuarium non oportet. Aperte enim definimus hoc edicto, vt à perpetuario nunquam possessio transferatur, etiam si alteri eam imperator vel exoratus vel sponte donauerit, siue adnotatione, siue pragmatica: cui si fortè contra perpetuarium vir illustris comes priuatarum rerum dum allegabitur, acquiescet: & de proprio ipse centum libras auri, & alias centum fisci iuribus palatinum inferre cogatur officium. nec tamen post allegationem habebit huiusmodi iussio firmitatem, sed nec locabitur alteri, licet ingenti superari videatur augmento possessio. Iure igitur perpetuo publici contractus firmitate perpetuarius securus sit: & intelligat neque à se, neque à posteris suis, vel his ad quos ea res vel successione, vel donatione, siue venditione, vel quolibet titulo peruenerit, esse retrahendam. Sanè quia non ex omni parte excludēda est largitas principalis, rem diuinæ domus suæ imperator, si velit, donabit ei qui eam possidet, iure perpetuo: siue ipse iam meruerit, siue cuiuslibet tituli iure successerit. videtur enim suā concedere pensionem: non alteri nocere liberalitas, quæ possidentem iure perpetuo dominum vult vocari. Sanè si quis non perpetuo iure, sed ad tempus locatam, ab illustri viro comite rerum priuatarum possessionem videtur adeptus: non erit obstaculo principali largitati, si voluerit in alterum do-

nationem

nationem transferre, quod ad definitum tempus alter forte conduxit. Si vero pro tali prædio ab altero conductore offeratur augmētum, sit in arbitrio conductoris prioris cui res ad tempus locata est, vt si ipse, quod alter adiecit, obtulerit, maneat penes eum temporalis illa conductio. Si vero idem hanc ipsam rem aliquando meruerit iure perpetuo possidere: habebit & ipse superius expressam perpetuam firmitatem.

DE CONDVCTORIBVS ET PROCVRATORIBVS SIVE actoribus prædiorum fiscalium domus Augustæ.

TITVL. LXXI.

Conductores fundorum domus Augustalis, & alij homines dictæ domus cum agere volunt vel excipere, vel experiri, debent ordinario iure hoc facere. Bart.

1. Impp. THEODOS. & VALENT. Augusti Basso P. P.[a]

[a] Cod. Th. lib. 10. tit. vlti. l. 1.

Conductores hominésve Augustissimæ domus nostræ quotiēs de causa ad domum regiam pertinente aliquid quæstionis emerserit: non aliter quàm ex legum ordine (quibus similiter omne hominum genus tenetur) vel excipiant vel inferant actiones: nec aliorum litigatorum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

negotio intercedant: nec sententia iudicantium aut illicito patrocinij sui fomite iura cõturbent: nullíve executionis suæ turbulentum ministerium audeant commodare: non priuatis se negotiis, non publicis misceant: nec quiescentem domum delatio vlla solicitet: ne eos inconsultæ pertinaciæ serò pœniteat. Grauior enim pœna constituenda est in hos qui nostri iuris sunt, & nostra debent custodire mandata. Dat. Prid. Non. Mart. Rauen. Theod. XII. & Valentiniano II. AA. Conss.

QVIBVS AD CONDVCTIONEM PRAEDIORVM fiscalium accedere non licet.

TIT. LXXII.

Palatini milites prohibentur à locatione fundorum principis. Bart.

I. Impp. ARCADIVS & HONORIVS AA.

[a] Cod. Th. 10. 3. 6. pars l. vlt. ff. de rescin. vẽd.

N*Vllus* [a] *palatinorum qui in officio rei nostræ priuatæ militant, conductionis nomine vel per se vel per quamlibet personam, possessionum huiusmodi conducendarum habeat facultatem: cum neque militi, neque curiali hoc faciendum permittimus.*

DE COLLATIONE FVNDORVM FISCALIVM VEL rei priuatæ vel dominicæ vel ciuitatis vel templi.

TITVL. LXXIII.

Præses prouinciæ, & sui officiales possunt exigere conductores dominicos. Bart.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

O*Rdinariorum iudicum officiis, nec non ipsis rectoribus prouinciarum, auctores siue conductores dominicos cõueniendi licentiam damus: ita tamen, vt rationalibus priuatæ rei ad exigenda fiscalia debita immineant.*

II. Iidem Augusti Messalæ.

P*Alatinos qui à viro illustri comite rerum priuatarum cum publicis literis destinantur ad commonitionem iudicis: quo facilius ex prædiis rei nostræ conferantur debitæ pensiones, cum summa degere præcipimus disciplina: de quorũ nominibus, si temere versati fuerint, ad sublimitatem tuam referri per ordinarios iudices oportebit, vt in eos seuerißime vindicetur.*

III. Iidem AA. & THEOD. A. Petronio [a] PP. — [a] alias, Cetronio. in meo. Centius.

O*Mnia prædia tam ea quæ in re priuata olim detinẽtur, quàm illa quæ ex proscriptorum bonis ad fiscum sunt deuoluta: eatenus*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ab huiusmodi priuilegiis & excusationibus submoueantur, vt omnes species annonarias, cursitationes debitas, atque integram opinionem sciant esse soluendam.

DE PRIVILEGIIS DOMVS AVGVSTAE VEL REI PRIVATAE, ET quarum collationum excusationem habent.

TITVLVS LXXIIII.

Ad extraordinaria munera vel superindicta etiam, fiscalis possessor non cogitur.

I. Imp. CONSTANTIN. A.

Cod. Th. 11.16.5.

PRiuatas possessiones nostras ab vniuersis muneribus sordidis placet immunes esse: neque earum conductores, neq; colonos ad extraordinaria munera vel superindictiones aliquas conueniri.

Prædia principis à transuectione publicarum specierum nullatenus hodie excusantur, sicuti nec prædia priuatorum. Bart.

II. Imp. VALENTINIA. A.

REm priuatam nostram, leuandorum prouincialium causa canonicas necessitates ea conditione qua cunctos volumus sustinere. sed excessit occasio iussionem: quandoquidem non locis solitis frumenta quæ sunt ex diuersis saltibus conuehenda, trahantur, sed eousq; portentur,

tentur, quò graue atq; dānosum est prouehere. Proinde spectabilis synceritas tua remanentes in iisdem locis implere faciat proprias functiones quibus antea frumenta præbebant.

Legēdū, rem eandé, hoc est rem priuatam. aliàs pro portionibus in corpor. &c.

III. Impp. HONORIVS & THEOD. Augusti.

PRo tyronibus in corporibus postulatis precia conferri ex fundis perpetuariis nostræ rei priuatæ præcipimus.

Instructio viæ publicæ, & pontium, & stratarum, inter sordida munera non numeratur. Bart.

IIII. Iidem Augusti Asclepiodoto præfecto prætorio.

C. Th. 15. 3. 6. pars huius l. est 5. l. 7. de sacrosan. eccl.

ABsit vt nos instructiones viæ publicæ, & pontium stratarumq; opera, titulis maiorum principum dedicata, inter sordida munera numeremus. Igitur ad instructiones reparationésque itinerum pontiúmque nullum genus hominum, nulliusque dignitatis ac venerationis meritis cessare oportet. Domos etiam diuinas tam laudabili titulo libenter adscribimus.

Nullus à superindicto excusatur, excepta principis possessione. Bart.

V. Impp. THEOD. & VALENTINIANVS AA.

Cod. Th. 11.1.36.

EXcepto patrimonio pietatis nostræ, cuius quidem reditus necessitatibus publicis frequentissime deputamus: vniuersos possessores functiones in superindictis titulis absque vllius beneficij exceptione agnoscere oportere censemus.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І.І. МЕЧНИКОВА

DE GREGE DOMINICO.

TIT. LXXV.

Subtrahés equum de grege dominico, ipsum restituit: & in vna libra auri punitur. Bart.

1. Impp. ARCADIVS & HONOR. AA. Cæsario præfecto prætorio.

*C.T.10.6.1. Iūge tit. de equis curu lib. in C. T.15.10.1.

*PRopositis * edictis sublimis magnificentiæ tuæ, minimi maximique moneantur, vt sciant singulas libras auri ex propriis facultatibus eruendas pro singulis equis vel equabus, siue Hermogenianis siue Palmatis: nisi sponte eos obtulerint. in his vero quos ex aliis gregibus occupatos esse constiterit, sex auri vncias fisci iuribus inferendas. Dat. Prid. Kal. Decemb. Constantinop. Olybrio & Probino Conss.*

DE PALATIIS ET DOMIBVS DOMINICIS.

TIT. LXXVI.

1. Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS AA. Ioanni Comiti rerum priuatarum.

COnsecratas nobis ædes, id est inclyta palatia, ab omni priuatorum vsu & communi habitatione excipimus.

DE

DE CVPRESSIS EX LVCO DAPHNENSI VEL PERSEIS PER AEGYPTUM NON EXCIDENDIS VEL VENDENDIS.

TIT. LXXVII.

Ementes & vendentes arbores cupressi in locis hîc nominatis, puniuntur. Bart.

1. Impp. ARCADIVS & HONORIVS AA.

SI quis Daphnensis luci in Syria, vel Perseis in Aegypto arbores comparauerit, quinque libris auri nouerit se esse multandum: non minore dispendio & illo feriendo, qui vendere arbores ausus fuerit, quas non licet emptoribus comparare.

II. Impp. THEOD. & VALENTINIANVS AA. Eudoxio PP.

OMnes iudices cuiuscunq; dignitatis sciant posthac absque permissu magnitudinis tuæ arborem ex Daphnensi luco Antiochenæ ciuitatis præcidendi, vel quolibet modo lapsas transferendi licentiā sibimet denegandam. Sed nec alytarcha vnam cupressum, aliis plantatis, excidere sibi licere contendat. At ne solatio antiquitus ei concesso priuari per omnia videatur: pro eo quòd ei cupressum excidere denegatur, vnam librā auri eum de priuatis nostris largitionibus accipere decernimus: quinquaginta librarum auri condemnatione huius legis temeratore plectendo.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE

Liber XII.

DE DIGNITATIBVS.

TITVLVS I.

Mulier patris conditionem & aui illustris retinet, dum tamen nubat clarissimis. Bart.

I. Imp. ALEXANDER A. Seuerinæ.*

*Seuerianę in meo manuscr.

SI VT proponitis, & auum consularem, & patrem prætoriū virum habuistis, & non priuatæ conditionis hominibus, sed clarissimis nupseritis: claritatem generis retinetis.

Notati infamia iuris & facti, vel inquinati scelere, aut turpitudine vitæ, ad dignitates non ascendunt. Bart.

II. Imp. CONSTANTINVS Augustus Volusiano PP.

NEque famosis & notatis, & quos scelus aut vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia

infamia ab honestorum cœtu segregat, dignitatis portæ patebunt.

III. Idem ad Numphidium* PP.

*al. Idem Frusiano PP. al. Rufiniano.

MAior dignitas nulli debet circa prioris dignitatis seu militiæ priuilegia præiudicium facere.

Substantiæ senatorum habent immunitatem à muneribus sordidis, & etiam extraordinariis. Bart.

IIII. Impp. CONSTANTIVS & CONSTANS Philippo.

SEnatorum substantias, quas in diuersis locis & prouinciis possident, & homines eorum tā à temonariis oneribus conferendis quàm à ceteris præstationibus, quas iudices describūt, necnō etiā ab omnibus sordidis muneribus extraordinariisq; & vilioribus liberos esse præcipimus: nullaq; forte* cōstringi functionis indignæ.

*al. sorde.

V. Idem ad Clearchum.

NEmo præfectus vrbis citra præceptionē vel scientiam nostram vlli muneri subiuget senatorem: nemo curiam nostram immani pulset iniuria. Si quid enim senatoria præditis dignitate fuerit forte mandandum: nostro id iudicio reseruandum est. sit namque dignitas, quæ nobis iubentibus sustinetur.

Negotiātes artes vilissimas, ad dignitates non adspirent: & adspirantes expellantur ab eis.

VI. Idem Orphito.

NE quis ex vltimis negotiatoribus, vel monetariis abiectisq; officiis, vel defor-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

mibus ministeriis, vel stationariis, omníque officiorum fæce, diuersisq; pastis turpibus lucris, aliqua frui dignitate pertentet. sed & si quis meruerit, repellatur: repulsos autem etiam propriis reddi consortiis oportebit.

Iudex volens ædificia in vrbe construere, senatorum substantias non lædit. Bart.

VII. Idem ad Senatum.

QVoniam diuersi iudices nonnulla opera in quibusdam existimant vrbibus extruenda, ad huiusmodi necessitatem senatorum substantia non vocetur.

Senatores in quorum numero est imperator, sunt defendendi ab omni iniuria. Bart.

C.T.9.2.1 al.P.V. VIII. Imp. IVLIANVS A. Sallustio PP.

IVs senatorum, & auctoritatem eius ordinis (in quo nos quoque ipsos numeramus) necesse est ab omni iniuria defendere. Dat. Non. Februar. Constantinopol. Mamertino & Neuitta Conss.

IX. Idem Iulianus.

LIbertorum filios adipisci clarissimam dignitatem non prohibemus.

X. Imppp. VALENS, GRATIANVS & VALENTINIANVS Augusti ad Gracchum P.P.

C.T.9.35 3.

SEueram indagationem per tormenta querendi, à clarissimo homine submouemus. Datum Prid. Non. Ianuar. Treu. Gratiano A. IIII. & Merobaude Conss.

Natus

Natus ex eo qui post natiuitatem adeptus est dignitatem senatoriam, non consequitur dignitatem paternam. Bart.

XI. Iidem AAA. ad Procopium.

SEnator, vel alius clarissimus priuatos habeat filios, editos quippe antequam susciperet dignitatem. quod non solùm circa masculos dignoscitur constitutum, verùm etiam circa filias simili conditione seruandum. Cum autem paternos honores inuidere filiis non oporteat: à senatore, vel solo clarissimo susceptum, in clarissimatus sciendum est dignitate mansurum. al. incipit, Si senator.

Iudices in officio furta vel scelera cōmittentes, pœnis hîc insertis puniuntur. Bart.

XII. Imppp. GRATIANVS, VALENTINIANVS & THEOD. Augusti Neoterio P.P.

IVdices qui se furtis & sceleribus fuerint maculasse conuicti, ablatis codicillorum insignibus, & honore exuti, inter pessimos quosque & plebeios habeantur: nec sibi posthac de eo honore blandiantur, quo seipsos indignos iudicauerunt. Dat. XVIII. Kal. Febr. Thessal. Gratiano V. & Theod. I. AA. Conss. C.T.9.27.1.

Vxores durante matrimonio viri genere nobilitantur, & eorum forum sequuntur & domicilia. Bart.

XIII. VALENTINIANVS, THEODOSIVS & ARCAD. Augusti Martiano comiti Orientis. C.T.2.1.7

Mulier

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

MVlieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus: & domicilia mutamus. Si autem minoris ordinis virũ postea sortitæ fuerint: priore dignitate priuatæ, posterioris mariti sequentur conditionem. Dat. IIII. Kal. Febr. Constantinop. Arcadio A. II. & Rufino Conss.

Senatores in quacunque prouincia sint, à muneribus publicis sunt immunes. Bart.

XIIII. Imp. THEODOSIVS A.

PRæcipimus, vt senatori in qualibet prouincia constituto, nullã habeant iudices iniungendi aliquid fortè publici muneris potestatẽ.

Clarissimi & spectabiles possunt proficisci sine licentia quò volunt. Bart.

al. Eustathiũ P. P. in meo. Cont.

XV. Iidem Augusti ad Eustasium.[a]

CLarißimis vel spectabilibus vniuersis ad genitale solũ, vel quolibet aliò, & sine cõmeatu proficiscendi, & vbi voluerint commorandi habitandíve permittimus facultatem.

Illustres de criminibus grauioribus impetiti, in carcerẽ non detruduntur, sed custodiuntur custodia militari. Bart.

XVI. Iidem Augusti & ARCADIVS A. Apollonio.

SI grauius vllum facinus admittatur, nocente persona extra carceralem custodiam sub fideiußione habita, super illustribus quidẽ nobis suggeri iubemus: super cæteris verò quadam minori dignitate decoratis, ad tui referri culm

culminis notionem: vt ita demum quid de admisso crimine constitui oporteat, iudicetur.

XVII. Impp. HONORIVS & THEOD[b]. AA. ARCADIO P. P.

al. Zeno. Contius.

QVotiens ex priuata cuiuslibet interpellatione ciuili vel criminali viro illustres conueniendi sunt, nulla dandæ fideiußionis concußione vexentur: sed per speciale priuilegium suæ committi fidei consequantur, iuratoria ab his cautione tantummodo exponenda. quam si neglexerint, & contra insertum cautioni sacramentum ipsi, vel eorum procuratores abfuerint: in pecuniariis quidem causis super posseßione rerum ad eos pertinentium iudex competens, quod etiam iuris auctoritas & rei qualitas suggesserit, ordinabit. In criminalibus verò negotiis dignitate quoque qua se per suum videlicet periurium indignos esse probauerint, spolientur: vt in eos, vtpote illustri dignitate per suum facinus priuatos, inconsulta etiam nostra pietate, iudicibus legum seueritatem liceat exercere. quibus illustrium dignitatum priuilegiis hoc etiam adiiciendum esse censuimus, vt huiusmodi personæ nullam ex cuiuslibet iudicis sine scriptis habita sententia, conuentionem neque in ciuili, neque in criminali causa sustineant.

Vocati per principem ad aliquam maiorem dignitatem vel minorem, possunt de vrbe

& de

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

& de prouinciis absque licentia principis comitatum adire. Bart.

XVIII. Imp. ANASTASIVS.

IVbemus, saluo honore qui per reuocationem sacræ reuocatoriæ defertur, durante, licere cunctis tam minoribus quàm maioribus potestatem gerentibus, necnon etiam honorariis illustribus, siue ex hac regia vrbe, principali videlicet præcedente consensu, profecti fuerint, siue in prouinciis habitantes sacratißimũ (suis scilicet poscentibus negotiis) petere maluerint comitatum: sine sacra quoque reuocatoria ad hanc regiam vrbem peruenire.

DE PRAETORIBVS ET HONORE PRAETVRAE, ET COLLATIONE, & gleba, & folij, & septem solidorum functione sublata.

TITVLVS II.

Ad dignitatem prætoriam nó potest eligi alibi quis in clarissima dignitate constitutus in prouinciis manens. Bart.

I. Impp.ᵃ ARCAD. & HONOR. Augusti Tatiano P. P.

ᵃMartian. in meo libro. Cót. Pars l. 2. §. de offic. præto.

NEmo ex clarißimis & spectabilibus qui in prouinciis degunt, ad præfecturamᵇ postea deuocetur, sed maneat vnusquisque domi suæ tutus atque securus, & sua dignitate lætetur.

ᵇ præturã.

II. Idem AVG ad Senatum.ᵃ

ᵃ Sic Azo not. scriptũ fuisse in libro Martini.

GLebam vel follem, siue vij. solidorum functionem, siue quamlibet huiusmodi collationem tam circa personas quàm circa res ac prædia funditus iubemus aboleri: vt omnis huiusmodi sopita perpetuo conquiescat exactio.

DE CONSVLIBVS, ET NON SPARGENDIS AB HIS PEcuniis, & de præfectis & magistris militum, & patriciis.

TITVLVS III.

Inter habentes eandem dignitatem ille prius debet antecedere, qui prius est adeptus dignitatem. Bart.

I. Impp. Theodosius & Valentinianus AA. ad senatum vrbis Constantinopolitanæ.

ANtiquitusᵃ statutum est, consularibus viris cæteros quidem honoratos ipsius trabeæ summitate, pares verò infulis, consideratione tantùm temporis anteire. Quis enim in vno eodémque genere dignitatis prior esse debuerat, nisi qui prior meruit dignitatem? cum posterior etiam si eiusdem honoris prætendat auspicia, cedere tamen illius temporis consuli debeat, quo ipse non fuerit: hoc obseruando & si iterata vice fastigia consulatus aliquis ascenderit. Repeti etenim fasces, virtutes sæpe

ᵃ vide Symmachum li. 1. epist. 7. Cont.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

tes sæpe meriti comprobant, nō augent, quia nihil est altius dignitate. Quod si quis prior consul posteriori consuli eidémque patricio posthabitus, patriciatum postea cōsequatur: vinci eum oportet: qui prior meruerit patriciatū, postquàm iste honore patriciæ dignitatis decoratus est.

II. Impp. VALENTIN. & MARCIANVS AA.[a] Aporatio Dom. [vel com.] & consuli.

Sic in manuscript. Contius.

ORdinem consulatus ad antiquam reduximus sanctionem, vt sellam nostri honoris merito, non rapiendi studio populorum agmina sectētur: ac lucrandi cupiditate deposita, venerabilem parentum habitum, & felicissima antiquitatis ornamenta conspicentur. Hoc ergo exemplo etiam cæteros procedere consules volumus: nec expendere eos sine effectu patimur. Cessante ergo ista spargendi vilitate, amplißimi consules procedentes deinceps abstineant hoc errore perdendi, optimóque consilio operi necessario proficiat, quod erat incompetenter proiiciendum. Ad restaurationem itaque aquæductuum huius amplißimæ vrbis centena pondo auri præstētur per singulos consulatus: vt & consul patriæ se dedisse nouerit, & data notum sit mansura esse perpetuò

Nullus eligi potest patricius, nisi primo alteram dignitatum hîc insertarum fuerit adeptus. Bart.

III.

III. Imp. ZENO Augustus.

NEmini ad sublimen patriciatus honorem (qui cæteris omnibus anteponitur) ascendere liceat, nisi prius aut consulatus honore potiatur, aut præfecturæ prætorio, vel[b] Illyrici: vel vrbis administrationem, aut magistri militum, aut magistri officiorum in actu videlicet positus gesßisse noscatur: vt huiusmodi tantum personis, siue adhuc administrationem gerendo, seu postea, liceat, quando hoc nostræ sederit maiestati, patriciam consequi dignitatem. Quoniam vero gloriosißimæ huic vrbi, quæ caput orbis terrarum est, omnifariam credimus consulendum: vniuersos qui posthac honorarij consulatus insignibus principali munificentia decorantur, centum libras auri ad reficiendum aquæductum publicum ministrare censemus: ad similitudinem eorum qui per annale tempus consularium editione munerum gloriantur. Nam ipsis quoque expedit vt florentißima ciuitas centum auri librarum munificentia sustentata, honorarium quoq; sentiat cōsulatum.

[b] prætoriorum Oriétis, vel Illy. &c.

Si cui conceditur administratio dignitatis diu antè concessę, non videtur de nouo dignitas concedi. Bar.

IIII. Imp. ZENO Sebastiano P. P.

SAncimus viris excellentißimis consularibus omnibus qui iam facti sunt, vel postea fuerint, procedendi quoque & re ipsa per annum gerendi consulatus, impetrato videlicet

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

principali iudicio, legitimam tribui facultatem: ita vt peracta quã meruerint processione, non nouum aliquid, vel quod nõdum habeant, adipisci: sed consulatus ius, quod semel eis consularis detulerat processio, iterasse beneficio videantur: & in adoranda nostra purpura, vel in consequendis cunctis consulum honoribus & priuilegiis ex anteriore tempore prouectionis ordinem sibimet nouerint vindicandum. Hoc etiam obseruando, vt huiusmodi consul nec centum libras auri aquæductibus huius inclytæ ciuitatis pro tenore sacræ constitutionis præbendas, quas cum esset consularis præstiterat, consul postea creatus persoluere denuo compellatur.

Filiusfamilias electus in patricium, à patria potestate liberatur. Bart.

V. Imp. IVSTINIA. August. Ioanni P. P.

SAncimus viros excelsos patricios, quos in huiusmodi dignitatis apicem augusta maiestas retulerit, ilico ab imperialibus codicillis præstitis patresfamilias effici, ac potestate liberari paterna: ne videantur, qui à nobis loco patris honorantur, alieno iuri esse subiecti: (quis enim patiatur patrem" quidem posse per emancipationis modum suis nexibus filium relaxare: imperatoriam autem celsitudinem non valere eum quem sibi patrem elegerit, ab aliena eximere potestate?) ne si contrarium approbetur

* Suidas ait eũ appellatum fuisse patrẽ cõmunem reip. Idem & Cassiodorus in formula patriciatus.

per

per quamcumque machinationem, imperialis maiestas minui videatur. Et hoc quidem raro contingere satis certũ est: nemo enim facilè respexit filiumfamilias in patriciatus honorem prouectum, quemadmodum in consulibus hæc res vsitata est: sed ne quid in parte temporis tale eueniat, & sine legibus inueniatur, ideo hæc nobis visa sunt sancienda.

DE PRAEFECTIS PRAETORIO, SIVE VRBI, ET MAGISTRIS MILITUM IN DIGNITATIBUS EXÆQUANDIS.

TITVLVS IIII.

I. Imppp. VALENTI. VALENS & GRATIANVS Augusti ad Ampelium PP.

PRAEFECTVM *vrbi, & præfectũ prætorio, & magistros equitum ac peditum, indiscretæ ducimus dignitatis: vsque adeo videlicet, vt cum ad priuatam secesserint vitam, eum locum" velimus esse potiorem, qui alios promotionis tempore, & codicillorum adeptione præcesserit. Dat. III. Non. Iul. Nasonaci. Accep. III. Non. Septemb. Modesto & Arintheo Coss.*

Puto legendũ loco ex manuscrip.

Dignitate deposita per plures in pari gradu dignitatis existentes, ille est potior, qui prior fuit in dignitate electus. Bart.

II. Imppp. GRATIA. & VALENT. & THEOD. Augusti Restituto P. V.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

QVisquis magisterium equitũ peditúmq; susceperit, & gesserit ante captam à quoquam præfecturam: is cum priuatus erit, & honorem deposuerit, ex præfectis, qui prouecti fuerint, præferatur. Sit igitur sedes prior antè prouectis, locus conspectior, decernendi loquendíque facultas antiquior, cui est splendor adepti magistratus vetustior. Datum VIII. Kalendas Iul. Thessal. Gratiano V. & Theodo. AA. Coss.

DE PRAEPOSITIS SACRI CVBICVLI, ET DE OMNIbus cubiculariis, & priuilegiis eorum.

TITVLVS V.

Custodientes cubiculum principis vel Augustæ, eandem dignitatem habent, quam præfectus vrbi, & præfectus prætorio, & magister militum. Bart.

1. Impp. HONOR. & THEOD. Augusti Florentio P. V.

SACRI cubiculi præpositi ea dignitate fungantur qua sunt præditi qui eminẽtißimã prætorianam vel vrbanã meruerint præfecturam, aut certè militarem magisteriam potestatem: ita vt sit inter eos post depositas administrationes nulla discretio, siue nostræ serenitatis adoraturi admittantur

tur imperium, siue pro suo arbitrio solennes festiuitates & cœtus, vel salutationes, vel qualibet alia officia frequentent: vt in sedibus & in consessu eis ordo seruetur, quem ordo prouectionis ostenderit: sub habitu videlicet ipsis consueto: cũ manifestè decretũ sit eum esse potiorẽ, qui præcesserit: vel illũ subsequi, quẽ recentius probauerit examen. Dat. VIII. Id Nouemb. C.P. Honorio XIII. & Theod. X. AA. Coss.

II. Iidem THEODOS. & VALENT. Augusti Proculo P. P.

HAC nostræ mãsuetudinis æterna lege sancimus, vt omnes cubicularij qui de nostro cubiculo exeunt, antequam primum locum obtineant (excepto castrẽsi & comite domorum) his priuilegiis perfruantur, id est vt neque possessiones eorum angarias, siue parangarias, vel etiam parauered os in posterum dispositione tui culminis, vel alicuius calumnia dare cogãtur, ne sordidis adstricti muneribus, decus ministerij, quod militando videbantur adepti, otij tempore & quietis amittant. domos quoque eorum vel in hac sacratißima vrbe, vel in qualibet alia positas ciuitate, ab omni hospitum cuiuslibet dignitatis inquietudine vindicamus: prouinciarum rectoribus, eorúmque apparitoribus denarum librarum auri dispendio feriendis, si mansuetudinis nostræ statuta dißimulare, & ex aliqua parte violare tentauerint.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Cubicularij principis & Augustæ non cogantur respondere nisi coram officiorum magistro. Bart.

III. Impp. LEO & ANTHEMIVS AA. Ioanni comiti & magistro officiorum.

CVbicularios tam sacri cubiculi mei, quàm venerabilis Augustæ, quos vtrosque certum est obsequiis occupatos, & aulæ penetralibus inhærentes, diuersa iudicia obire non posse: ab obseruatione aliorum tribunalium liberamus, vt in sublimitatis solummodo tuæ iudicio propositas aduersus se excipiant actiones.

Si dominus principi seruum suum cubicularium obtulit, ilico talis seruus libertaté adipiscitur. Bar.

IIII. Imp. LEO Augustus Puseo P. P.

IVbemus omnes qui vel iam in sacrum cubiculum cuiuspiam liberalitate donati, alióve titulo dati vel dandi, principalibus obsequiis inhærere vel antè meruerunt, vel postea meruerint, licet nulla interueniente scriptura, nulla confectione gestorum, postquam deuotissimis cubiculariis fuerint sociati: ad conditionem libertatis ingenuitatísque rapiantur, raptique videantur. hoc nō solū circa superstites, sed etiam circa mortuos volumus custodiri. Nam cùm hoc priuilegium videatur principalis esse proprium maiestatis, vt non famulorum, sicut priuatæ conditionis homines, sed liberorum honestis vtatur obsequiis: periniquum est eos dūtaxat pati fortunæ

tunæ deterioris incommoda: sed testamēta quidem ad similitudinem aliorū qui ingenuitatis infulis decorātur, pro sua liceat eis condere voluntate: intestatorum verò nemo dubitet facultates, vtpote sine legitimis successoribus defunctorum, fisci iuribus vindicari. Et hæc omnia tunc diligenti obseruatione volumus custodiri, cum sponte, suáq; voluntate quis dederit eunuchum sacri cubiculi ministeriis adhæsurum. Si verò cuidam fuerit violenter extortus, aut inuito domino vel ignaro intra sacrum ausus sit militare cubiculum: liceat domino destinatum sacra ex lege cubiculariis interpellare iudiciū: & eum quem probauerit nolente se vel inscio sacrum penetrasse cubiculum, vt suum famulum cum peculio consequatur. Sed & sicut læsis implorādi præsidij facultatem denegari non conuenit: ita nec calumniandi viam patimur diutius esse patefactam. Ideóque tempus quinquennij præfinimus, intra quod cōtra eum suas debeant exercere quæstiones: vt si medio tempore mouere distulerint, vlterius eis tanquam in suum famulatum vindicandi, vel eius vt serui peculium, vel bona quasi liberti, copia denegetur. Hæc omnia quæ super deuotissimis cubiculariis sancimus, etiam ad cubicularias, quæ à dominis in sacrum cubiculum datæ vel dandæ sunt, superstites atque mortuas extendi propagaríque decernimus.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Cubicularij etiam dignitate deposita, cum vadunt extra vrbem, poterunt vti cingulo dignitatis. Bald.

V. Imp. ANASTASIVS Augustus Eusebio magistro officiorum.

Iubemus duobus viris illustribus præpositis vtriusque sacri cubiculi, tam nostræ pietatis, quàm serenißimæ nostræ coniugis, qui post finitam militiam senatorio fuerint consortio sociati, licere quotiens ad aspiciendos agros suos, vel ob aliam causam proficisci voluerint, cingulo vti: cùm hoc ad implendum eorum desiderium, & ad nullius læsionem respicere videatur.

DE QVAESTORIBVS ET MAGISTRIS OFFICIORVM, & comitibus sacrarum largitionum, & rei priuatæ.

TIT. VI.

Qui in administratione publicorum officiorum se bene gesserunt, debent clamosis vocibus populi commendari. Bart.

I. Imppp. GRATIANVS, VALENTIN. & THEODOS. Augusti Restituto P. V.

Qui ex quæsturæ honore, aut officiali magisterio, aut comitiua vtriusque ærarij nostri, attonito splendore viguerunt: acclamatione excipiantur solita, nec prætereantur vt incogniti.

De pri

DE PRIMICERIO ET SECVNDICERIO, ET NOTARIIS.

TITVLVS VII.

Notarij principis licet senectute deposuerint officium, aut maiorem dignitatem fuerint adepti, nō ob hoc notariorum nomen perdunt. Bart.

I. Iidem Imppp. Eutropio P. P.

PRAECIPVA *est nostræ pietatis intentio circa notariorum nomen: atque ideo si vnquam huius ordinis viri laborem quiete mutauerint, vel abiecerint, vel senectute posuerint, seu cū alia dignitate posthac qualibet vsi sunt, nō omittāt prioris vocabulū militiæ, sed cōpendiū sequētis honoris adsumāt: & si quis ex officio vel præcipuæ sublimitatis tuæ temerario adsensu in discußiones, peræquationes, aliam denique vllam rem inquietator extiterit: officium suum nouerit vel leuis culpæ offensione detecta, grauis multæ discrimine fatigandum: & numerariorum corpus extincto iniuriæ auctore minuendum.*

Primicerij vltra biennium in officio militare non coguntur. Bart.

II. Imp. ZENO Augustus * magistro officiorum.

Præclaram nobilémque militiam spectabilium tribunorum notariorum, qui glo-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

rosis obsequiis nonnihil reipublicæ commoditatis afferunt & decoris, diuersis beneficiorum titulis muniendam credimus & augendam. nam biennales metas viro spectabili pro tempore primicerio agendis numeris duximus statuendas. Hos autem tribunos, qui suis negotiis occupati, minime sacrum palatium curauerint frequentandum: nisi intra annale spacium reuertantur, quamuis commeatus iura prætendant, pro absentia quidem vnius anni, vnius gradus: si verò duobus annis absuerint, duorũ: si tribus, trium: si quatuor, similiter quatuor graduum subire iacturam: his qui inferiores eis fuerint, postponendis. Qui verò per quinquennium integrum se præsentare cessauerint: exemptos matricula, tantùm nomine tribunorum, non verò ordine perpotiri: his in hunc modum dispositis, vacationem census, discußionis, peræquationis, & cuiuslibet alterius rei habituros. Illud præcipuè prouisionem nostram flagitare perspeximus, ne per ambitionem, vel gratiam, aut cuiuslibet occasionis obtentu, vel laborum seu solicitudinum specie, publicorum cuiquam liceat aliquando graduum seriem conturbare, & temporum ratione calcata, dudum militantibus anteferri: & quæ longis prolixísque stipendiis defensa[a] iam pollicetur senectus, gratiosa festinatione surripere: hoc etiam adiiciendo, vt primicerius post depositam publicam numerorum

[a] Defessa sibi iam.

merorum solicitudinem, ac si ipsam geßisset administrationem, cuius consequitur dignitatem, magistri officiorum pro antiqua consuetudine infulas sortiatur, omnibus vacantibus, quamuis tempore præcedentibus, præponendus.

VT DIGNITATVM ORDO SERVETVR.

TIT. VIII.

Vsurpans scienter honorem sibi indebitum, crimine sacrilegij punitur. Bart.

I. Imppp. GRATIAN. VALENTI. & THEODO. Augusti ad Prætextatum P. V.[a]

[a] al. P. P.

SI quis indebitum sibi locum vsurpauerit, nulla se ignorantia defendat: sitq́; planè sacrilegij reus, qui diuina præcepta neglexerit. Datum XII. *Kal. Iun. Mediolani, Richomere & Clearcho Conss.*

II. Impp. THEODO. & VALENTIN. Augusti Cyro P. P.

OMnes priuilegia dignitatum hoc ordine seruanda cognoscant, vt primo loco habeantur hi qui in actu positi, illustres peregerint administrationes: secundo veniant vacantes, qui præsentes in comitatu illustris dignitatis cingulum meruerint: tertium verò ordinem eorum prospicimus, quibus absentibus cingulũ illustris mittitur dignitatis: quarti honorariorum.

riorum, qui præsentes à nostro numine sine cingulo codicillos tãtùm honorariæ dignitatis adepti sunt: quintum, eorum quibus absentibus similiter sine cingulo mittuntur illustris insignia dignitatis. Sed administratores quidem etiam comites rei priuatæ vacantibus omnibus honorariis anteponi censemus. Vacantes autem post administratores venientes, non omnes iam omnibus honorariis credimus præponendos: sed eos vacantes illis honorariis, qui simulẽ adepti sunt dignitatem: vt præfectorius quæstorio, non quæstorius præfectorio præponatur: parique modo quæstorius quæstorio: non vacans comes thesaurorum, vel comes rei priuatæ, honorario quæstorio, vel magistro officiorum præferatur. Et inter administratores illos etiam numerari decernimus, quibus illustribus in sacro nostro consistorio cinctis aliquid ordinariæ dignitatis vel ante commisimus, vel postea committemus peragendum: verbi gratia si vacanti magistro militum belli cura committatur.

Cur enim aut vir magnificus Germanus magister militum vacans appelletur, cui bellum contra hostes mandauimus? aut cur excellentissimus Pentadius non egisse dicatur præfecturam, cuius illustribus cunctis dispositionibus vice prætorianæ præfecturæ miles in expeditione copia commeatuum abundauit?

DE

DE MAGISTRIS SACRORVM SCRINIORVM.

TITVL. IX.

I. Impp. THEOD. & VALEN. Augusti Zoilo P. P. Orientis.

VIris spectabilibus magistris omnium sacrorum scriniorum, nostræ beneuolentiæ liberalitas tribuenda est, qui nostræ quodãmodo adsidere maiestati videntur: ideóque post depositum etiam officium ab omni indictionis onere seu ciuilium seu militarium iudicii prorsus immunes esse præcipimus: vt nec ab amplissima quidem sede tui culminis eis vlla molestia super suscipiendo quolibet grauamine priuato vel publico penitus iniungatur. Hoc beneficium ad proximos etiam sacrorum scriniorum, & exproximis, volumus propagari: quinquaginta librarum auri officio tui culminis condemnatione multando, si quid aduersus statuta clementiæ nostræ innouari concesserit. Dat. v. Kalen. Mar. Theod. A. XVIII. & Albino Coss.

DE COMITIBVS CONSISTORIANIS.

TITVLVS X.

Comites consistoriani sunt illi, qui steterunt in principis consistorio, & proconsulibus adæquantur. Bart.

I. Impp.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

I. Impp. ARCAD. & HONORIVS Augusti Seuerino[a] P.V.

[a] al. Seueriano.

EOs qui trãquillitatis nostræ consistoriani dici comites meruerunt, spectabilibus proconsulibus æquari generaliter decernimus.

II. Imp. ANASTASIVS A. Eusebio magistro officiorum.

VIros spectabiles comites consistorianos, & coniuges & liberos, quinetiam seruos eorum atque colonos iisdem priuilegiis, tam intentiones ab aliis proponendas excipiendo, quàm suas contra alios exercendo, perfrui, quibus viri clarissimi principes scholæ agentium in rebus, per sacram pragmaticam sanctionem diuinæ memoriæ Zenonis vtuntur.

DE COMITIBVS ET TRIBVNIS SCHOLARVM.

TITVLVS XI.

I. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS Augusti Prisciano P.V.

[a] Iunge l. vlt. §. de comitib. rei militaris.

PRæpositos[a] ac tribunos scholarũ, qui inquietudinis epulis adhibẽtur, & adorandi principis facultatẽ antiquitus meruerunt: (inter quos comites etiam sacri stabuli, & cura palatij numerantur) si primi ordinis comitiuam cum præpositura meruerunt, & casu ad altiora non peruenerint: deposito sacramento

cramento inter eos qui comites Aegypti vel Ponticæ diœceseos fuerint (quorum par dignitas est) haberi præcipimus: alios, qui honore comitiuæ regimen fuerint nacti, absolutos militia, inter eos qui duces fuerint prouinciarum, numerari iubemus.

DE COMITIBVS REI MILITARIS.

TITVLVS XII.

I. Imppp. VALENT. VALENS & GRATIANVS Augusti Ampelio P.V.

QVi contemplatione meritorum, ducto intra prouincias transmarinas strenuissimo milite, primi ordinis comitiuam fuerint consecuti: ea reuerentia altissimarum dignitatum viris subiugantur, vt his locum præstent, qui pro consulatus insignibus adornantur.

II. Impp. HONO. & THEOD. Augusti Prisciano P.V.

EOs[a] qui sub comitiua primi ordinis dignitate peculiariter ad quãlibet prouinciã, vel prouincias defendendas milite credito auctoritate nostri numinis destinantur, & eos qui vicem illustrium virorum magistrorum militum susceperint peragendam, ducibus qui præter Aegyptum & Ponticã in aliis prouinciis administrauerint, adæquamus.

[a] Iunge cũ l. j. §. ti. proxi.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

DE COMITIBVS ET ARCHIATRIS[a] SACRI PALATII.

TITVLVS XIII.

[a] medicos principis hîc accipe archiatros. Alci.

1. Impp. HONOR. & THEODOSIVS Augusti Prisciano P. V.

ARchiatros intra palatium militantes, si comitiuæ primi ordinis nobilitauerit gradus: inter vicarios taxari præcipimus, siue iã pridem deposuerunt militiã, siue postea deposuerint: ita vt inter vicarios & duces qui administrauerint, & eos qui comitiuam primi ordinis meruerint, nihil intersit, nisi tempus quo quis administrauerit, vel comitiuæ adeptus est insignia.

DE COMITIBVS QVI PROVINCIAS REGVNT.

TITVL. XIIII.

Comites qui gubernauerunt prouinciam, deposito officio priuilegiis dignitatis vicariæ funguntur. Bart.

1. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS Augusti Prisciano P. V.

EOs[b] qui administratione ciuili, ac prouinciæ gubernaculis sub iurisdictionis licentia comites quoque primi ordinis esse meruerint, vicariæ dignitatis post depositam administrationem priuilegiis frui oportet.

[b] Iunge cũ l. j. ſ. de comitib. rei militaris.

DE

DE PROFESSORIBVS QVI IN VRBE CONSTANTINOpolitana docentes, ex lege meruerunt comitiuam.

TITVLVS XV.

Grammatici & sophistæ & iurisperiti qui per viginti annos scientiam docuerunt in Constantinopoli ciuitate, sunt digni ea dignitate qua funguntur vicarij principis. Bart.

1. Impp. THEOD. [A] & VALENT. [Cæs.] Theophilo P. V.

Al. pro inclus. A A. Videtur esse pars l. j. ſ. de studiis liberalibus vrbis Romæ.

GRammaticos tam Græcos, quàm Latinos, sophistas, & iurisperitos in hac regia vrbe professionẽ suam exercentes, & inter statutos connumeratos, si laudabilem in se probis moribus vitam esse monstrauerint, si docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi subtilitatem, copiámque disserẽdi se habere patefecerint, & cœtu amplissimo iudicante digni fuerint æstimati: cùm ad viginti annos obseruatione iugi, ac sedulo docendi labore peruenerint, placuit honorari, & his qui sunt ex vicaria dignitate, connumerari.

DE SILENTIARIIS, ET DECVRIONIBVS EORVM.[c]

TITVL. XVI.

[c] In quibusdã nõ est vox, eorum.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Post depositum decurionatus officium, decurio potest eligere vtrum velit esse magister officiorum domesticorum, vel comes. Bart.

I. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS Augusti Vrso P. V. & Amiliano com. ord. Pr. & Strategio PP. Illyrici.

Decuriones nostri palatij post emensum fideliter obsequium, pósque deposita sacramenta militiæ, electionem habeant, siue ex magistro officiorum, velut agentes, dignitatem consequi à nostra maiestate maluerint: siue inter viros illustres comites domesticorum, videlicet inter agentes taxari: vt tam in adoranda nostra serenitate, quàm in salutandis administratoribus, & reliquis prædicti honoris priuilegiis, necnon in nostro consistorio his honor omnifariam obseruetur.

Decurio & silentiarius à tyronum equorúmque præstatione habetur immunis.

II. Iidem Augusti Venantio * P P.

* al. Valentio.

Vnusquisque decurio vel silentiarius à tyronum equorúmque præstationibus habeatur immunis: nullam collationem, quæ plerumque poscitur, soluat: nihil his vlla potestas iniungat, aut necessitas imponat.

Priuilegia data decurionibus & silentiariis per hanc l. confirmantur. Bart.

III. Impp. THEODOS. & VALENTIN. Augusti Flauiano P P.

Decur-

Decurionibus & silentiariis etiam si ad superiorẽ gradum successu meliore trãscendunt: omnia priuilegia quæ iam dudum diuorum principum iudicio meruerunt, legis istius præceptione nouerint esse firmata, non præiudicatura quacunque generalitate pragmatica: nec angarias, vel parangarias, siue paraueredos vlla eis amplissimæ præceptionis imponat auctoritas. sordidis quoque muneribus, excoctione calcis, & superindicti grauamine eos liberamus. Domos quoque eorum, non tantùm in hac sacratissima vrbe, sed in qualibet alia positas ciuitate, immunes ab omni hospitum cuiuslibet dignitatis inquietudine vindicamus: permissa eis veniendi ad comitatum licentia præter euocatoriæ securitatem: " multa decem librarum auri iudicibus prouinciarum, eorúmque officiis infligenda, si statuta nominis " nostri crediderint esse contemnenda. His addimus, vt cum optatam quietem acceperint, & inter viros illustres senatores cœperint numerari: honore curiæ sine aliqua functione lætentur, immunitatisq; gaudio plena dignitatis lætitia potiantur: vt dignitatem solam habeant ex senatu, sub hac videlicet definitione, vt triginta tantummodo numero ea priuilegia consequantur. decuriones quoque tres: sed eos tunc demum perpotiri decernimus beneficiis suprascriptis, cum per continuos tredecim annos

" seueritatem, in exemp. Victor. " numinis.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

inculpatas excubias peregerint.

Silentiarij & eorum vxores ciuiliter & criminaliter sunt conueniendi coram officiorum magistro. Bart.

IIII. Imp. ZENO A. Cosmæ præposito sacri cubiculi.

NE ad diuersa tracti viri deuoti silentiarij iudicia, sacris abstrahi videãtur obsequiis: iubemus eos qui quemlibet deuotissimorum silentiariorum scholæ, vel eius vxorem ciuiliter vel etiam criminaliter pulsare maluerint: minimè eum ex cuiuslibet alterius iudicio, nisi ex iudicio tantummodo viri excellentissimi magistri officiorum conueniri.

[a] Anastasius, rectè: vt apparet ex l. 30. §. de inofficioso testaméto. Cont.

[b] Polycarpo. P P.

V. Imp. ANASTASIVS[a] A. Antiocho[b] præposito sacri cubiculi.

IVbemus clarissimorum silentiariorum præditos militia, etsi genitorum suorum in potestate sint constituti: quæcunque solatiorum, seu emolumentorum, vel donationnm, seu hereditatum nomine per militiam vel quamlibet eiusmodi causam his acquisita sunt, vel fuerint, iure castrensis peculij possidere, nec ea posse vel parentes superstites sibi vindicare, vel auferre, vel etiam post eorum obitum fratres, vel alios eorum heredes, quasi ad defunctorũ dominium pertinentia, in diuisionem deducere. nec enim oportet labores eorum aliis fructum vel lucrum adferre. Hanc nanque ratione simul & contemplat

templat

templatione, nec ipsam militiã vel suffragium quodcunq; pro ea, vel ab eisdem viris deuotissimis silentiariis, vel à parentibus eorum, vel à quolibet alio datum est vel fuerit, ab his patimur in successionem defunctorum parentũ conferri, seu nomine collationis in medium easdẽ offerri pecunias, vel his imputari. Ad hoc, de tutelis & curationibus eos excusari sancimus: ne alienarum rerum administrationem subire compellãtur, qui propter nostra ministeria nec suis curam seu prouisionem diligenter deferre possunt. insuper eorum liberos, qui dignitate virorum spectabilium comitum seu tribunorum decorati sunt, vel fuerint, nullatenus nolentes administrationem præfecturæ suscipere, seu peragere: omnibus videlicet antelatis priuilegiis in persona non tantum in præsenti militantium, sed etiam postea eidem consortio inserendorum, tam tempore militiæ quàm post eam depositam obseruandis.

DE DOMESTICIS,[a] ET PROTECTORIBVS.

TIT. XVII.

[a] Domesticos accipe arcanorum principis conscios. Alc. hîc.

Domestici & protectores principis salutantes vicarios, & præfectum, ipsos osculari possunt. Bart.

I. Impp. VALENTINIA. & VALENS Augusti Eusignio P. P.

RrR 3

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

DOmestici ac protectores, osculandi, cum salutauerint vicarios, tui culminis habeant potestatem. Pœna enim sacrilegij similis erit, si his honorificentia non deferatur, qui contingere nostram purpuram digni sunt existimati.

III. Impp. THEOD. & VALENT. Augusti Heliodoro P. V.

al. PP.

PRimicerius quidem domesticorũ & protectorum vtriusque scholæ post adeptum tribunatum, inter eos spectabili dignitate perfruatur, qui ducatum gerere meruerint: alij verò qui decursis stipendiis ab eodem decem vsq; numero subsequuntur, consulari, id est clarissimatus dignitate perfruantur cum ipsa loci ac cemprimorum accessione.

III. Iidem Augusti Sporatio comiti domesticorum peditum.

SI quis domesticorum nulla negotij publici abstrahente solicitudine, nec ei per commeatum solenniter vt abesset facultate concessa, per biennium obsequiis serenitatis nostræ defuerit: is retrorsum in ordinem tractus inferiorem, quinque sequentibus postponatur. Si verò triennium eius absentia continuasse monstretur, vsque ad decimum locum proculdubio regredietur. Quòd si quadriennio tenus abfuerit, nouissimus collocetur. quinquennium autem si fuerit diuagatus: ipso iam cingulo spoliandus est. indignum quippe est, desides à propriis

propriis tandiu muniis aberrantes (quos esse conuenit adsiduos) numerari.

Si domesticus vel protector ante finitum officium decesserit, heres eius salarium totius anni ac etiam subsequentis percipiet. Bart.

IIII. Imp. IVSTINIAN. A. [Vigili consulari & Patricio]

LEge pragmatica sine fine victura præfiniendum ac cõstituendum credidimus, vt si quis virorum fortium præsentalium domesticorum in equitum schola secundicerij" locum adeptus, diem interea supremum clauserit: heredes eius non reliqui tãtum temporis quod eidem gradui superesse monstratur, verumetiam insequentis anni, hoc est primiceriatus solatiis ac emolumentis fruantur omnibus: vt quod ad quæstum & compendium militiæq; fructum prolixè pertinet, similis habeatur, ac si superstes permansisset ad finem vsque supremum.

Sic in exemp. quodã nostro scripto legitur. rectè. Cont.

DE PRAEPOSITIS LABORVM."

TITVLVS XVIII.

Labarorum. vide Cuiaciũ hîc.

I. Imp. HONORIVS & THEODOSIVS Augusti.

QVi præpositi laborũ nostro iudicio promouentur, clarissimi sint inter allectos: ita vt ex cõsularibus habeantur. Nã & immunitate digni sunt, quos nostri lateris comitatus illustrat.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

DE PROXIMIS SACRORVM SCRINIORVM, CAETERÍSQUE qui in sacris scriniis militant.

TIT. XIX.

Proximi sacrorum scriniorum ea dignitate funguntur, qua vicarij principis. Bart.

I. Imppp. GRATIANVS VALENT. ET THEOD. Augusti.

PRoximos memoriæ, epistolarũ, ac libellorum, atque dispositionum, ita vicariorum honore cumulamus, vt inter eos meritò dignitatis habeantur, qui pro præfectis diœceses sibi creditas temperarũt, ex eo tempore ex quo eos splendor indepti proximatus ostendat: insequentibus præponendi, qui vicarias postea administrauerint: & nullam iniuriam descriptionis perhorrescant.

Militãtes in sacris scriniis, ordinarios vel spectabiles iudices in prouincia existentes salutare non compelluntur, nec etiam accedere ad consilium. Bart.

II. Imppp. VALENTINIAN. THEOD. & ARCAD. AAA.

Pars l. 3. 5. de off. diuers. iud.

IN[a] sacris scriniis nostris militãtes, in prouinciis ordinarij vel spectabilis iudicis ad salutationem non arceantur, & inuiti in consessum accipiantur: sciturus vel principe vel corniculario, vel capitibus officij, ternas libras auri ex suis facultatibus eruendas, si consistorium nostrum

strum

strum sæpe ingredientibus, secretarij iudicum non patuerit ingressus, aut reuerentia non fuerit in salutatione delata, aut sedendi cum iudice societas denegata.

Qui militauerunt in sacris scriniis per xx. annos, si quieti postea fuerint per principẽ destinati, consularem retinent honorem. Bart.

III. Impp. ARCADIVS & HONORIVS AA. Claudio P. V.

IN scriniis palatij militantes, id est memoriæ, epistolarum, libellorúmque ac dispositionum, post viginti annos transactæ militiæ si discedendum sibi esse decreuerint: consulari honore fulti, inter allectos habeantur: húncque honorem dignitatis teneant, qui exconsularibus deferri consueuit: nec eos quisquam iniungendo aliquid vel iubendo possit ab impertito otio separare.

Possessio militantium in sacris scriniis solum tributum canonicæ indictionis præstat. Bart.

IIII. Iidem AA. & THEOD. A. Epiphanio P. V.

IVbemus vt primum omnium sit eorum qui in sacris scriniis nostris, id est memoriæ, epistolarum, libellorum, & dispositionum referuntur, secura possessio, ab omnibus sordidis muneribus excusata: superindictum non timeant, venalitium non petantur: solúmque canonicæ indictionis præstet tributum: vt labore digni-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

tas conquisita, extraordinarium munus ignoret: nec vllam temonũ patiatur iniuriam: equorum tyronúmque præstationem nullus agnoscat qui vel adhuc in scriniis militat, vel honorem proximi, & comitatiuam primi dispositionum, longi temporis sudore quæsiuit. Et hæc quidem patrimoniis censuimus deferẽda. Quod autem omnibus constat deferri, adiectu alterius dignitatis perire non patimur: vt etiam si pro superioris fortunæ iudicio ad honoris ornamenta processerint, vetera tamen eis scriniis labore priuilegia quæsita seruentur.

Omnis militans in sacris scriniis, cuiuscũque sit gradus, ad principẽ habet accessum. Bart.

V. Impp. HONORIVS & THEOD. Augusti Faustino P P.

PEculiari perceptionis nostræ fauore præstamus, vt in scriniis memoriæ, epistolarum, libellorúmque, ab exceptoribus vsque ad melloproximos, dignitatem clarißimorũ honorémq; percipiant: & sicut reliqui qui in iisdem scriniis militant, liberum cum ordinariis iudicibus ingressum secretarij, consessúmque habere legibus meruerunt: ita hi quoque in quos hanc stipendiorum meritis clarißimatus conferimus dignitatem, cum spectabilibus etiam habere sese reuerentiam recognoscant: vt consedendi, ingrediendíve secretarium sibi sciant à nobis licentiam contributam.

Officium

Officium militantis in sacris scriniis olim durabat biennio: hodie ad vnum annum restringitur. Bart.

VI. Iidem Augusti & VALENT. A.

PRo biennio annum solum agere deinceps decernimus eos qui in tribus scriniis, memoriæ, epistolarum, libellorúmque ordine ac merito stipendiorum ad gradum peruenerint proximorum.

Militantes in scrinio vltra numerum, loco deficientium succedunt secundum ordinem gradus sui. Bart.

VII. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Nomo magistro officiorum.

Sic ait legendum Taur. lib. de militiis ex casu. ar. l. xj. ĩ. eod. tit. Cont.

VNicuique qui in sacris scriniis militat, sui loci merita seruari oportere constituimus: & vniuersos qui vltra numerum statutorum in iisdem scriniis militant, sui gradus respectu, per ordinem quem sortiti sunt, in deficientium statutorum locum (vt tamen vltimis socientur) subire decernimus, scilicet vt nemini penitus liceat, cum sit posterior tempore locum præcedentis ambire: nisi fortè ab eo qui tempore vincitur, laborũ comparatione superetur: vt quindecimprimatum eiusdem scrinij testimonio cum sacramenti religione subnixus præcedentibus dignior iudicetur. Hanc quoque obseruationem extra filios proximorum volumus custodiri. etenim vnicuique proximo vnum de suis filiis qui temporis duntaxat suffragio nititur,

tur, (licet parum obseruasse militiam cognoscatur) insequentibus tempore qui laborum meritis muniuntur, anteferri posse decernimus. Illum tamen qui locum statuti meretur: proximo quidē ducentos quinquaginta solidos, melloproximo verò vel adiutori pro consuetudine vniuscuiusque scrinij viginti aut quindecim solidos offerre præcipimus. Quòd si quis de supernumerariis qui in statuti locum subire debuerat, ne pecuniam offerat, statuti etiam gradum recusare voluerit: sequenti tam offerēdæ quantitatis prædictæ, quàm surrogandi licentia permittatur: ita videlicet, vt si secundus vel etiam tertius vel alterius cuiuslibet numeri, in eadem excusationis voluntate durauerit: accedēti semper eadem copia, quam præcedens recusauerit, tribuatur. Hos autem qui ad statutorum ordinem progredi noluerint, nec de suo gradu volumus remoueri: & cum vacauerit statuti locus, conditionem quam antea repudiauerant, id est & offerendæ pecuniæ, & adipiscendi statuti locum, liberam habere præcipimus facultatem.

Qui longo tempore probè militauerunt in sacris scriniis, finito officio, cingulo comitiuæ sacri palatij dum viuunt potiuntur: & nihilo minus omnia priuilegia eis data salua manent. Bart.

VIII. Iidem Augusti Nomo magistro officiorum.

Prox

PRoximos sacrorum scriniorum, quos fides, ac diuturnæ obseruationis industria, literatáque militia: comitem quinetiam dispositionū, quem probitas ac strenuitas meritò commendant, completo tempore suæ militiæ comitiuæ sacri nostri consistorij cingulo in diem vitæ potiri (manentibus videlicet iandudum præstitis saluis priuilegiis propriis) decernimus. Quibus enim pietatis nostræ arcana meritò cōmittuntur: his pietas nostra vitam cingulo supradictæ comitiuæ ornandam decorandámque decreuit.

Militantes in sacris scriniis qui antequam conuenirentur in iudicio, commeatu accepto se absentant, durante tempore commeatus prædicti conueniri non possunt. Bart.

IX. Imp. LEO A. Patritio magist. offic.

IN sacris nostris scriniis militantes, per commeatum non continuatim præstitum ante conuētionem profecti, intra indultum temporis spacium erunt cum suis coniugalibus & liberis à conuentione securi: ab indictionibus etiam publicorum & ciuilium munerū etiam post completam militiam excusatione potiantur: super domibus quoque quas in prouinciis possident, metatorum molestia liberentur.

X. Idem Augustus Hilariano comiti magistro officiorum.

HAc parte statutos memoriales præcipimus esse in scrinio quidem memoriæ sexaginta

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

xagintaduos, epistolarum verò trigintaquatuor, libellorum quoque trigintaquatuor: antiquarios verò qui habentur in scriniis memoriæ, nunquam minus esse quàm quatuor. suprascripti autem memoriales nullo modo duplici fungantur officio, nec geminis chartis irrepserint: vt non occupentur plura in vnum se commoda collaturi, nihílque reliquis relicturi.

XI. Imp. ANASTASIVS A. Eusebio magistro officiorum.

SI quis in sacris nostris scriniis, id est memoriæ, dispositionum, epistolarum, & libellorum, statutis iam connumeratus, ab hac luce fuerit subtractus: ab eo quicunque, vtpote vacante loco, de substitutis in statutorum consortio fuerit vltimus subrogatus, pro solatio vel suffragio proximi, definitam, sacraq; constitutioni diuæ memoriæ Theodosij & Valentiniani principum insertam quantitatem defuncti heredes & successores, vel liberi eius seu creditores, qui fœnus cum mortuo pro statuti loco ei acquirendo contraxerint, consequantur: ita scilicet, vt si hereditas vel successio defuncti minimè fuerit suscepta vel adita, tales personæ, id est creditores quidem contra ceteros prærogatiua sibi seruata: liberi autem vel agnati seu cognati, non hereditatis, sed priuilegij nomine simili modo huiusmodi summam percip-

Intelligit l. vij. §. eo.

percipiant: sibíque petere ac vindicare permittantur: nullius machinatione huiusmodi nostra dispositione retractanda seu violanda: maximè cum viros etiam pro tempore spectabiles eorundem proximos scriniorum, si quis eorum ante completum proximatus actum morte præuentus sit, ad heredes successoréque suos residui temporis proximatus solatia sine quadam imminutione transmittere non dubitetur.

XII. Idem Augustus Celeri magistro officiorum.

IN sacris scriniis militantes, & parentes atque vxores eorum, necnon liberos, ex sententia tantummodo tuæ celsitudinis criminales & ciuiles intentiones agentium excipere iubemus: insuper etiam colonos seu adscriptitios, & seruos eorum in hac regia vrbe degentes, eodem beneficio potiri: fidei pro tempore adiutoris viri spectabilis proximi, vel vnius ex statutis, committendos: ita vt si in prouincia quicunque memorialis repertus fuerit, iuratoriæ cautioni committatur: vt etsi non possideat immobilem substantiam, serui nihilo minus & coloni ad eum pertinentes, fidei eius tradantur. Modum insuper sportularum, ad mediocrem deduci quantitatem: & executoribus de schola agentiũ in rebus attribuendis, vnum solidum singulos vsque ad finem negotij: próque ingressu in iudicio tuæ magnitudinis quelibet

libet modo faciendo, duos solidos: & pro editione gestorum exceptoribus dimidiam solidi partem: & si apud arbitrum negocium ventilari contigerit, ipsi quidem arbitro vnum solidum, & nihil amplius: exceptoribus autem eum obseruantibus, tam pro ipso quod implere videntur ministerio, quàm pro editione gestorum seu relationis vel definitionis, tertiam partem solidi præbere sancimus: nec pro tempore virum spectabilem fisci patronum, vel executores quibus imminendi [a] litibus solicitudo iniuncta est, quicquam ab eis exigere seu profligare [b] concedi: dimidia scilicet expensarum quas in iudicio tui culminis à memoratis personis præberi statuimus, portione in iudiciis prouincialibus ab his agnoscenda: ita vt si de ciuilibus annonis, vel tutela seu curatione, vel noui operis nunciatione litem eos subire contingat: in maiore quidem iudicio ad similitudinem sumptuum quos in iudicio eminentiæ tuæ dependere præcepti sunt, apud virum clarissimum præfectum annonæ, seu fisci patronum vrbicariæ magnificæ præfecturæ, vel architectos, pro modo eorum quæ super arbitris, & litibus apud eos exercendis superius statuta sunt, soluentes expensas, nihil amplius agnoscere seu dependere cogantur. Quæ omnia custodiri iubemus, siue per se, siue per procuratores aut etiam defensores lites exercere maluerint.

[a] al. minuendi.

[b] proflagitare.

maluerint. Hoc, si prolata scriptis sententia moniti sunt. Si verò ex depositione seu aliter quis eorum conuentus fuerit, nihil eum vel scrinio viri clarissimi adiutoris, vel cuilibet alij nomine sportularum offerre compelli: omnibus antelatis priuilegiis, quibus postea per anteriores diuorum principum sanctiones defenduntur, in persona tam eorum qui adhuc militant, & qui postea eandem militiam sortiti sunt: quàm eorum qui prædictam militiam gradu vacante [a] iam deposuerunt, vel postea deposuerint, seruandis: vt eorum commodo ipsi quoque vnà cum vxoribus & liberis, colonis præterea & seruis propriis, perfruantur. Et quoniam in controuersiis quas in iudiciis moueri contigerit, æqualitatem litigatoribus volumus seruari, & aduersariis eorum: pro sumptibus & expensis similem antelatorum beneficiorum prærogatiuam custodiri. propter hanc etenim causam, & viros deuotos memoriales non tantum agendo in quolibet iudicio, sed etiam actiones ab aliis ingerendas excipiendo, priuilegiis à nobis indultis potiri decernimus: his videlicet qui militiam virorum deuotissimorum memorialium gradu solito deposuerunt, seu deposuerint, etsi quietis amore per prouincias domicilium fouere maluerint, omnibus nihilo minus priuilegiis, quæ huiusmodi personis per sacratissimam legem nuper promulgatam à nostra liberali-

[a] vocante.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

tate præstita sunt, muniendis, & eorum commodis atque auxilio potituris.

XIII. Imp. IVSTINIANVS Augustus Proculo quæstori sacri palatij.

COmperimus diuinitus quidẽ pridem fuisse dispositum, viros deuotos adiutores tuæ magnitudinis, certos esse in numero, nec ad huiusmodi nomen vel operam plures licitum esse adspirare, quàm in scrinio quidẽ sacræ memoriæ duodecim tantum: septenos verò in duobus reliquis scriniis, id est, sacrarum epistolarum, sacrorúmque libellorum: sed posterioris licentiam temporis supra modum indulgendo ambitionibus, disturbasse rei merita, ac multitudine diuulgasse: vt inter memorialium & adiutorum numerum non longum penè intersit. Sancimus itaque reduci eis ac renouari statutum ordinis terminum: non vt eximantur adiutoribus hi qui præter prædictam dispositionem in præsenti exuberant: sed vt interea omnibus aliis interdicatur ab adfectando hoc nomen, donec exeuntibus singulis ac recedentibus decrescere poßit vetita conglomeratio, legitimúsque iam resideat numerus: non prohibendis viris deuotis adiutoribus desistentibus ab eodem officio, cum vel ad laterculensis gradum in scrinio sacræ memoriæ prouecti fuerint, vel secundum locum obtinuerint, in duobus

alijs scriniis, postquam proximi creabuntur, licet nondum redacta sit quantitas pristina, tamen alios pro se quos elegerint surrogandos adiutores petere: qui posteriores erunt cæteris. Illud etiam disponendum duximus, vtpote nõnullis anterioribus exemplis subnixum, necnon iustitiæ congruum, vt ab his quibus concessum est adiutorum agmini pro se sociare: libellus offeratur viro illustri pro tempore quæstori, petendáque eius subscriptio, tempus atque hominem, necnon etiam rem ipsam continens: id est quod inter adiutores ei quem pro se surrogat, mereri permissum est: ordinandis videlicet hisdem adiutoribus pro ratione temporum quibus libelli porrecti sunt: vt etiam si in memorialium matricula inferiore loco sit, qui prior in adiutoribus meruit: adiutor quidem habeatur superior: memorialis vero posterior pro vtriusq; ordinis modo vel discrimine. quod etiam in aliis quoque penè omnibus officiis obseruari dignoscitur.

XIIII. Idem Augustus Tatiano magistro officiorum.

HAC lege sancimus, siquando adiutores viri magnifici pro tempore quæstoris sacri nostri palatij, in accusationem ciuilis causæ vel criminalis deducti fuerint: strictum iuris & integritatis congruum ordinem conseruari: vt si sine scriptis conueniendi sint, nomen

eius præcipientis ore designatum esse sufficiat. Sinautem scriptis in querimonia vnus adiutorum aut plures forte ferendi sint: monumenta sententiarum in persona tantummodo conueniendi adiutoris præcedentium, æquum & iustum initium futuro præstent certamini. Et quoniam probationibus & exemplis potius quàm indecoræ consuetudini deceat indulgeri: quod in vniuerso deuotissimorum scrinio libellensium euicisse monstratur, id in adiutores sacræ memoriæ, sacrarum etiam epistolarum transferendum censemus: vt qui liberam proficiscendi licentiã prænuntiatione commeatus indepti fuerint, sine qualibet stipendiorum aut emolumentorum deductione peregrè degant. etenim pro tẽpore viris clarissimis proximis & melloproximis, aut eorum adiutoribus, absentiæ causa vel offerre de suo proprio, aut ex annonis seu stipendiis quicquam relinquere cogendis: quamuis Ianuarias Kalendas indultum excedat spacium, & intra se festum diem contineat. Ad hoc illud obseruari sancimus, ne alius adiutor propter quamcunque ambitionem his qui in præsenti sunt, vel post eorum deminutionem addatur, licet in veterem numerum redacti fuerint.

XV. Idem Augustus eidem.

C*Ertæ quidem sunt dispositiones nostri numinis, quas super adiutoribus viri illustris*

stris pro tempore quæstoris nostri palatij, quorũ obsequio res agitur quæstoria, dedimus: quarũ prima quidẽ ad supplicationem eorundẽ adiutorum emissa, numero eorũ qui erant illo tempore quo preces nobis obtulerunt, neq; aliquem eximi, neque addi præcepit, præterquam si quis eorum vel ad laterculensis gradũ in scrinio sacræ memoriæ, vel ad secundum locũ in duobus aliis scriniis, id est sacrarum epistolarum, sacrorúmque libellorum & cognitionum, prouectus fuerit. nam his licere desistentibus ab adiutoris officio, alios pro se quos voluerint adiutores surrogare, vltimum locum in hisdem adiutoribus obtenturos, licet superiorem in memorialibus habeant. Altera verò per sacram pragmaticam facta est, per quam excelsæ memoriæ viro Proculo suggerente præcipimus illos etiam adiutores posse in suum locum alios inducere, qui per aliquem fortuitum casum minus implere suum officium valeant, veluti senium, vel morbum, vel aliam necessariam causam: quod ex ipsorum adiutorum petitione idem magnificæ memoriæ Proculus ad nos retulit. Sed in præsenti ab aliis memorialibus tam in scrinio sacræ memoriæ, quam in cæteris duobus, sacrarum epistolarum, sacrorúmque libellorum & cognitionum relatis, adiici comperimus, deminutionem eorundem adiutorum impediri per memoratam pragmaticam sanctionem, & in-

super venditionis quodammodo memorati officij locum introductum esse. quod ne decætero fiat, præsentem sanctionem ad tuam magnitudinem mittimus: per quam iubemus illis tantum permissum esse secundum prius nostræ serenitatis rescriptum alios in suum locum surrogare, qui vel laterculensis gradum in scrinio memoriæ, vel secundum locum in aliis duobus scriniis adepti fuerint: secunda nostra sanctione super hoc capitulo decætero cessante: nullíque danda licētia eorundem adiutorum, præterquam si ad memoratos gradus ascenderit, alium pro se eisdem adiutoribus ex quocunque fortuito casu connumerare: vt eo modo ad veterem numerum iidem adiutores redeant: & XII. quidem in scrinio sacræ memoriæ, septem vero in aliis duobus sint, id est sacrarum epistolarum, sacrorúmque libellorum & cognitionum. Illo videlicet obseruando, ne alius adiutor per quamcunque ambitionem his qui in præsenti sunt, vel post eorum deminutionem (licet in veterem numerum redacti fuerint) addatur. nam si permutationem, licet fortuiti casus inciderint, probiberi disposuimus: multo magis prioribus manētibus alios introduci vetamus: cæteris scilicet anterioris sanctionis capitulis in suo robore permansuris.

De

DE AGENTIBVS IN REBVS.

TITVLVS XX.

Nullus de numero agentium in rebus locum mortui per pecuniam debet inuadere Bart.

I. Imppp. ARCADIVS, HONOR. & THEODO. Augusti Anthemio magistro officiorum.

NVLLVS de schola agentium in rebus decætero locum mortui conetur inuadere: sed is qui ordine stipendiorum, & laborum merito ad gradum militiæ sequebatur, statim atque illum fata subduxerint, in eius præmia percipienda succedat, omni obiectione cessante.

II. Impp. HONOR. & THEOD. Augusti Helioni[a] magistro officiorum. al. Heliodoro.

NVlli posthac sine nostræ maiestatis auctoritate discingendi agentem in rebus, nulli eximendi pateat copia. nam probata schola, & animaduersionem vereri iudicis, & nullam timere debet contumeliam vilitatis.

Matricula agentium in rebus non debet esse nisi quadragintaocto, quorum quilibet præest ducentis.

III. Imp. LEO Augustus Patricio magistro officiorum.

MAtriculam agentium in rebus à tua celsitudine confectam admittentes, in-

bemus ne ducenarij plusquã quadragintaocto in singulis habeãtur in posterum: & numerum centenariorum ducenti viri, quos vacante tempore gradus competentes admiserint: parique modo biarchorum nomen meritũmque ducenti quinquaginta viri dumtaxat: praeterea circitorum trecenti, & equitum quadringenti quinquaginta impleant. Sit in aeternum illa quoque fixa stabilisque tuae sublimitatis dispositio: vt si quis de numero ducenariorum, quos quadragintaocto quotannis esse censuimus, forsitan de luce migrauerit: laborũ eius fructum successores ab intestato vel ex testamento venientes, & lucrum dispensent, & ita omnibus inter caeteros superstites potiantur solatiis: tanquam si viuus, qui haec eadẽ diu sperauerat, sibimet vindicasset: qua de causa locum etiam eius successorum intuitu vacare cõueniet. Nemo autẽ sine diuali probatoria, quam codices in sacro nostro scrinio memoriae positi debeant inserendam accipere, militaribus eiusdem deuotissimae scholae stipendiis vel priuilegiis potiatur.

IIII. Idem Augustus Patricio magistro officiorum.

Ex eo quo primum ducenae vel centenariorum gradum in schola agẽtium in rebus militantes meruerint, desinant in sacratissima videlicet ciuitate constituti alterius iudicis cuiuslibet auctoritate pulsari, vel in alio quolibet

quolibet examine praeterquam viri magnifici magistri officiorum, & cui forsitan ipse concesserit, actionibus sui quisque aduersarij respondere: quod multo magis in criminalibus causis obseruari decernimus. absurdum est enim, vt in eius salutem vel existimationem valeat quisquam proferre sententiam, cuius de nulla re possit pecuniaria iudicare. Huius autem beneficij praerogatiuam subadiuuis[a] etiam qui singulis inueniuntur temporibus, deferri iubemus: licet hanc in eorum persona more quoque veteri seruari cognouerimus: vt tamen post depositum officium memoratum, si non inter centenarios numerentur, communi iam lege respondere non ambigant. Praedictas autem omnes centenariorum personas in prouinciis repertas, concessa nunc speciali fori praerogatiua, (nisi publicae executionis solicitudo his iniuncta sit) vti prohibemus: eósq; ordinariorum etiam iudicum pro veteri iure sententiis obedire praecipimus.

[a] praerogatiuã his etiam qui sub aliis cingulis inueniuntur, pro temporibus def. &c.

DE PRAEPOSITIS[a] AGENTIVM IN REBVS.

TIT. XXI.

[a] principibus, in manuscr. aliàs, non est noua rubrica. Contius.

I. Imp. LEO Augustus Patricio magistro officiorum.

AGENTES *in rebus qui per ordinem consequi solent principatus insignia in vnoquoque scrinio fabricarum, & barbarorum[a]*

[a] al. barbaricorum, aliàs barbariorũ.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

quaternos subadiuuarum solicitudine per annum duntaxat integrum procedẽtes gradatim subire hac in æternum valitura lege decernimus: exceptis videlicet vniuersis negociatoribus quibuslibet mercimonium per se gerentibus, interpositásve personas: cum eis antè sacratißimis constitutionibus interdictũ sit militare: exceptis nihilominus his qui possessionum alienarum solicitudinem procurationémve susceperint. eos enim ad hæc officia volumus adspirare, quorum labores, scholæ agentium in rebus testimonio comprobantur. Illi quoque sunt ab hac liberalitate nostræ mansuetudinis excludendi, qui cum scholæ eidem socientur, in sacris scriniis quibus vir spectabilis primicerius & tertiocerius præsunt, adiuuantes eos publicarum chartarum tractatibus occupantur: & duobus officiis operam suam adhibere non possunt. nam præter emolumenta quæ de prædictis scriniis consequũtur: principatus etiam solatio debent esse contenti. Quòd si morbo vel ætatis senio capti, & imperiti huiusmodi rerũ, vel quocunque alio vitio præpediti, per se memorati officij curam subire nequiuerint: consideratis præcedentibus eorum laboribus, per substitutũ chartularium eiusdẽ scrinij cui præfuturus est ipse, idoneum, & tã moribus optimis præditũ, quàm scientiã peritiámq; rerum habentẽ, electione sua, suarúmq; periculo facultatum

tatum, præfatũ munus eos implere præcipimus.

Agentes in rebus, & eorum serui, vxores & liberi, siue agant per se, siue per procuratores eorum siue conueniantur, habent circa soluendas sportulas priuilegium quod habẽt in sacris scriniis militãtes. Ioan. de Pla.

11. Imp. Anastasius Celeri magistro officiorum.

HAC saluberrima sanctione decernimus, agentes in rebus pro conuentionibus, & modo sportularum executoribus prębẽdarum, pro quantitate sumptuum, quæ circa litigia sibimet ab aliis inferenda, vel à se contra alios per semetipsos, seu per ordinandos à se procuratores exercenda, conuenit ab his agnosci: beneficiis quæ in sacro nostro militantibus ministerio iampridem per diuinas sanctiones indulta sunt, perpotiri: & fideiussorem idoneum de eadem schola, non autem extraneum offerre compelli: ita tamen vt priuilegia quæcunque centenariis seu ducenariis, vel chartulariis, seu viris clarißimis principibus post depositã quoque militiam iam per dispositiones principales impertita, & nunc vsque obseruata esse noscuntur, intacta inuiolatáque custodiantur: cum perabsurdum pérq; temerarium sit, hãc nostræ liberalitatem pietatis quenquam astuta interpretatione nõ ad augmentum anteriorum priuilegiorũ, sed deminutionẽ conuertere concedi.

simili

simili videlicet forma pro matribus & vxoribus eorum, necnon etiam liberis sub eorum potestate constitutis, nec aliam sortitis vel sortituris militiam, necnon etiam seruis ad eos pertinentibus, seruanda: ita vt in prouinciis quoque supradictæ personæ degentes simili beneficio perfruantur: sportulas tamen & litium expensas pro tertia superius enarratæ quãtitatis parte soluturæ, denarum librarum auri condemnatione aliáque grauißima indignatione his feriendis, quicunque nostra iussa qualibet modo seu tẽpore violauerint, seu violari consenserint.

DE PRINCIPIBVS AGENTIVM IN REBVS.

TITVL. XXII.

I. Imppp. GRATIANVS, VALENT. & THEOD. Augusti Cynegio PP.

AGentes in rebus post palmam laboris emeriti, principatus honore remuneramus. atq; ideo officialis tam ad neceßitates publicas quàm priuatas non nisi à principe mittatur auctore: nullarúmque sine ipso cuiquam mandetur exhibitio personarum: etiam si interceßio in locis degentis officij fuerit impartita. Causarum etiam patronos ita volumus esse cõuentos, ne ignorante principe vllam postulationem introducant: néve sub vnius persona suscepti, fraude quadam

dam aliena negocia inferenda esse pertentent. quòd si fuerit definitio contempta, decem libras auri fisco nostro ab officio tuo iubemus inferri.

II. Impp. ARCAD. & HONORIVS Augusti Theodoto P.V.

OMnia citatoria, omnium scilicet causarum atque personarum, licet sint senatoriæ dignitatis, ad principes specialiter reuocari præcipimus: actus verò cæteros qui à sacratißimo cœtu senatus tractari consueuerunt, censualium solicitudine celebrari: nec aliquod præiudiciũ ex surreptitio rescripto supplicibus inferri.

Principes agentium in rebus decorantur dignitate proconsulari. Bart.

III. Imp. HONOR. A.

PRoconsularis apicis dignitatis adiectione principes agentium in rebus præcipimus decorari.

IIII. Impp. THEODO. & VALENTI. Valerio Mag. offi.

EX agentibus in rebus principibus domesticos in suis actibus habere liceat eos quorum fidem industriámque probatam sibi existimant, etsi sæpe eodem officio fuerint ante perfuncti. Et si quis agens in rebus post XXV. annorum curricula, ob aduersam corporis valetudinem, militiæ finem minimè valuerit expectare, sed ad honorariam ex principe dignitatem, testimonio scholæ prosiluerit, hisdem cum priuilegiis

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

uilegiis muniri censemus, quibus hi qui ad principatus actum progressi sunt, potiuntur. Sed in salutationibus iudicum consessibúsque priores eos qui per longæ militiæ metas ad principatus actum peruenerint, etsi actus tempore posteriores sint, esse præcipimus: nihil censualibus vel apparitoribus aduersus priuilegia eorum excogitantibus, tanquam in actu principatus fuerint versati: vicenarum librarum auri condemnatione contra eos proposita.

Vicarianæ dignitatis titulis honoratur, qui princeps agétium, aut magister officiorum est effectus. Bart.

v. Iidem Augusti Cyro P.P.

EOs qui ordine transcursa militia, post ducenam ad desideratum principis peruenerint gradum, aut adiutores viri illustris magistri officiorum extiterint: cum inter honoratos cœperint numerari, vicarianæ dignitatis titulis decorari censemus.

Princeps agentium in rebus cingulo comitiuæ primi ordinis fungitur. Bart.

vi. Iidem Augusti Nomo mag. offic.

PRincipes agentium in rebus, quos sæpe sæua pericula, vitæq; interdum renunciatio ad memoratum gradum adduxit: completo tempore militiæ suæ, comitiuæ primi ordinis cingulo in diem vitæ potiri (manentibus videlicet dudum præstitis saluis priuilegiis) decernimus.

Milit

Militans in schola agentium si fuerit de corpore cohortalium: licet princeps agentium factus sit, filiū curię obligatū relinquit. Bar.

VII. Imp. LEO A. Nicosterio P.P.

QVicunque ex corpore cohortalium militans in schola agentium in rebus filium procreauerit: antequam ad metas militiæ suæ perueniat, principatus honore decoretur: & licet ipse post finitā militiām, vtpote liber, nulla debeat huiusmodi conuentione pulsari: filium tamen cohortali conditioni relinquat obnoxium. Si vero postquam adeptus fuerit principatum, ediderit filium: is qui natus est, etiam si in schola deuotissimorum agentium in rebus militiam sortitus non fuerit, ita liber sit ac securus, vt nec vllis cohortalis officij nexibus obligetur, quasi iam ex patre libero & ab hac conditione penitus alieno progenitus.

VIII. Imp. ZENO A.[a]

MVltis deuotissimæ scholæ agentium in rebus aditionibus permoti, viros clarissimos eiusdem scholæ principes qui finitis militiæ stipendiis exeunt: quotiens ex maioris iudicis sententiis ipsi, vel eorum coniuges, aut liberi, vel serui, aut coloni, siue per se, siue per procuratores conueniantur, non amplius quàm vnum solidum executoribus sportularum nomine præbere compelli: apparitoribus vicariani seu præsidalis iudicij, non nisi tertia parte solidi tantùm præstanda: nullásque iisdem concussiones

aut

[a] Sic legendū, Zeno, non Anastasius. nā hæc lex citatur ī. in l. 2. de comitibus cōsistorianis. Cont.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

aut vexationes in præbendis fideiussoribus ingeri, sed eos fideiussores quos locorum defensor existimauerit, dare: ita videlicet, vt pro tenore generalium edictorum hi qui vel in sacratissima vrbe, vel in prouinciis immobiles possident facultates, adiuratoriæ cautioni, & substantiæ suæ credantur. Hoc etiam adiiciendo, vt nunquam nisi ex sententia in scriptis prolata penitus moneantur. Ad similitudinē insuper aliorum officiorum, quotiens ciuiles vel criminales contra eosdem cognitiones mouentur, executorem quidem negotij vsque ad finem litis ciuilis seu criminalis, vnius esse solidi præstatione contentum: & pro insinuandis nostræ serenitatis apicibus, vel simplici contra obnoxios eorum postulatione deponenda, binos solidos ab his vel coniugibus eorum præberi: & quotienscunque exemplaria postulantur, hi quorum interest, accepto solido, quod petitur præbere non differant. Pro implendis vero monumentis vnde conueniendi tribuitur executoribus facultas: nō vltra quàm tres solidos quibus competit impertiri præcipimus: arbitro verò nō amplius quàm solidum: & fisci patronis dimidiam solidi partem: notariis vero tertiam vsque ad finem (sicut dictum est) causæ præstare: super editione quoque chartularum solidi partem dimidiam præbere. Quòd si non apud arbitrum, sed in competentibus iudiciis maioribus cognitio celebretur:

tur: inducendi quidem negotij gratia non nisi quatuor solidos eosdem viros clarissimos erogare: gestorum vero excipiendorum causa duos tantummodo solidos dare: & nullius vltra suprascriptas quantitates cuilibet alteri præstandi sumptus exactione vexari: his omnibus locum habentibus, siue ipsi aliis litem ingerant, siue ab aliis pulsentur.

DE CVRIOSIS, ET STATIONARIIS.

TITVLVS XXIII.

Denuncians maleficium punitur si non probat. Bart.

I. Imp. CONSTANTINVS A. ad Lollianum P. P.

Curiosi & stationarij, vel quicunque funguntur hoc munere, crimina iudicibus nuncianda meminerint, & sibi necessitatem probationis incumbere, nec citra periculum sui, si insontibus eos calumnias nexuisse constiterit. cesset ergo praua consuetudo per quam carceri aliquos immittebāt.

Officium agentium in rebus est curam habere super euectionibus cursus publici, portando pecuniam publicam per prouincias. Ioan. de Plat.

II. Idem A. & Iulianus Cæsar ad Taurum P. P.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

AGentes in rebus, in curis agendis, & euectionibus publici cursus inspiciendis, nostrorum memores praeceptorum, credimus in omnibus velle profutura reipublicae: ideóque solos agentes in rebus in hoc genere iussimus obsequium adhibere: et non ab alio penitus officio. Hi vero peruigili diligentia prouidebunt, ne quis contra euectionis auctoritatē moueat cursum, vel amplius postulet quàm concessit euectio. Quisquis igitur aliquid tale perpetrare tentauerit, improbi coepti priuetur effectu. Demonstretur etiā iudicibus vel curiosis euectio, etiam si quis nobis iubentibus festinare meminerit in obsequium necessarium, nec praeualeat contumacia vel dignitas. Ergo nummum iam vetamus exposci pro animalibus in cursu minimè constitutis. Quod si fortè aliquis existimauerit perpetrandum: eius quadruplum quod accepit, inferre cogatur.

III. Idem A. ad agentes in rebus.

PEr id tempus quo cursus tuendi solicitudinem sustinetis, condemnationes praefectorum circa eos solos irritae sunt futurae, qui seruauerint honestatem: erga eos vero qui inhoneste, & contra decus seculi, vel honorem militiae versabuntur, non solum condemnatio mansura est, verumetiam grauior poena est statuenda.

IIII. Impp. ARCAD. & HONOR. Augusti Marcello mag. off.

Agent

AGentes in rebus singulos per singulas prouincias mittendos esse censemus: quibus inspiciendarum euectionum tantùm debeat cura mandari: vt nihil prorsus commune aut cum iudicibus, aut cum prouincialibus habeant: nec naues debebunt illicita concussione vexare: nec libellos aut attestationes vel contestationes litis gratia suscipere: aut in carcerem quemquam trudere, sed cursui solùm vacare.

DE PALATINIS SACRARVM LARGITIONVM, ET rerum priuatarum.

TITVLVS XXIIII.

Palatini pro capitibus eorum & iugis tantùm pensitationem fisco soluunt: ab aliis vero muneribus sordidis vacant. Bart.

I. Imp. CONSTANTINVS A.

PAlatini pro capitibus seu iugis suis tantùm pensitationem atque obsequia recognoscent, extraordinariis & sordidis muneribus & susceptionibus & temonariis oneribus liberati. Cod. Th. 11.16.6.

Thesaurarius, vel comes thesaurariorum repertus semel culpabilis in officio, iteratò ad eandem militiam non adspirabit. Bart.

II. Imp. GRAT. A.

NVllus thesaurensis, vel officialis comitis thesaurorum semel deprehēsus euersor

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

quocunque pacto aut repetat militiam suam, aut aliam sibi requirat per ambitum dignitatem, vel sese transferat ad aliam quamcunque militiam.

Singulis annis vnus ex palatinis mitti debet ad regendum principatum comitis domorum Cappadociæ. Bart.

III. Impp. GRAT. VALENT. & TEODOSIVS Augusti Pancratio comiti R.P.

PRisco iam nunc ordine reuocato, de palatino potius officio ad regendum principatum officij comitis domorum per Cappadociam mittantur, quales comes etiam domorum si inhonestum aliquid gesserit, vereatur. Idoneos itaque singulis annis è numero mittẽdariorum ad hoc eligere debebis & mittere.

Palatini nihil habent commune cum aliis iudicibus prouinciarum. Bart.

IIII. Iidem Augusti.

NIhil omnino vllis iudicibus cum palatinis nostræ clementiæ, quicunque à comitibus diriguntur, sit commune atque coniunctum: sed excepta reuerentia quæ non solum ab inferioribus, sed etiam à maioribus, & in prouincia degentibus rectoribus prouinciarum debetur atque defertur, suis quisque necessitatibus obsecundet.

Effectus princeps palatinorum, ad aliam dignitatem conuolare non potest. Bart.

V. Iidem Augusti.

Quidam

QVidam post impletum ordinem militiæ palatinæ quam gesserant, honoremq; transactum, ad exceptorum scrinia trãsire nituntur. Hac igitur lege sancimus, vt nulli prorsus dehinc ista audendi relinquatur occasio: sed vnusquisque eius scrinij, quem primũ militando elegit ordinem persequatur: nec in alterius loco finem militiæ requirat, qui iam proprij ordinis transegerit principatum.

Præses palatinus iniungere non potest sordidum munus. Bart.

VI. Iidem Augusti ad Probum P.P.

AB officiis palatinorũ excellentia tua sciat ita penitus esse recedendum, vt neque ipsa postmodum licitum sibi credat iisdem aliquid iniungere: & præterea prouinciarum rectores prohibeat quicquã vlterius tale conari.

VII. Iidem Augusti Trifolio Com. s. Lar.

SCriniis omnibus largitionũ comitatensium infrascriptas decernimus dignitates: vt his cõtenti, ambiendi sibi aditũ interclusum esse cognoscant, etiam si speciale beneficiũ emendicato suffragio quisquã voluerit impetrare. Annonas etiam iuxta definitum dignitatum modum volumus præstari: nec amplius quicquam præsumi. Breuis, quas dignitates per singula scrinia officium sacrarũ largitionũ habere statuimus: Scrinij exceptorum perfectißimus ordinis secundi numero vnus, id est primicerius ex-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ceptorũ vnus:ducenarij duo, id est tertiocerius, & quartocerius:centenarius vnus,id est primicerius instrumentorũ: epistolares numero duo: formæ primæ numero trigintasex:formæ secundæ numero quatuor: formæ tertiæ numero tres. Scrinij numerorum perfectiss. ordinis tertij numero vnus:ducenarius numero vnus:centenarij numero duõ:epistolares numero duo:formæ primæ numero tres: formæ secundæ numero vnus: formæ tertiæ numero duo. Sacri scrinij tabellariorum perfectiss.ordinis tertij numero vnus:ducenarius numero vnus:centenarius num. vnus: epistolaris numero vnus:formæ primæ numero tres:formæ secundæ numero quinq;. Scrinij canonum perfectissimus ordinis tertij num.vnus: ducenarius numero vnus : centenarius numero vnus:epistolares numero duo:formæ primæ numero quatuor:formæ secundæ numero quatuor. Scrinij mittendariorũ ducenarius nume. vnus: centenarij numero duo:epistolares numero octo: formæ primæ numero vij. formæ secundæ numero trigintatres. Scrinij aureæ massæ perfectissimi ordinis tertij numero vnus:id est primicerius sacræ massæ, numero vnus:item secundocerius numero vnus : ducenarij numero ij.id est tertiocerius:& quartocerius:cẽtenarij num. vj. epistolares numero iiij. Aurifices specierũ perfectissimus numero vnus : ducenarij num. iiij. centenarij numero sex:epistolares numero viij.

formæ

formæ primæ numero xvij. formæ secundæ numero iij. Aurifices solidorum ducenarij numero vnus , centenarij numero octo:epistolares numero sex:formæ primæ numero nouẽ: formæ secundæ numero xxx. Sculptores & cæteri aurifices centenarij numero vnus : epistolares numero v.formæ primæ nume.sex:formæ secundæ num.xviij. Scrinij auri ad responsum perfectiss. ordinis primi nu.vnus : perfectissimi ordinis secundi num.ij.ducenarius num. vnus:centenarij num.ij.epistolares num.iij.formæ primæ nu.iiij. formæ secundæ numero ij. formæ tertiæ numero vnus.Scrinij à miliarẽsibus perfectissimus ord. primi numero vnus : ducenarius numero vnus: formæ primæ numero vnus:formæ secundæ numero duo : formæ tertiæ numero iij. Scrinij vestis perfectissimi ordinis iij. numero j.perfectissimus ordin.ij. numero vnus : ducenarij numero j.centenarij numero j.epistolares numero ij. formæ primæ numero vij. formæ ij. numero x. formæ iij.numero iiij.Officialium sacrarum vestium ducenarij numero iij. centenarij numero iij. epistolares numero ij. formæ primæ numero xij.formæ secundæ numero x. formæ tertiæ numero viij. Deputati sacræ vestis perfectiss. secundi ordinis numero ij. ducenarij numero ij. centenarij numero ij.epistolares numero ij.formæ primæ numero iij.Scrinij ab argento perfectissimi ordinis secundi numero j. epistol. nu-

mero j. formæ primæ numero sex: formæ secundæ num. iij. formæ tertiæ nu. j. Scrinij à pecuniis perfectiss. ord. secundi numero j. formæ primæ numero j. formæ secundæ numero ij. formæ tertiæ numero v. Argentarij comitenses ducenarij num. j. centenarij numero ij. epistolares numero iij. formæ primæ num. viij. formæ secundæ num. xxv. Barbaricarij centenarij num. ij. epistolares numero quinque. formæ primæ numero viij. formæ secundæ numero vnus.

Palatini transmissi per prouincias, anno elapso cingulo liberantur. Bart.

VIII. Iidem Augusti.

PLacuit iustè omnibus Mittẽdariis & Palatinis officiis profutura suggestio quam insinuasti, vt ex iisdem annis singulis ex ducenariis terni, ex centenariis habito prouisionis intuitu, cingulo liberentur.

Nullus officium sacrarum vel priuatarum largitionum adsumere potest, nisi mediante principis auctoritate. Bart.

IX. Impp. THEOD. & ARCAD. AA.

NOn aliter quilibet in officio sacrarũ largitionum, vel priuatarum rerum cingulum militiæ sibi sumendum existimet, nisi nostræ mansuetudinis adnotationem meruerit.

X. Imp. HONOR. A.

PAlatinos qui sacrarũ remunerationum rationem tractantes inculpantur, ad calcem terminúmque militiæ peruenientes, necnon etiam

etiam adiutores & primicerios diuersorum officiorũ præcipimus habere priuilegia, quæ nuper agentium in rebus scholæ nostra sunt mansuetudine contributa: scilicet vt à tyronum præbitione memorati reddantur exortes, cæteráque onera non agnoscant.

XI. Idem Augustus.

AD similitudinẽ sanctionis quam de proximis sacrorum promulgauimus scriniorum, etiam in officio sacrarum largitionum atque priuatarum rerum pro biennio annum sub perpetua obseruatione præcipimus custodiri: ita vt & priuilegia quæ huiusmodi officiis vel primiceriis sacris legibus deferuntur, integra illibatáque seruentur.

XII. Imp. THEODOSIVS A.

VIros deuotos palatinos nõ oportet in hac regia vrbe apud virum illustrem præfectum vrbi litigare compelli, nisi de ædificatione domorum & seruitutibus & annonis orta videatur causa: in aliis verò causis tam pecuniariis quàm criminalibus apud viros illustres tantummodo comites suos respõdere. rectoribus autem prouinciarum intra administrationis suæ fines inter præsentes palatinos nec causis publicis occupatos cognoscere tam pro ciuili quàm pro criminali causa permittimus: sic tamen, vt non aliter criminalis sententia aduersus eos proferatur, nisi ex suggestione prouincialis in-

TIT S

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

dicij vir illustris comes sub quo militat, certioratus hoc ei permiserit.

XIII. Idem A. & VALENT. Cæs.

INter alias prærogatiuas quas antea meruerant scholæ societatis sacrarum largitionum, primicerius, & tres primicerij scriniorum tribuni prætoriani, militari dignitate fruantur: nulla eis ex cuiuslibet iudicis præceptione iniungenda publica vel priuata necessitate.

XIIII. Iidem AA. Florentio P. P.

IVbemus viros deuotos palatinos rei nostri nominis priuatæ, eisdē priuilegiis decorari, quibus etiam palatini qui in sacris largitionibus deferuntur. Cum enim par similísq; militia sit, iustum & competens videtur iisdem vtrumque officium priuilegiis gloriari. Primicerios itaque officij, trésq; primates scriniorum rerum priuatarum, finito tempore militiæ, inter tribunos militares prætorianos, saluis iisdē præstitis priuilegiis sacris constitutionibus, nostram clemētiam adorare decernimus: ita tamen, vt nullā iniunctionem, nullam solicitudinē priuati vel publici negotij quolibet iudiciario præcepto sustinere possint. sed excepta omni necessitate omníque fatigatione, indeptæ dignitatis honore potiantur.

DE[a] STRATORIBVS.

TIT. XXV.

I. Impp. Valent. & Valens AA. ad Zosimam præsidem nouæ Epiri.

[a] In manuscript. legitur, De stratoribus, vt & in Pandectis Flor. l. 3. ff. de offic. procons. Contius. Alciat. statoribus manult.

Per

PEr omnes prouincias edictum generale misimus, vt stratoribus vnus tantùm solidus probæ[a] nomine posceretur, & in offerendis equis certam formam, statutam & ætatem prouinciales nostri custodiendam esse cognoscant: quos etiam fisco certo modo solidorum obnoxios fecimus, si quod stratores petere interdictum est, illi dare stratoribus non timerent. officium quoque grauitatis tuæ centum argenti libris multabitur, si sciens prædictam rem gestam fuisse, non illico eam seueritati iudiciariæ prodiderit.

[a] probæ, i. probationis. Cuia.

DE CASTRENSIANIS[a] ET MINISTERIANIS.

TIT. XXVI.

Castrensiani & ministeriani officio finito per lapsum biennij, alius subrogatur. Bart.

I. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Narsi. v. spectab. comiti & castrēsi S. P.

IN officio spectabilitatis tuæ secundum formam diualium responsorum post cōpletum tempus præfinitum, id est biēnium, prioribus decedētibus insequentes ad locum pro merito laborū stipendiorúmq; succedant, nec vlla licentia tribuatur his qui impletum deposuerint officium, denuo ad eandem militiam vel solicitudinem remeandi.

[a] Magis latinè (inquit Alc. hîc) diceretur, de castrensibus ministris. tu illum videto.

Si

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Si vltimus inter ministerianos gradum primæ, secundæ, vel tertiæ formæ inter castrensianos fuerit adeptus, scribendus est in matricula tertiæ formæ. Bart.

II. Iidem Augusti.

SI quis primæ vel secundæ, vel tertiæ formæ specialiter inter statutos gradum cœlitus valuerit impetrare: supernumerarius vltimus formæ tertiæ in matriculis habeatur.

Militantes in hac militia, & eorum matres & vxores non possunt conueniri in causa ciuili vel criminali, nisi sub comite castrensianorum. Bart.

III. Impp. LEO & Anthe. AA. Ioan. comiti & magistro officiorum.

HI qui in schola vestis sacræ militant, vel matres eorum vel vxores, criminalem vel ciuilem litem contra se commouendam in nullo alio nisi in sublimitatis tuæ suscipiant examine.

Castrensiani & ministeriani eorúmq; matres, vxores & filij, solùm coram magistro officiorum sunt conueniendi.

IIII. Impp. LEO & ZENO Mariano com. & magistro officiorum.

ANte omnia nullius penitus alterius iudicis minoris vel maioris sacro ministerio nostro deputatos (quorũ officia singillatim breuis subter annexus continet) nisi à tuæ dumtaxat magnitudinis sententiis conueniri, vt in nullo penitus alterius iudicis foro pulsantium, nisi in tuæ tantummodo amplitudinis examine

præbeant

præbeant aliquando responsum. Sed ne in hoc ipso iudicio enormibus molestentur dispendiis, vel ex nudis conueniantur facilè iudicis cuiuscunque mandatis: ipsis quoque sportulis & fideiussionibus modum constituimus obseruandum: ante omnia decernentes, nequando sine scriptura vel interpellatione deposita, ac sententia prorogata tuæ magnitudinis, eadémque non edita, conueniri possint: conuentos verò non alium fideiussorem nisi actuarium, vel vnum ex primatibus suæ scholæ executoribus pro responsione suæ personæ sine scripto præstare: siue per seipsos, siue per procuratorem datum in iudicio responsuri sunt: siue in causis ciuilibus appetantur, siue in criminalibus accusentur: nec vltrà conuentionis nomine sportularum, quàm vnum aureum executoribus vsque ad finem litis præstent, quencunque contigerit conueniri. Inducendorum sanè nomine, & cognitionum exercendarum, standæq; personæ gratia, ex simplici postulatione contra eos habita, siue ex appellatione subsecuta, vel alio quolibet modo in iudicio deponatur: tribus tantummodo solidis vsque ad terminum negotij eos qui accepturi sunt, præcipimus semper esse contentos: in cognitionalibus verò gestis edendis, duos tantummodo præstari solidos. Hæc autem priuilegia non in eorum tãtummodo, sed in matrum quoque & vxorum personis valere, & ad integrum

grum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І.І. МЕЧНИКОВА

grum permanere: filius quoq; & maritis eiusdem fideiussionis nomine, si necessitas interpellationis exegerit, tradi: nec alios vades exigi: ipsósque dum militant, & post emensam militiam, cum his qui ex tempore prioris præstitæ sibi pragmaticæ sanctionis eiusdem militiæ stipendia implesse noscuntur, omnibus priuilegiis perfrui (cunctis nihilo minus capitulis, sacris affatibus diuæ recordationis Martiani, quos se meruisse adserunt, valituris: excepto hoc quòd in diuersis iudiciis tunc respondere præcepti sunt) hac sanctione decernimus: aduocato quoque fisci, exceptoribus etiam qui apud arbitros hoc vtuntur officio, ab exordio incipiendo, vsque ad terminum finémque negotij tertiam dumtaxat solidi partem præbituros. In huiusmodi autẽ arbitrorum gestis edendis non vltra præstare, quàm dimidiam solidi partem: & cum per prouincias constitutus, fideiussoribus conuentus caruerit, adiuratoriæ tantummodo cautioni committi: nec vllo tempore nisi ex tuæ dumtaxat magnitudinis sententia conueniri: exceptis tributariis & munerum functionibus, & criminibus quæ in locis inquiri, flagitari, & vindicari generalia legum præcepta constituunt, præsenti sanctione decernimus: viro clarissimo adiutore sublimitatis tuæ in speculis constituto, ne quid ex his quæ statuimus, aliqua subreptione violetur.

DE

DE DECANIS."

TIT. XXVII.

I. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Helioni Com. & mag. offic.

Quatuor "qui ex corpore decanorum ad primũ militiæ gradum peruenerint, biennij spatio primiceriatus gerant officium: neque vlterius cuiquam liceat in hoc immorari: vt omni gratia & ambitione cessante, post duorum annorum curricula succedant prioribus subsequentes.

Decani dicebantur qui decẽ militibus præerant, qui nunc caput cõtubernij vocãtur. Alc. hîc.

"al. incipit, Qui ex corpore.

Decani adhærentes famulatoribus principis, coram illustri magistro officiorũ sunt conueniendi. Bart.

II. Impp. THEOD. & VALENT. Augusti Nomo mag. offic.

Nostræ pietatis famulationibus adhærentes decanos nõ oportet pro desiderio pulsantium ad alia pertrahi iudicia: sed viri illustris tantùm magistri officiorum obseruare examen. Hoc namque modo neque mansuetudinis nostræ obsequia decipiuntur: & agentibus aduersus eos iure adhibetur responsum. ad exemplum itaq; deuotissimorũ scholarium nulli licere memoratos ad aliud iudiciũ trahere, & pulsatos priorũ fidei scholæ permitti præcipimus.

"mẽsores sunt, qui in castris ad podismum dimetiũtur loca in quibus tẽtoria milites figãt, vel qui hospitia in ciuitatibus præstant.

DE MENSORIBVS."

TIT. XXVIII.

I. Impp. HONOR. & THEOD. Augusti Aemiliano mag. offic.

Primi

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

PRimicerius mensorum biēnio expleto agentis in rebus militis militiam sortiatur.

DE PRIVILEGIIS EORVM QVI IN SACRO PALATIO MILITANT.

TIT. XXIX.

I. Imp. CONSTANTINVS A. Palatinis bene meritis.

A Palatinis tam his qui obsequiis nostris inculpata officia praebuerunt, quàm illis qui in scriniis nostris, id est memoriae, epistolarum, libellorúmque versati sunt: procul vniuersas calumnias siue nominationes iubemus esse submotas: idque beneficium ad filios eorum atque nepotes ipso ordine sanguinis peruenire, atque immunes eos à cunctis muneribus sordidis & personalibus permanere, cum vniuersis mobilibus & mancipiis vrbanis: nec iniurias eis ab aliquibus inferri: ita vt qui hoc contempserit, indiscreta dignitate pœnas debitas exoluat.

II. Idem A. ad Rufinum P. P.

DE cubiculis nostris vacatione donatos vel diuersis obsequiis palatinis, memoriales etiam qui in scriniis memoriae, epistolarum, libellorum, sacrarúmque dispositionum referuntur: necnon & si qui in vtroque officio palatinorum comitatensium, singularúmve vrbium, & officio admissionum, & castrensis sacri palatij militant: priuilegia volumus habere, vt nec ipsi, nec filij nec nepotes eorum ad honores vel munera municipalia deuocentur: quibus omnibus condonamus ne exactorū vel turmariorum[a] (quos capitularios vocant) curam subeant: vel obsequium temonariorum, [b] vel pentaprotiae, aut etiam tyronis praesentationem agnoscant. Nā beneficiis nostris ita digni sunt, vt etiam censualibus vel personalibus vel corporalibus muneribus liberētur, & habeant castrense peculium, siue adhuc palatiis obseruent, siue optata quiete donati sunt. Quibus omnibus priuilegiis coniungimus agentes in rebus, licet militaribus videantur esse subnixi.

[a] summariorum.
[b] Telonariorum, fortè. vide Alciat. hîc.

III. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEODOS. Augusti Eutropio P. P.

EX aula nostra discedentes viri, ab omnibus iniunctis habeantur immunes: numerariorúmque fastus, vel rapaces quaestus, tanquam experientes & idonei non patiantur.

Qui missionem meruit ab officio quod in palatio princ pis exercebat, anteferri debet omnibus aliis qui post ad regendas dignitates vel prouincias sunt adsumpti. Bart.

IIII. Iidem VALENTIN. THEODOS. & ARCAD. Augusti Piniano P. V.

OMnes qui in palatio militando, diuersis actibus paruerint, volumus in tantum eius dignitatis cuius meruerint missionē, obtinere insignia, vt his omnibus præferātur in ordine atq; consessu, qui posteriori tēpore regendas prouincias, dignitatéq; susceperint palatinas. Si quis autē temeraria vsurpatione statuta violare tentauerit, sacrilegij pœnā sustineat.

DE PRIVILEGIIS SCHOLARVM.[a]

TIT. XXX.

[a] Scholares hic intellige militātes in sacro palatio. Alc. hîc.

I. Imppp. THEODOS. ARCAD. & VALENTIN. Augusti Pleitio Com. & mag. offic.

VIRIS spectabilibus comitibus scholarum, verberandi degradandíve senatores ac ducenarios, licētiam denegamus. ea nanque quæ tali commotione digna sunt, ad tuæ sublimitatis volumus referri notitiam. Insuper etiā domesticos eorum, non senatores, vel ducenarios centenariósve fieri decernimus: pœna v. librarum auri plectendo, quisquis hanc diuinam iussionem excesserit: scrinio vero barbarorum,[a] si tale quid vel attentari passum fuerit, vel attentatum contra leges non suggesserit, decem librarum auri condem-

[a] al. Barbaricorum: aliàs Barbariorū.

nation

natione plectendo. Illud etiam obseruari non sine ratione conuenit, ne is cui domestici officium per militiæ gradum, vel quinquennij tempus interdici censuimus, familiaritate comitis simulata, rem probibitam alio nomine valeat vsurpare.

II. Impp. LEO & ZENO Augusti, Eusebio mag. officiorum.

HAC lege decernimus, vt qui in singulis scholis militant, quíque post emensa stipendiorum curricula ad primiceriorum gradum perueniunt, & adorata nostræ diuinitatis purpura, virorum clarissimorum comitum meruerint dignitatem: tam cingulo quàm priuilegiis omnibus sibimet competentibus perfruantur: ac deinceps vsque ad finem vitæ foro tuæ celsitudinis tantummodo subiaceant: nec ex alterius cuiuslibet sententia ciuile subire litigium compellantur. In criminalibus sanè controuersiis, & in publicis tributis ita etiam aduersus tales viros prouincias moderātium congruam iurisdictionem volumus obseruari, ne sub prætextu cōcessi priuilegij, vel flagitiorum crescat auctoritas, vel publica vacillet vtilitas.

III. Imp. ZENO Augustus[x] magistro officiorum.

QVotiens super causa ciuili, vel etiam criminali, ex sententia videlicet iudicij tui culminis scholares vel eorum coniuges, siue ad-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І.І. МЕЧНИКОВА

hoc viuerent earum mariti, siue post mortem eorum in viduitate constitutæ sunt) matrésve eorum in viduitate permanentes, aut liberi qui nō specialiter alterius iudicis iurisdictioni subiectam conditionem sortiti sunt, & serui ad eos pertinentes conueniuntur: minimè eos eásve extranei fideiussoris exactione vexari: sed pro consuetudine vetustissima & iugiter obseruata, numerarium suæ scholæ fideiussorem præbere iubemus: hoc videlicet obseruando, vt in criminalibus causis quinque alios primates ex triginta viris à primicerio vsque ad triginta retro numerandis, vnà cum numerario volente scilicet & non recusante præbeant fideiussores: aut recusantibus quinque (sicut dictum est) viris extraneis, in criminibus tantummodo publicis fideiussor vnà cum numerario præbeatur: ita vt executoribus non amplius ab his quàm vnus solidus, siue per se, siue per procuratorem respondere maluerint, præbeatur. In subeundis autē cognitionalibus certaminibus, quotiens causa fuerit arbitro delegata: pro contestatione litis vnum solidum, & pro definitione ab arbitro recitanda, alterum vnum, & nihil amplius dari decernimus. Quòd si causa in iudicio tui culminis ab ipsa contestatione litis, vel relatione iudicis, aut appellatione interposita ventilatur: pro inducenda cognitione non amplius quàm tres solidos, & chartarum,

chartarum, vel recitandorum in cognitionibus instrumentorum, nomine editionis, quinetiam gestorum, duos tantummodo solidos dabunt. Quotiens sanè apud viros clarissimos prouinciarum moderatores, ex delegatione scilicet sententiæ tuæ magnitudinis contra viros fortissimos scholares, vel eorum coniuges, vel liberos, vel seruos cognitio celebretur: non amplius quàm dimidiam partem consuetorū sumptuum præberi decernimus: hoc etiam adiiciendo, vt qui acceptis commeatibus ad prouincias profecti fuerint, vsque ad quinque mensium spacium, intra quod ipsis erit remeandi licentia, nullam penitus actionem super ciuili videlicet negotio (exceptis criminibus & tributariis functionibus) sustineant. Ne tamen ibi quoque, post quintum scilicet commeatus mensem, ex sententia iudicij tuæ magnitudinis conuenti, in exigendis fideiussoribus aliquod sentiāt detrimentum: adiuratoriæ eos cautioni iubemus committi. Quotiens autem ex verbis, & sine vlla scriptis prolata sententia, iidem fortissimi scholares, vel eorum matres seu coniuges (vt dictum est) aut liberi aut serui moneantur, nihil pro ipsa executione sportularum nomine penitus eos, vel eorum matres seu coniuges aut liberos (secundum superius datam distinctionem) vel seruos præbere decernimus. Sed si talis sit negotij vilitas, vt etiam sine scriptis, consentien-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

tibus videlicet partibus, super eo poßit cognosci: expectato sine scriptis (sicut dictum est) habendæ cognitionis euentu, si deteriorem calculum reportauerint, sportularum nomine vnum tantummodo solidum executori præstabunt. Si vero causæ qualitas habendam in scriptis cognitionem flagitauerit: in hoc necesse est casu, interlocutione in scriptis proferenda, ea quæ superius de quantitate sportularum decidendarúmque cognitionum disposita sunt obseruari.

DE CASTRENSI OMNIVM PALATINORVM PECVLIO.

TIT. XXXI.

1. Imp. CONSTANTINVS Augustus ad Seuerum P.V.

OMNES *palatinos quos edicti nostri iam dudum certa priuilegia superfundunt, rem si quam, dum in palatio nostro morãtur, vel parsimonia propria quæsierint, vel donis nostris fuerint consecuti; vt castrense peculium habere præcipimus. Quid enim tam ex castris est, quàm quod nobis consciis ac propè sub conspectibus nostris acquiritur? Sed nec alieni sunt à puluere & labore castrorum, qui signa nostra comitantur: qui præsto sunt semper actibus: quos intentos & eruditos studiis, itinerum prolixitas,*

& expeditionũ difficultas exercet. Ideóque Palatini nostri, qui priuilegiis edicti vti potuerũt: peculia sua præcipua retineant, quæ dum in palatio nostro constituti sunt, aut labore (vt dictũ est) proprio, aut donatione nostra quæsierint.

DE EQVESTRI DIGNITATE.

TITVLVS XXXII.

1. Imp. VALENTINIANVS Augustus ad Mamertinum P.P.

EQVITES *Romanos secũdum gradum post clarißimatus dignitatem obtinere iubemus.*

DE PERFECTISSIMATVS DIGNITATE.

TIT. XXXIII.

1. Imp. IVSTINIANVS Augustus ad Paternum Valerianum.

CODICILLIS *perfectißimatus fruentur, qui impetrauerint, si abhorreant à conditione seruili, vel fisco aut curiæ obnoxij non sint, vel si pistores non fuerint, vel non in aliquo negotio constiterint, nec sibi honorem venali suffragio emerint, nec rem alicuius administrauerint.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

QVI MILITARE POSSVNT, VEL NON POSSVNT: & de seruis ad militiam vel dignitatem adspirantibus: & vt nemo duplici militia, vel dignitate & militia simul vtatur.

TITVLVS XXXIIII.

Volentes militare se debent etiam offerre ei qui habet ius probandi: scilicet officiorum magistro. Bart.

I. Impp. SEVERVS & ANTONINVS Augusti Antonio.

SI militiæ nomen dare vultis: offerte vos his qui probandi ius habent. Non autem ignoratis, eos qui litis causa militiam appetierint, postulantibus aduersariis solui sacramento solere.

In fraudem ciuilium munerum nullus armatæ militiæ nomen potest adsumere. Bart.

II. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS Augusti.

NON tantùm decurionum filiis, sed omnibus in fraudem ciuilium munerum nomina armatæ militiæ dantibus, fraudem prodesse displicuit.

Coloni vel saltuenses ad militiam armatam volentes vel inuiti non sunt admittendi. Bart.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. Augusti* mag. vtriusque militiæ.

Cura

CVra peruigili obseruare debebit sublimitas tua, ne coloni vel saltuenses, aut vltro se offerentes, ad militiam suscipiantur armatam, aut cogantur inuiti.

Curialis vel cohortalis conditionis existens, ad armatam militiam non adsumitur. Bart.

IIII. Imp. LEO Augustus Dioscoro.

OMnes omnino curialis vel cohortalis conditionis constituti, nullam armatam militiam in posterum arripiant.

Duas militias diuersi generis, aut dignitatem & militiam eodem tempore quis habere non potest: secus si ad idem tendant. Bart.

V. Imp. IVSTINIA. A.* mag. offic.

HIS quidem quibus indultum hactenus demonstratur, quò binis, aut ternis, pluribúsve mereantur cingulis, non coniunctis ex prisca consuetudine, sed abiectis, atque discrepantibus, detur electio quem retinendum sibi potius censeant, quem deserendum cognoscant: vt in eo quod optauerint, firmiter maneant; eo quod despexerint, sine dubitatione repellantur. In posterum verò nemini prorsus facultas pateat eodem tempore plus quàm vnius ordinis nomen affectare: interdicendis in commune cunctis (vt dictum est) binis pluribúsve militiis, nec dignitatem coniungere cuilibet alij cingulo concedendis: vt & qui supplicandum de re vetita nobis existimauerint, pœna decem*

*mereant fortè: aut certè vtatur.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

librarũ auri pro temeritate quãuis infructuosa plectantur: & qui susceperint iussionem augustam per surreptionem elicitam (quod nonnunquam contingit) decem librarum auri multa feriantur: scriniis etiam, necnon officiis quorum hoc intersit, si non restiterint, & hanc pragmaticam legem abiecerint, decem librarum auri dispendio puniendis. Si quid autem contra hoc perpetretur: sciant omnes, quod extra cõcessum admissum est, aut actum fuerit, vel notis conscriptum publicis, simile habeatur, ac si nec impetratum nec pronunciatum omnino, nec insertum esset vllis matriculis: scituris etiam omnibus qui merentes in ordinibus armatis siue ciuilibus administrandas prouincias, seu gerendos quoslibet numeros vel iam sunt seu decetero fuerint iussione nostra sortiti: & vt seruetur eis gradus, Augusta promeriti sanctione, parem indulgendam sibi licentiam postquam deposuerint solicitudinem, aut in priori cingulo protinus persistendi, nullo vindicando titulo dignitatis, quam solicitudo media præstiterit: aut retinendi splendorem, quem acquisierint administrationis obtentu, verùm priore cingulo desistendi. Monente tamen innata nobis clementia, liberum esse cunctis perspeximus, si militia qua decedendum est, inter eas habeatur, quas volentibus licet distrahere: & in alios eam conferendi, & precia consequendi: prout in iisdem

dem agminibus consueuerit hactenus: excipiendis videlicet, nec deducendis in hanc perpetuò conseruandam legem pragmaticam, his qui binas militias simul compositas, & sociali nexas consortio fuerint adsecuti: vt in viris deuotissimis scholaribus atque candidatis fieri moris est: necnon in viris deuotis laterculensibus & pragmaticariis, vel à secretis contingit: quos memorialium, aut etiam agentiũ in rebus adornat cingulũ: & si qui simili stipendiorum iunguntur copula.

Dominus patiens seruum militare, dominio priuabitur, & iure patronatus. Bart.

VI. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ P.P.

Super seruis qui postea ad quandam militiam adspirare tentauerint, vel scientibus, vel ignorãtibus dominis, præcipimus, si quidem ignorantibus his eam meruerint, licere dominis adire competentem iudicem, & suam ignorantiam[a] (eo quòd contrarium minimè probatur) ostendere, eóque modo spoliatos eos militia in suum dominium trahere. Sin verò scientibus his serui militarint: cadere quidem eos non tantum dominio eorum, sed etiã omni patronatus iure: illos verò ingenuos effectos, si quidem vtiles ad militiam eis datam visi fuerint, in ea durare: sin verò minimè idonei sint, ea priuari. Super illis autem seruis, qui iam militauerunt, & adhuc in eadem militia perseuerant, licentiam damus dominis intra triginta dierũ spacium

[a] innocentiam, Cuiacius.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ciam ab eo tempore connumerandorum, quo præsens sanctio diuulgata fuerit, vel nostrā adire clementiam, vel cōpetentes iudices, & suam ignorantiam commendare, eósque in suum dominium recipere. quo tempore transacto, simili modo tam dominio quàm omni patronatus iure cadere eos necesse est.

Dominus patiens seruum in dignitate esse, priuabitur dominio, & iure patronatus. Bart.

VII. Idem A. Ioanni P. P.

Si quis seruum suum dignitatē habere, quēadmodum militiam, fuerit passus: spolietur & dominio serui, & iure quod pertinet ad patronos. Cui enim ferendum est, homines à nostra manu donationes accipientes, adhuc inter seruos haberi, & fortè cum suis dominis nostrā purpuram adorantes? In his itaque casibus, in quibus non militia, sed dignitas volentibus dominis seruis acquiritur, eadem iura seruentur, quæ antea posita sunt: ne videatur nostra sanctio aliquid habere imperfectum. Sciant autem domini ad exēplum præteritæ nostræ constitutionis quæ de huiusmodi seruis loquitur, quòd nisi hoc intra triginta dies ex quo eis hoc fuerit notum, manifestauerint, & competentem iudicem adierint, & spoliare eos dignitatibus curauerint: dominium eorum & ius patronatus amittant: nobis deliberantibus, postquam dominio serui fuerint liberati, & inter ingen-

ingenuos connumerati, si oporteat eos habere dignitatem, vel ea quasi indignos spoliari.

VIII.

Η Διάταξις ἑλληνικὴ οὖσα βεβαιοῖ τὴν πρώτην διάταξιν τούτου τοῦ τίτλου τὴν λέγουσαν, μηδένα κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν δύο στρατείας ἔχειν, προστιθεῖσα ὅτι οὐδεὶς ὀφείλει ἔτι στρατείας ἄλλας μετιέναι καὶ τοῖς τριβούνοις νοταρίοις ἐγκαταλέγεσθαι. ἀπαιτεῖ δὲ ὑπομνημάτων πραττομένων ἕκαστον κατατίθεσθαι τί μᾶλλον ἐπιλέγεται τῶν στρατιῶν ἢ τῶν ἀξιωμάτων ὁρίζουσα χρόνον ἔσω τριῶν μηνῶν μετὰ τὸ γνῶναι ταύτην τὴν διάταξιν ὥστε ἐντὸς τούτου προσιέναι τὸν βουλόμενον ἐν μὲν κωνσταντινουπόλει τῷ κόμητι τῶν θείων ἰδικῶν, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τὴν οἰκείαν φανεροῦν προαίρεσιν. εἰ δὲ συμβαίνει παραδραμεῖν τὸν χρόνον τοῦτον, κελεύει αὐτοὺς εἰ μὲν στρατείας πολλὰς ἔχοιεν, μίαν καὶ μόνην ἔχειν. εἰ δὲ στρατείαν καὶ ἐπιστολὰς τριβούνων νοταρίων, μένειν μόνον τριβούνους. εἰ δὲ στρατείαν καὶ κόμητος ἀξίαν, τὴν μὲν στρατείαν ἀπολλύειν, τὴν δὲ ἀξίαν τοῦ κόμητος τοῦ ὑψηλοῦ βήματος ἔχειν, μηδενὸς πραγματικοῦ τύπου παρὰ τὰ διηγορευμένα μέλλοντος ἰσχύειν. ἐὰν δέ τις στρατείαν ἔχων ἄρχων ἐπαρχίας γένηται, καὶ λάβῃ θεῖον τύπον περὶ τοῦ φυλαχθῆναι αὐτῷ τὸν ἴδιον τόπον, κελεύει ἡ διάταξις τοῦτον τὸν τύπον ἰσχύειν ἵνα ὁ μὲν στρατείας φυλάττεται

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. Мечникова

λάτ[ρ]ευ τόπος, μηκέτι δὲ κεχρῆσθαι καὶ τῷ ἐν ἀρχαῖς ὡς εἰκὸς προσγενομένῳ αὐτοῖς ἀξιώματι. εἰ δέ τι τοιοῦτο ἐπιχειρίσωσιν ἑκάτερον τινὲς ποιεῖν καὶ δύο τυχὸν στρατείας κεχρῆσθαι, ἑκατέρων ἐκπίπτουσιν. ὁρίζει δὲ πρόστιμον εἴκοσι λιτρῶν κατὰ τῶν παραβαινόντων εἰ καὶ θεῖον τύπον ὡς εἰκὸς προσποιουμένων καὶ ταύτῃ τῇ θείᾳ διατάξει ἐναντιουμένων. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τῶν ἀρχόντων τῶν τὸν τοιοῦτον θεῖον τύπον προσδεχομένων.

Eadem Latinè.

HÆc Constitutio Græca cõfirmat primam cõstitutionem huius tit. qua cauetur ne quis eodem tempore duas militias habeat, adiiciens, ne quis aliam militiam habeat, & præterea tribunis notariis adnumeretur. & exigit vt apud acta quisq; deponat vtrùm malit dignitatem, an militiam. Et in eam rem statuit tempus trium mensium, intra quos ex quo præsens constitutio promulgata fuerit, adeat quisque in vrbe Comitem priuatarũ, in prouinciis præsides, & suam voluntatem exponat. Quo tempore elapso, præcipit Constitutio vt si plures habeat militias, vnã tantùm retineat: si militiam & epistolas tribunorum notariorum, tribunus tantùm maneat: si militiam & Comitis dignitatem, militiam amittat, dignitatẽ comitis primi ordinis retineat, nulla pragmatica forma ex contrario locum obtinente. Quòd si quis militiam habens fiat præses prouinciæ, & vt sibi gradus seruetur à principe promeritus sit, iubet Constitutio tunc gradum ei militiæ seruari, nec vti eum dignitate ex prouinciæ administratione conquisita. Quòd si quidam vtramque retinere studeant, & fortè duplici militia vtantur, vtramque amittunt. Definit & in eosdem pœnam viginti librarum, etiam si sacram formam huic Constitutioni contrariam obtinuerint, atque etiam in præsides qui eam susceperint.

NEGOTIATORES NE MILITENT.

TITVLVS XXXV.

1. Imp. IVSTINIANVS A. Mennæ P. P.

EOs qui vel in hac alma vrbe, vel in prouinciis cuidam ergasterio præsunt, militare decætero prohibemus, exceptis argenti distractoribus, qui in hac alma vrbe negotiantur. Hos enim, vtpote vtiles omnibus contractibus, armata quidem militia penitus abstinere sancimus: aliam verò quancunque

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

cumque sine metu præsentis sanctionis posse sibi acquirere. Siqui verò negotiatores, quos omni militia prohibuimus, iam militarunt: eis licentiam damus negotiationẽ quidem relinquere, militiam verò retinere: scientibus, quòd si postea negotiantes appareant, militia priuabuntur. Quod & in argenti distractoribus huius almæ vrbis, si armatam militiam iam sortiti sunt, tenere volumus: vt relicta negotiatione liceat eis in eadem militia durare. Negotiantes etenim post hanc sanctionem, huiusmodi militia priuabuntur: illis qui ad armorum extructionem suam professionem contulerint, minimè prohibendis ad competentem suæ professionis venire militiam, & huiusmodi negotiationem nihilo minus retinere.

DE RE MILITARI.

TITVLVS XXXVI.

Miles captus ab hostibus, dum ibi est, stipendium vel donarium habere non potest. Bart.

I. Imp. ANTONINVS A. Annæ militi.

STipendia & donatiua temporis quo apud hostes fuisse te dicis, restitui tibi postliminio regresso restitutóque, non iure desideras.

II. Idem A. militib. cohortis primæ.

Viginti

VIginti stipendia si impleítis, sordida munera militiæ vobis non indicentur.

Missus à militia ignominiæ causa, est infamis. Bart.

III. Idem A. Iuliano.

MIlites ignominia missi cum infamia notentur: nullis honoribus qui integræ dignitatis hominibus deferri solent, vti possunt. habeant autem morãdi vbi velint, potestatem, præterquam in eis locis in quibus specialiter arguentur. [a]

[a] arcetur. Cuiac.

Bona militis deserentis in desertione defuncti confiscantur. Bart.

IIII. Imp. ALEXAN. A.

DEfunctorum in desertione bona confiscari diuus Marcus & Antoninus pater meus constituit.

V. Imp. GORDIANVS A. Valentino, & aliis militibus.

CVm allegatis septem annos in desertione egisse maritum sororis vestræ, & indulgentia nostra esse restitutum: non rectè desideratis, vt id tempus ac si in castris fuerit, habeatur. Proinde excepto eo tempore quòd ad desertores pertinet, restitutus ex indulgentia nostra, residuo militare debebit: ideóque nec stipendia temporis quo in desertione fuerit, exigere poterit.

Missus à militia ex causa ægritudinis, factus sanus, instaurandus non est. Bart.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

VI. Idem A.*

SEmel causaria missis militibus, instauratio non solet concedi obtentu recuperatæ valetudinis melioris: quando non temerè dimittantur, nisi quos constet medicis denunciantibus, & iudice competente diligenter examinante, vitium contraxisse.

Damnatus de crimine militari miles existens, non infamatur etiam factus veteranus.

VII. Idem A.*

FRustra vereris, ne nota quæ propter delictum militare intercessit, existimationem tuam iam veterani læsisse videatur: maxime cum nec ex eo delicto quod in paganorum potest cadere personam, notatos milites, post missionem placuerit esse famosos.

VIII. Imp. PHILIP. A.

CAusaria missus, nulla existimationis macula adspergitur.

Dans operam vt barbari Romanos deprædentur, vel prædam factam cum eis diuidens: viuus comburitur. Bart.

IX. Imp. CONSTANTINVS A. & Cæsar.*

*Cod.Th. li.7.tit.1. l.1.

SI quis* barbaris scelerata factione facultatem deprædationis in Romanos dederit, vel si quis alio modo factam diuiserit, viuus comburatur. Dat. IIII. Kal. Maij, Seuero & Rufino Conss.

Miles qui à principe meruit suam familiã ad se venire, coniugem suam potest facere venire. Bart.

X. Idem A.

QVicunque militum ex nostra auctoritate familias suas ad se venire meruerint, non amplius quàm coniuges, liberos, seruos etiam de peculio castrensi emptos, neque adscriptos censibus, ad eosdem excellentia tua dirigi faciat.

Tribuni vel milites in loco deputato stare debent, nec possunt vagari. Bart.

XI. Imppp. GRATIANVS VALENTINIANVS & THEODOSIVS AAA. Cynegio P.P.

TRibuni vel milites nullam euagandi per possessiones habeant facultatem: sed cum signis propriis in mansionibus solitis ac publicis maneant. at si quis tam necessaria scita contempserit: de eo, ac tribuno eius ad nostram scientiam, rectorum ac defensorum relationibus protinus referatur: quatenus seuerissimè in eos animaduertatur.

Præsentibus militibus quis se balneare non præsumat: aut equos lauare, nisi secretè. Bart.

XII. Iidem Augusti Richomeri comiti & magistro vtriusque militiæ.

CVm supra virentes fluminum ripas omnis legionum multitudo cõsistit: ideo prouida auctoritate decernimus, vt nullus omnino immundo fimo sordidatis fluentis commune poculum polluat: néve abluẽdo equorum sudores* deproperans publicos oculos nudatus incestet, sed procul à cunctorum obtutibus in inferiori- *sudore.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

bus partibus fluuiorum hoc ipsum faciat.

XIII. Impp. ARCADIVS & HONORIVS AA. Romuliano P. V.

NEmo miles ex his qui præsentes diuino obsequio nostræ clemẽtiæ deputati sunt, & qui in hac alma vrbe præsente comitatu concessi sunt, quiue de aliis numeris vel legionibus sunt: vel sibi vacet, vel aliena obsequia sine nutu principali peragere audeat. qui autẽ in huiusmodi facinore fuerint conuicti: militia exuti pœnas consentaneas luere compellantur. hi verò qui in priuato obsequio militem retinere fuerint reperti, quinque libris auri multæ nomine feriantur. Si verò quisquam missus à numero, vel à tribuno ad comitatum serenitatis nostræ peruenerit (aliter enim eos hoc facere vetamus) ilico se viris illustribus comitibus sub quorum regimine constituti sunt, offerre festinet: & causas profectionis exponat: vt & responsum cœleste mereatur: & citam remeandi accipiat facultatem. Si quos autem milites per prouincias relictis propriis numeris passim vagari præsides earum cognouerint, correctos faciant custodiri, donec de his clementiæ nostræ auribus intimetur, & quid fieri oporteat decernamus.*

*aliàs præsẽtes esse comitatui.

Miles de vno numero ad alium se transferre non debet: nisi vtilitatis publicæ causa princeps consenserit. Bart.

XIIII.

XIIII. Iidem AA. Stilichoni magistro militum.

COntra publicam vtilitatem nolumus à numeris ad alios numeros milites nostros transferri. Sciant igitur comites vel duces quibus regendæ militiæ cura commissa est, non solum à comitatensibus ac palatinis numeris ad alios numeros milites transferri non licere: sed ne ipsis quidem, [seu de comitatensibus legionibus, seu de castris riparembus* castrensianis,] cæterísque, cuiquam eorum transferendi militem copiam attributam: nisi hoc Augusta maiestas publicæ vtilitatis gratia fieri iusserit: quia honoris augmentum non ambitione, sed labore ad vnumquemque conuenit deuenire. quòd si quis contra fecerit, per singulos milites singulas auri libras à se nouerit exigendas.*

* Pro inclus. leg. pseudocomitatens. legionib. seu de castris riparẽsibus castrẽsianis. sic Cuia. li. 1. obserua. c. 25. Cont.

*qui in limitibus imperij excubabant contra Barbaros. Alc.

Miles armatæ militiæ, agrorum cultui, custodiæ animalium, mercimoniorum quæstui non est deputandus. Bart.

XV. Imp. LEO A. Aspari magistro militum.

MIlites qui à republica armãtur & alũtur, solis debent vtilitatibus publicis occupari: nec agrorum cultui, & custodiæ animalium, vel mercimoniorum quæstui, sed propriæ muniis insudare militiæ. nullum præterea ex militibus posthac prædictis obsequiis vacare magnitudo tua patiatur: sed frequentes in numero suo esse iubeat: vt armorum quotidia-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

no exercitio ad bella se præparent. Quod si quis ex militaribus iudicibus vllos militum tam diuinis quàm regiis, vel priuatis domibus ac possessionibus, diuersisq; aliis obsequiis contra interdictum serenitatis nostræ crediderit deputandos: sciat se ab eo qui contra vetitum fecerit, & ab eo qui ausus accipere militem fuerit, per singulos milites singulas libras auri protinus exigendas.

Milites ciuilem curam non debent adsumere. Bart.

XVI. Idem. A. Dioscoro.

MIlitares viros, ciuiles curas arripere prohibemus: aut si aliquam huiusmodi solicitudinem fortè susceperint, & militia statim & priuilegiis omnibus denudari decernimus, formidantibus his motum nostræ serenitatis, qui temeritate saluberrimis statutis obuiam ire tentauerint.

Nullus in aliquo numero militum potest militare sine licentia principis. Bart.

XVII. Imp. ZENO. A. * magist. mili.

NEminem in vllo numero equitum vel peditum, vel in quolibet limite, sine nostri numinis sacra probatoria in posterum sociari concedimus, consuetudine quæ hactenus tenuit, antiquata, quæ magisteriæ potestati vel ducibus probatorias militum facere, vel militibus adiungere licentiam tribuebat: vt hi tantum in numeris vel limitibus militent, qui à nostra

nostra diuinitate probatorias consequuntur. viros autem eminentissimos pro tempore magistros militum, necnon & viros spectabiles duces, si supplere numeros pro his qui fatalibus sortibus decrescēt, necessarium esse putauerint, veritate discussa, per suggestionem suam nostræ mansuetudini declarare, qui & quanti, & in quo numero vel limite debeant surrogari: vt ita demum, prout nostræ sederit maiestati, diuina subnotatione subnixi militiam sortiantur: officio quod tuæ sublimitatis actibus obsecundat, centum librarum auri dispendio feriendo, si ex aliqua parte, quæ statuit nostra serenitas, fuerint violata.

XVIII. Imp. ANASTASIVS A. Ioanni mag. mili. præsentalium.

TAm collatores & prouinciales, quàm fortissimos milites, prout oportet, gubernari, miniméque læsionem aliquam seu dispendium perpeti, properātes, esse necessarium prospeximus, dicatissimos milites, qui de diuersis præsentalibus numeris per Orientis partes noscuntur consistere, virorum spectabilium ducum iussionibus obedire: vt quicquid emerserit quod pro communi securitate curandum est: hoc protinus, vtpote militari præsidio in proximis locis constituto, competens possit mereri remedium: ita videlicet, vt etiam agentibus causas tam criminaliter quàm ciuiliter, præfati mili-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

tes iam non apud magnificam magiſteriam per Orientem poteſtatem, vel ex ſententiis ſeu præceptionibus eius, ſed per interlocutiones ſeu diſpoſitiones tam excelſæ tuæ ſedis, ſub cuius iuriſdictione conſiſtunt, quàm eorundem ducum reſpondeant.

¶ Eo ſcilicet obſeruãdo, vt ad reſponſum, quem 1
de officio tuæ ſublimitatis huc vſque ad prædictam magiſteriam per Orientem poteſtatem moris erat deſtinari, viris ſpectabilibus ducibus inhæſurus mittatur, tam per ſe, quàm per adiutores ſuos eoſdem iudices obſeruare, & iuſſiones eorum implere curaturus: licentia ei non deneganda & ad reſponſum qui de officio alterius viri excelſi magiſtri militum præſentalium pro hac noſtra diſpoſitione deſtinatur, in locis in quibus apparitionis tuæ ſublimitatis ad reſponſum non contigerit reperiri, ſuam ſolicitudinem pro emergentibus maximè cauſis peragere: cuius etiam illi qui de altero officio mittendus eſt, præbemus facultatem, vt non tantum per adiutores ſuos, ad reſponſum, ſed etiam inuicem ſe adiuuando, nec publicis, nec priuatis cauſis vel executionibus abeſſe videantur. ad ſingulos etenim duces ad reſponſum de apparitoribus noſtris non perſpeximus oportere deſtinari: ne per multitudinem eorum qualibet machinatione damna contra milites noſtros augeri contingat.

2 ¶ Vt autem omnifariam tam publicæ commoditati, quàm fortiſſimis proſpiciatur militibus, ſportularum nihilominus exactionem merito cenſuimus moderandam: & iubemus nec ipſis ad reſponſum, nec adiutoribus eorum pro criminalibus ſeu ciuilibus cauſis, etiam ſi ex publicis cauſis deſcendere, vel ad publicam cauſam pertinere dicãtur, licere aliquid plus quàm vnum ſolidum à ſingulis vel nolentibus vel ſpontanea voluntate offerẽtibus ſuſcipere militibus: ita vt ſi vniuerſitas numeri ſeu principiorum monenda ſit, duplicata quãtitate tantummodo ſportulas accipiãt. in his etenim cauſis nec plures quàm duos primates, quorum nomina ſemel ac primùm geſtis interuenientibus fuerint publicata, patimur conueniri: ſyndico videlicet prout conſuetudo depoſcit, legibúſq; cautum eſt, ordinando. Hoc quoque adiecto, vt pro omnibus quibuslibet expenſis faciendis ingreſſus in iudicio duciano vnum tantummodo ſolidum, nihílque amplius milites vel ſyndici litigantes dependere compellantur: vt huiuſmodi ſolatium ad commodum ad reſponſum, & eius adiutorum & exceptorum proficiat: nihil ſibi vſurpare, vel ſuo nomine poſcere vel viris deuotis principibus qui ducianum obſeruant iudicium, vel ducianam apparitionem, de præfatis litibus concedendis: ita videlicet, vt ſuper litis expenſis, in perſonis etiam eorum quicunq; milites pulſare

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І.І. МЕЧНИКОВА

maluerint, eadem forma ſeruetur.

*Erit autem arbitrij atque æſtimationis vi-
rorum ſpectabilium ducum, pro qualitate ne-
gotiorum vel quantitate quæ deuotiſsimis mi-
litibus ab aduerſariis eorũ ingeritur, vel ſuam
audientiam interponere litigiis, vel eorum di-
ſcuſsionem dicatiſsimis principiis ſeu arbitris in
locis degẽtibus committere quibus viris ſpecta-
bilibus ducibus & eos obſeruantibus ad reſpon
ſum, ſeu adiutoribus eorum curæ ſit, ſiquando
ad eoſdem duces milites accerſiti fuerint, vel de
locis in quibus conſtituti ſunt, moueri præcepti,
ne quolibet modo curiales ſeu collatores quibuſ-
dam afficiantur diſpendiis: ita ſcilicet, vt pro
militibus inſpiciendis quandocunque voluerint
viri ſpectabiles duces etiam præſentales deuo-
tiſsimos milites adhibere, non immodicam mul
titudinem eorum tempore pacis conuocare pro-
curent. Sin verò etiam neceſsitate poſcente mi-
lites ad alia perueniant loca, læſionibus contra
curiales ſeu collatores nihilo minus modis omni-
bus abſtineant: & ſi tam in eundo quàm re-
deundo triginta tantum dies oporteat eos profi-
ciſci, ipſi ſuas expenſas ſibi præbendas (collato-
ribus ſeu curialibus minimè prægrauandis) ſu-
ſcipere non ceſſent. ſinautem vlteriore tempore
in aliis locis neceſſe ſit eos commorari: expenſas
eis vlterioris (vt dictum eſt) temporis ad quæ
peruenerint loca miniſtrari.*

Iudicium

Iudicium ciuile vel criminale intẽtatum con-
tra militem coram vno iudice, non poteſt
intentari criminaliter coram alio, niſi pri-
mo peracto.

3 ¶ *Quoniam verò comperimus quoſdam te-
merario animo atque iniquo propoſito, ante-
riore tempore certos de memoratis militibus
tam in iudicio ſublimitatis tuæ, quàm apud
excelſam magiſteriam per Orientem poteſta-
tem, in accuſationem deduxiſſe: & eoſdem eo-
dem tempore ad diuerſa quoque protraxiſſe iu-
dicia: diuerſáſque ſuper iiſdem perſonis, iiſdém-
que cauſis & negotiis prolatas fuiſſe ſententias:
ne poſtea nihilo minus tantæ contra milites no-
ſtros inſidiæ, tantáque confuſio querelis quas eis
ingeri contigerit, generentur: nemini liceat
apud ſedem magnitudinis tuæ accuſatione con
tra militem ſeu milites præſentales depoſita,
conuentionéque oblata, eundem vel eoſdem cri-
minaliter vel ciuiliter per iuſsionem virorum
ſpectabilium iudicum vel ducum inquietare
antequam negotiũ ex priori actione prioréque
conuentione finem legitimum ſortiatur. Idẽmq;
verſa vice obſeruari, vt ſi quidem miles ſeu mi-
lites præſentales prouiſione viri ſpectabilis du-
cis incuſati ac admoniti fuerint: incuſatori li-
centia denegetur agenti poſtulationem ſeu ac-
cuſationem in iudicio tuæ ſublimitatis contra
eundem militem vel eoſdem milites deponere:*

nec

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

nec si eundem vel eosdem tam criminaliter quàm ciuiliter obnoxios esse firmauerit, facultatem eidem agenti superesse: & separatis intentionibus suis, pro criminalibus quidem tuæ celsitudinis iudicium, pro ciuilibus autem viri spectabilis ducis sublimitatem, seu versa vice, occupare. Si quis verò ad huiusmodi tam audacissimum, támque æquitati contrarium conamen prosiluerit: eum pro pecuniariis quidem negotiis, iactura litis, & damnorum quæ vitio eius contigerunt, solutione percelli: pro criminalibus autẽ quasi calumniatorem conuictum, legum aculeos sentire. Dispositiones autem antelatas, non ad imminuendam potestatem magisteriæ per Orientem administrationis, sed pro tuitione locorũ, ac securitate publica noscimur præstitisse: cum non dubium sit, ipsos etiam duces, quibus fortissimi præsentales milites parêre præcepti sunt, sub eadem excelsa potestate esse constitutos.

DE CASTRENSI PECVLIO MILITVM, ET PRAEFECTIANORVM.*

*Hi erant apparitores præfecti prætorio, vt scripsit Cuiacius, Cõt.

TIT. XXXVII.

I. Imp. ALEXAND. A. Prisciano.

SI in potestate tua filius tuus fuit eo tempore quo quædam nomine eius emisti: ea tua esse non dubitatur. Peculio autem castrensi cedunt res mobiles quæ eunti in militiam, à patre vel à matre aliísve propinquis vel amicis donatæ sunt: item quæ in castris per occasionem militiæ quæruntur: in quibus sunt etiam hereditates eorum qui non aliàs noti esse potuerunt, nisi per militiæ occasionem, etiam si res immobiles in his erunt. Matris autẽ hereditas quamuis in militia delata sit, ad peculium castrense non pertinet. In castrensi verò peculio prædium donatum non esse constat: quãuis empta ex castrensi peculio prædia, eius cõditionis efficiãtur.

II. Idem A. Felici.

FIliusfamilias alienationem nullius rei sine voluntate patris habet, nisi castrense peculium habeat.

Licet quis militet, non propterea liberatur à patria potestate. Bart.

III. Idem A. Feliciano.

ERrat qui tibi persuasit, quòd nexu paternæ potestatis, iure sacramenti solutus es. Manent enim nihilo minus milites in potestate parentum: sed peculium castrense proprium habent: nec in eo vllum ius patris est.

Hereditas fratris quæsita militanti in castris, in castrensi peculio numeratur. Bart.

IIII. Imp. GORDIANVS A.*

CVm allegas te à fratre tuo eodémq; commilitone in eisdem castris institutum heredem: successionem eius potius in castrensi peculio tuo, quàm patri tuo cuius in potestate es,

per

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

per te quæsitam videri, rationis est. Etenim peregrinationis laborem " *sociatum commilitij eius, & obeundorum munerum consortium, affectioni fraternæ nonnihil addidisse, quinimo vice mutua chariores inuicem sibi eos reddidisse credendum est.*

" Aliàs laborsociatus cómilitij eius. & j. credendus.

V. Impp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS AA.

INtelligis, filio qui militauit, defuncto, peculium eius penes patrem remansisse: non hereditatem patri quæsitam.

Milites scriniarij & exceptores, & cæteri militantes habent castrense peculium. Bart.

VI. Impp. THEOD. & VALENTIN. AA. Zoilo P. P.

IVs castrensis peculij tam scriniarios, quàm exceptores, cæterósque qui in officio tui culminis merendi licentiam habere noscuntur: ac si in legione prima adiutrice nostræ reipublicæ militent, inuiolatum habere præcipimus.

DE EROGATIONE MILITARIS ANNONAE.

TIT. XXXVIII.

I. Imp. CONSTANTINVS A. & Iulianus Cæs. Helpidio.

REpetita consuetudo monstrauit expeditionis tempore buccellatum " *ac panem, vinum quoque atque acetum, sed & lardum, carnem etiam veruecinam milites nostros ita solere percipere: in*

" Id est frumentũ ad vsus diuturnitaté coctũ: gallica lingua vocamus Biscuit. Ammia. Marcelli. li. 18

in duobus diebus buccellatum, " *in tertio die panem: vno die vinum, alio die acetum: vno die lardum, biduo carnem veruecinam.*

" al. sic, In duos dies buccellatũ, in tres panem.

II. Imp. Iouinus A. Secundo P. P.

VIcesimo non amplius lapide milites sibi iubemus paleas conuectare.

Milites vt aliquid in cœna habeant, à prouincialibus nihil possunt accipere. Bart.

III. Impp. Valentini. & Valens AA. ad Victorem mag. militum.

COenaticorum nomine milites, & eorum superinstantes nihil penitus à prouincialibus accipere audeant. Sciant etenim milites quòd oportet eos commoda sua quæ in annonarum perceptione adipiscuntur, accipientes, extrinsecus detrimentis prouinciales non adficere.

Annonariæ species prouinciales tribuendæ sunt militibus existentibus in castris vicinioribus. Bart.

IIII. Iidem AA. ad Auxonium P. P.

SIcut fieri per omnes limites salubri prospectione præcipimus, species annonarias vicinioribus limitibus à prouincialibus ordinabis ad castra conferri. sed in veteranis castris constituti milites, duas alimoniarum partes ibidem de conditis sumant: nec amplius quàm tertiam partem ipsi vehere cogantur.

V. Imppp. Valentin. Valens & Gratia. AAA. ad Probum P. P.

Actuarij.

Actuarij, nisi expleto triginta dierum spatio, pittacia authentica confestim tradiderint: species quas ex fiscalibus conditis dissimulauerint excludere, vel numero cuius ratiocinia pertractant, supersederint erogare: de propriis facultatibus, vel militibus ipsis, vel fiscalibus horreis addicantur inferre.

Militibus præstanda est annona singulis diebus: & ante lapsum anni.

VI. Iidem AAA. ad Modestum P. P.

Fortissimi ac deuotissimi milites annonas & capita singulis diebus, aut certè competenti tempore, id est priusquam annus elabatur, de horreis consequātur: aut si perceptionem suam ac si debitam, studio voluerint protelare: id quod competenti tempore minimè perceperint, fisci nostri commodis vindicetur.*

* Ac sibi debitam.

Qui tempore fertilitatis annonam neglexerit recipere de publico, tempore caristiæ precium ipsius, aut annonam non petet. Bar.

VII. Imppp. VALENT. THEO. & ARCAD. AAA. Rufino P. P.

Nulli militarium pro his annonis quæ in prouinciis delegantur, repudiata ad tempus specierum copia, & inopiæ occasione captata, precia liceat postulare: ita vt si quis propter anni abundātiam suscipere oblata neglexerit, ac postea impositus pro necessitate rerum preciis, repudiata taxauerit: neque id quod contra hanc legem expetit, sinatur exigere: neq; id quod

quod accipere dissimulauerit, consequatur.

Fœnum militibus & vexilliferis opportunum ac etiam scholarum tribunis, & comitibus illustribus ad domum eorum habitationis apportatur. Bart.

VIII. Impp. ARCAD. & HONORIVS Augusti Hilario P. P.

Prouincialium commodis nos conuenit subuenire. Ad omnium itaque numerorum siue vexillationum aut etiam scholarum tribunos, vel viros illustres comites sublimitas tua faciat peruenire, vt meminerint fœnum militibus iustis capitibus præstandum, iuxta legem diui Valentiniani: nec tamen ad oppidū deferēdum.

IX. Iidem Augusti* P. P.

Excellentia tua erogationis per susceptores factæ modum quātitate breuium conferri perficiat, ita vt quo die numeris datum sit, diligentius exploretur: ac si quid amplius actuarios vel optiones accepisse constiterit, quàm breuium datorum scriniis nostris, veritas continet, memorati in duplum reddere compellantur: susceptoribus ea summa imputanda, quam semel flagitantibus eosdem erogasse monstrauerint. nam ad illustres quoque viros magistros vtriusque militiæ sacri apices cucurrerunt, quibus prouida sanctione decreuimus, vt breues ante indictionis principium summa fide ac veritate cōfecti, ad nostra scrinia dirigātur, secūdū quos à susceptoribus erogatio celebretur.*

* Sic in vete. sed iidē & opinatores dicūtur l. 7. 5. de exactoribus tri. Cōt.

Post calendas Nouembris militibus vinum nouum non vetus tribuitur. Bar.

X. Iidem Augusti Eutychiano P. P.

IVbemus per omnes prouincias cunctis numeris ac militibus à Nouembri mense de nouello vino annonam dari: quoniam veteris dispendiosa videtur erogatio.

XI. Iidem Augusti prouincialibus pro.consularis.

OPinatoribus, id est exactoribus militaris annonæ, nullum sit cum prouincialibus commercium: ita vt à ducibus vel officio prouinciali omnis summa debiti postuletur intra anni spatium conferenda.

Septem diebus fori militibus non venduntur res precio viliori. Bart.

XII. Iidem Augusti & Theodo. A. Anthemio P. P.

SEptem diebus per quos tribuni prætoriani emolumenti gratia solenniter stellaturæ[a] nomine species consequuntur: species resistentes non aliter adærentur, nisi vt in foro rerum venalium distrahuntur.

[a] stellaturā interpretatur hîc & in li. præter. 1. Alciat. esse priuilegium quoddā militum, quo viliori precio annonā consequuntur.
[b] erogationes.

XIII. Impp. HONOR. & THEODOSIVS Augusti Anthemio P. P.

LEge repetita cēsemus, vt si quis militum interclusam specierum exactionem refricare tentauerit, vel adærationes[b] statutas ausus fuerit immutare: tam vir spectabilis dux, centum librarum auri, quàm eius etiam officium pari condemnationis summa quatiatur, adiecta

cta sacrilegij pœna, quæ diualium scitorum violatores palàm insequitur.

Exactor militaris annonæ scholari ad numerum cogendum deputato, vnum solidum præstabit. Bart.

XIIII. Iidem Augusti Constantio magistro militum.

HIS scholaribus quibus laborum intuitu regēdos numeros dedimus, de ærariis annonis singulos solidos per opinatores, caballationis quoque rationem pro administrato tempore debitam, quando militibus erogatur, sine mora præberi oportet: vel si quis eorum antequam accipiat, in fata concesserit, quod ex vtraque causa ei debebatur, heredibus eius restitui.

XV. Iidem Augusti Asclepiodoto P. P.

ANnonas omnes quæ vniuersis officiis atque sacri palatij ministeriis, & sacris scriniis cæterísque cunctarum adminiculis dignitatum adsolent delegari, quásque hi qui ad earum exactionem mittuntur, pro cupiditate & libidine sua grauiter ex prouincialium visceribus eruebant: ad similitudinem militum quibus ærariæ præbentur annonæ, adærari præcipimus: vt omnibus suprà designatis emolumenta debita in preciis dispositio tui culminis pro publica vtilitate taxatis præcipiat erogari.

Erogator iurare debet se officium legaliter & secundum iustitiam peracturum. Bart.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

XVI. Imp. ANASTA. A. Longino magist. equitum ac peditum.

IVbemus per hanc diuinam dispositionem, eos
quibus ex officio tuæ sublimitatis milita-
rium meritorũ seu cuiuslibet præstationis com-
mittitur erogatio, in primis iurare pro iustitiæ
ratione iniunctam sibi solicitudinem peractu-
ros: & secundum præsentem saluberrimæ no-
stræ dispositionis obseruationem solatium (sicut
dictum est) publicum erogator manu sua sine
vllo dolo & fraude singulis militibus enume-
ret: quatenus vnusquisque miles accepto per
suam manum solatio, ipse cum actuario de ne-
gotiatione actuariis permissa secundum ratio-
nem agat iustitiæ: hoc videlicet obseruando, vt
pro singulis solidis actuario, siue statim, siue post
vnum duósve seu amplius annos restitutum
fuerit debitum, minus quidem vno tremisse,
pro temporis scilicet breuitate pacisci liceat:
amplius autem quàm vnum tremissem nullus
actuarius pro quoquo tempore seu annorum
spacio pacisci penitus permittatur, nec vlla pos-
sit actuarius machinatione pro temporis proli-
xitate vnius quantitatem tremissis excedere.
¶ Si qua tamen inter actuarium & militem 1
super pactione, vel negotiatione tempore eroga-
tionis emerserit dubitatio: iubemus eidem mi-
liti dandas pecunias, ab erogatore principis da-
ri, & secundum hactenus obseruatam consue-
tudinem

tudinem easdẽ pecunias vel ab erogatore prin-
cipis, vel ab actuario retineri: quatenus causa
apud deuotissima principia, propositis sacrosan
ctis scripturis inter actuarium & militem tra
ctetur: vt ex omni parte miles nullum damnum
sub quacunque occasione (præterquam id quod
eum ex iusta & permissa actuariis negotia-
tione debere constiterit) patiatur. Super his ve-
rò quos datis fortè commeatibus abesse conti-
gerit, hoc volumus obseruari, vt pecuniæ quæ
erogandæ sunt, vsque ad triginta milites, quos
tantummodo datis commeatibus dimitti sacra
constitutio continet, apud deuotissima principia
sequestrentur: illorum scilicet tantummodo mi-
litum, quorum intra triginta commeatales vi-
ros constitutorum actuarius tempore erogatio-
nis pyctacia, vtpote habita super pactione, pro-
tulerit, quatenus cum iidem redierint milites,
causa apud deuotissima principia secundum
præfatum modum tractata, vtriusque partis
2 indemnitati similiter consulatur. ¶ Non dan-
da pro tempore tribuno licentia triginta viris
amplius sub commeatus occasione dimittere.
Sin vero saluberrimam constitutionem offen-
dendo, amplius quàm triginta viros datis com-
meatibus tribunus dimittere ausus fuerit: pecu-
nias quidem quæ post præfatorum triginta vi-
rorum numerum per commeatus dimissis mili-
tibus erogandæ fuerant, publicæ rationi eroga-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

tor non dubitet reportandas. Sciat verò tribunus præter iam constitutas super huiusmodi facinore interminationes, sese de propriis facultatibus singulis militibus quibus vltra numerum triginta virorum sub nomine commeatuum eos dimittendo causa non consequendi publica solatia dederit: quicquid ob iniquam dimissionem amiserint, soluturum. Nec prius idem tribunus ab eodem decedat numero, nisi omnes huiusmodi milites, id est quos post permissam triginta virorum quantitatem, commeatus nomine dimiserit, indemnes in hac parte atque illæsos reddiderit. Hoc etiam adiiciendo, vt sub gestorum testificatione tam decem ex deuotissimis principiis primates eorũ videlicet, quàm vnusquisque caput scholæ iuratus deponat sub præsentia sua rem sicut superius dispositum est, fuisse subsecutam, & sub obtutibus suis vnumquemque militem solatium suum manu sua ab erogatoris dextera suscepisse: & huiusmodi gesta, relatione à viro clarissimo tribuno, vel deuotissimis principiis intra tres menses mittenda, ex quo profectus fuerit numerandos, ad nostram referat pietatem. Hoc videlicet ante omnia curãdo, vt pro tempore erogator, postquam datæ fuerint ex publico pecuniæ, intra duos vel tres menses, seu quatuor, pro qualitate scilicet spaciorum, commissam sibi solicitudinem erogationis non dubitet faciendam: vel si vlterius

apud

apud se pecunias publicas, differendo erogationem, ausus fuerit retinere, sciat se modis omnibus damnum quod ex negotiatione miles sustinuerit, ex propriis facultatibus militibus soluturum. Scientibus his qui præfatæ dispositionis obseruantiam siue in differẽda vltra sigillatim definitum temporis spacium erogatione, siue in qualibet alia parte fuerint egressi, non solum sese militiæ cinguli amissionem, verumetiam facultatum quoque suarum publicationem pro tanto subituros flagitio: & insuper erogationum quoque solicitudinem ab officio tuæ celsitudinis, si imperatoria fuerit violata dispositio, ad alios transferendam. Si verò idem officium simul atque huiusmodi fuerit à quolibet facinus perpetratum, ad notitiam nostræ mansuetudinis, vel certè ad scientiam illustrissimæ magisteriæ referre curauerit potestatis, vt eiusdem apparitionis [a] periculo tale flagitium principales minimè possit aures latere: quatenus ex omni parte eodem delicto reuelato, quicunque saluberrimas nostræ constitutionis vel pietatis ordinationes ausus fuerit violare, interminatas minimè possit pœnas euadere: ita vt singulis militibus qui non obseruato in eorum persona tenore dictæ dispositionis læsi fuerint, liceat sacratissimum nostrum per vnum fortè, vel etiam binos milites pro omnibus verba facturos petere commeatũ: & porrectis precibus, quod cõtra

[a] apparitoris.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

nostram dispositionẽ passi sunt, approbare: eóq; facto, statutis violator imperatoriæ dispositionis supplicio percellatur. Illud præterea omnibus modis obseruari decernimus, vt erogator omnes pecunias quæ mortuis militibus vsque ad diem mortis eorum debitæ fuerant, secundum iam datam diualem dispositionem vxoribus vel liberis eorum non dubitet ministrandas.

Milites deputati ad custodiam alicuius personæ vel loci, annonam de publico non percipiunt. Bart.

XVII. Imp. IVSTINIANVS Augustus* P P.

CVM *sæpe contingat propter quasdam maximas & inexcusabiles rationes, quibusdam ad custodiam vel ob aliam huiusmodi causam milites deputari, vel etiam iam deputatos esse, & non cõueniat hoc modo publicum aliquod damnum seu dispendium sustinere: iubemus, si qui fortissimi milites ex quocunq; numero, curiis, vel quibusdam corporibus, vel sacrosanctis ecclesiis, vel aliis personis pro custodia (vt dictum est) vel tali alia causa à nostro numine deputati sunt, vel fuerint, ne per eorum translationes, circa annonarum vel capitum* eis* *al. capituum. & q. capitu prębẽdo. *præbendorum erogationem publicis rationibus quædam læsio ingeratur: eandẽ rem de proprio personã seu etiã personas, cui vel quibus deputati sunt vel fuerint, hæc modis omnibus agnoscere, hoc tantũmodo de publico pro iisdem annonis & capitu præbendo & imputãdo, quod in locis*

in locis ex quibus præfati milites perueniunt, seu peruenerint, imputabatur: vel si ante latam præstationem supradictæ personæ recusauerint, eosdem milites non recedere de suis locis, vel eos qui recesserint, sine quadam mora ad ea redire: hoc omnifariam custodiẽdo, vt nemo deuotissimorum militum cuicunque personæ seu corpori sine speciali nostræ serenitatis iussione scriptis proferenda deputetur: officio tuæ celsitudinis, si hanc nostræ mansuetudinis formam, quotiens super militibus quibusdam deputandis aliquid statutum fuerit, gestis insinuare, & quid eos quibus dati sunt, prout nobis placuit, agnoscere oportet, itidem publicare minimè curauerit: tam dispẽdium quodcunque publicum hac ex causa sustinuerit, ei de proprio resarcire, quàm triginta librarum auri multam propter desidiam suam, immo magis conniuentiam, dependere cogendo: rectoribus nihilo minus prouinciarum, & apparitoribus eorum, si statuta nostra violauerint, seu violari concesserint, eiusdẽ condẽnationis solutione percellendis.

XVIII.

Ἡ διάταξις κελεύει πρότερον ἐπὶ χώρας παραχωρεῖσθαι τὰ εἰς στρατιώτας δαπανώμενα καὶ τηνικαῦτα τὰς λοιπὰς αἰτίας τοῦ δημοσίου προβῆναι. οὐδὲ γὰρ χρὴ μόνας τὰς ἐκπομπὰς κατεπείγεσθαι, ῥαθυμεῖσθαι δὲ τὰ στρατιωτικὰ δαπανήματα. τοὺς δὲ ἄρχοντας

Yy v

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

καὶ τὰς πόλεις καὶ πάντα τὸν ἕτερον δημοσιεύοντα εἴ τι παραβαθῇ τῶν θεσπισθέντων. καὶ τὰ χρήματα παρέχειν ὀφείλουσι τοῖς στρατιώταις καὶ πρόστιμον ἑκατὸν λιτρῶν χρυσίου θεσπίζομεν.

Eadem Latinè.

CONstitutio iubet vt in regionibus retineantur in primis ea quæ militibus eroganda sunt, atque ita deinde procedant reliquæ causæ fisci. Nec enim oportet solas transmissiones vrgere, & erogationes militares negligere. Et si hanc constitutionem præsides violarint aut municipia vel quilibet alius tractator publicorum, vt de suo militibus pecunias exoluāt, & hoc amplius mulctam C. librarum auri.

XIX.

Η Διάταξις κελεύει ἵνα ἐὰν στρατιῶται ὑφεστῶτες μὴ ὦσιν ἐν ταῖς οἰκείαις ἀγγαρείαις ἀλλὰ ἢ εἰς βοήθειαν ἠφορίσθησαν προσώποις τισὶν ἢ κατὰ ἄφεσιν ἀπελύθησαν μὴ λαμβάνειν τὰς ἀννόνας αὐτῶν τοὺς ὑπομνηματοφύλακας ἐν εἴδει διὰ τὸ μὴ φθείρεσθαι, ἀλλ᾽ ἐν χρυσῷ διατιμωμένου τοῦ εἴδους κατὰ τὴν τράπεζαν ὅρκου παρεχομένου παρά τε τοῦ τριβούνου καὶ τοῦ βικαρίων καὶ τοῦ δομεστίκων καὶ ὑπομνηματοφυλάκων καὶ ὀπτιώνων, οὐδὲν ἧττον καὶ μετὰ τὸν ὅρκον λογοθετουμένων καὶ εἴ τι ἂν εὑρεθείησαν ψευσάμενοι ἐν διπλῷ καταβαλλόντων.

των. εἰ δὲ καὶ στρατιώτης ἐξαργυρίσαι βουληθείη τὰς παρεχομένας αὐτῷ ἀννόνας λήψεται τὰ χρήματα κατὰ τὴν τράπεζαν. εἰ δὲ τὸ εἶδος λαμβάνει λήψεται τὸ ἐν τῇ χώρᾳ χορηγούμενον κατὰ δοκιμασίαν τοῦ θεοφιλεστάτου τῶν τόπων ἐπισκόπου καὶ τοῦ λαμπροτάτου ἐκδίκου τῆς πόλεως. εἰ δὲ καὶ ὁ ὑπομνηματοφύλαξ ἀγοράσῃ παρὰ στρατιώτου τὰς ἀννόνας αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς λαμβάνει αὐτὰς παρὰ τοῦ συντελεστοῦ ὡς ἐκχωρηθείσας αὐτῷ, πάλιν κατὰ τὴν τράπεζαν λαμβάνειν αὐτὸν εἰ μὴ παρὰ τὸ εἶδος βούλεται ὁ συντελεστὴς προσαγαγεῖν, εἰ δὲ καὶ οἱ συντελεσταὶ βουληθείησαν ἑκουσίως πωλῆσαι τινὰ τοῖς στρατιώταις οὐ κωλυόμενον τοῦτο γίνεσθαι εἰ καὶ μέλλουσιν ἐκ τούτου κερδαίνειν ἥττονα ποσότητα εἰδῶν παρέχοντες αὐτοῖς παρὰ τὴν δημοσίαν τράπεζαν. μὴ ἐξέστω δὲ τοῖς πολίταις ἐκ τούτου βλάπτειν τὸν συντελεστὴν ἵνα ἐὰν αὐτοὶ κακῶς συμφωνήσωσιν ἀναγκάζωσι τὸν συντελεστὴν καθὼς συνεφώνησε παρασχεῖν τὰ εἴδη. εὑροῦσα δὲ ἡ διάταξις ὅτι καί τινες τῶν χαρτουλαρίων τῶν γενναιοτάτων ἀριθμῶν ἤτοι φοιδεράτων συνωνοῦνται ἑαυτοῖς σῖτον ἵνα τὸ μὲν δημόσιον δίδωσιν αὐτοῖς κατὰ τὴν τράπεζαν τὰ τοῦ σίτου τιμήματα, αὐτοὶ δὲ ὡς προηγορακότες ἤδη κερδαίνουσι, κελεύει ἡ διάταξις μηδένα συντελεστὴν ἄκοντα ἀπαιτεῖσθαι παρέχειν αὐτοῖς συνωνήν. εἰ δὲ ἑκουσίως πωλῆσαι ζητήσῃ τις αὐτοῖς μὴ ὑπερβαίνειν αὐτοὺς

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

τοὺς τὰ τιμήματα τῆς τραπέζης εἰς τὴν ποσότητα τὴν μέλλουσαν λόγῳ ἀννόνων τοῖς στρατιώταις χορηγεῖσθαι. εἰ γὰρ ἔξωθεν ἑτέραν ποσότητα βουληθείη ἀγοράσαι, τότε ἀκωλύτως πραγματεύσασθαι ὡς ἢ πᾶς στρατιώτης. Ταῦτα δὲ πάντα δείκνυσι μέλλουσα γίνεσθαι ἀναψηλάφησις ἀναγκάζουσα πάντα ἄνθρωπον τὸν ὁτεδήποτε ψευσάμενον σφετερισάμενον διπλάσιον καταθεῖναι ἵνα τὸ μὲν ἁπλοῦν λάβῃ ὁ ἐκδικηθείς, τὸ δὲ ἕτερον ἁπλοῦν τὸ δημόσιον. πάντες δὲ οἱ στρατιῶται οἱ προσπαραμένοντες προσώποις τισὶν ἐν ἐξαργυρισμῷ λαμβανέτωσαν τὰς ἰδίας ἀννόνας κατὰ τὸν ἐξαργυρισμὸν τῆς τραπέζης. ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς κεφαλιτίονας, καὶ μὴ ζητείτωσαν τὰ εἴδη, εἰ μὴ ἑκὼν ὁ συντελεστὴς ταῦτα καταβάλοι, τοῦ παραβῆναι τί ποτε τῶν προειρημένων τολμῶντος μέγιστον κίνδυνον ὑφορωμένου εἴτε τριβοῦνος, εἴτε βικάριος ὤν, εἴτε δομέστικος, εἴτε ὑπομνηματοφύλαξ, εἴτε ὀπτίων, εἴτε πρῶτος ἀριθμοῦ, εἴτε ταξεώτης τοῦ στρατηλάτου ἐὰν συμβῇ τί ποτε παρὰ τὸ ἀληθὲς γνωρισθῆναι ἢ ἐπιχειρισθῆναι καὶ μὴ παραχρῆμα δηλωθῇ καὶ ἀνασταλῇ. ἡ γὰρ ἀναψηλάφησις πάντα τὰ παρὰ τὴν διάταξιν γινόμενα ἀπελέγξει.

Eadem Latinè.

Constitutio iubet si milites propriis angariis minimè dant operam personis quibusdã auxilij gratia deputati vel per commeatum dimissi,

vt

vt actuarius eorum stipendia in speciebus nõ accipiat, ne corrumpantur, sed in auro, facta specierum æstimatione secundum rationem mensæ, & iureiurando præstito à tribunis & vicariis & domesticis & actuariis & optionibus, à quibus etiamsi iusiurãdum dederint, ratio postea nihilominus, & si qua in re peierasse inuenti fuerint, duplũ exigetur. Sed & si milites adærari sibi velint annonas, eandẽ in pretio rationem mensæ seruari: si species dari, vt eas accipiant quas regio parit, arbitrio religiosissimi Episcopi & clarissimi defensoris ciuitatis. Rursus si actuarius à milite emerit annonas eius, & eas accipiat à collatore quasi sibi concessas, rationem mensæ seruari, nisi malit collator species ipsas inferre. At si velint sua sponte collatores vẽdere quędam militibus, id non prohibemus, etiamsi ex eo lucrum facturi sint minorem specierum quantitatem præbentes quàm exigat ratio mensæ publicæ. Ne tamen eapropter liceat ciuibus lædere collatorem, puta si curia siue ciuitas cum milite perperam conuentionem inierit præbendarum specierum, ne cogatur collator secundũ eam con-

uention

uentionem species inferre. Quia verò plerique ex chartulariis fortissimorum numerorum vel fœderatorum coemũt sibi frumentum pretia à fisco accipientes iuxta nundinationem quæ mensa continetur, sibi autem quasi iam antè comparatas species retinentes, ideo iubet Constitutio ne quis collator inuitus eorum coëmptioni parêre cogatur. Sed si quis sua sponte eis vendere velit, ne excedant illi pretia mensæ in quantitate ea, quæ annonarum nomine militibus præbenda est. Nam etiam extrinsecus quantitatem specierum eo pretio emere prohibētur sicut milites. Quæ omnia demonstrabit futura retractatio, qua quantum apparuerit sibi quemque vindicasse, in tantum damnabitur in duplum: ita vt simplum fiscus habeat, simplum actor. Omnibus quoque militibus personis quibusdam deputatis secundum rationem mensæ adærentur annonæ & capita, nec petantur species nisi à volente: eo qui quid antè dictorum temerare ausus fuerit, maximum periculum subituro, siue tribunus sit siue vicarius aut domesticus aut actuarius aut optio aut numeri princeps aut officialis magistri militum,

tum, si quid horum contigerit non bona fide tractari, & id confestim minimè denuntiauerit. Retractatio enim quicquid aduersus constitutionem acciderit, coarguet & indicabit.

DE EXCOCTIONE ET TRANSLATIONE MILITARIVM ANNONARVM.

TITVLVS XXXIX.

I. Impp. ARCAD. & HONOR. Augusti Stiliconi Com. & mag. vtriusque militiæ.

Opinatores quibus species in diuersis prouinciis delegãtur, contra omnẽ consuetudinem à nullis consistentibus familiis excoctionẽ panis efflagitent. Illustris igitur auctoritas tua nouam vsurpationem congrua auctoritate repellat: vt cum opinatores in prouincias delegãtur, vetus cõsuetudo seruetur.

Ab excoctione panis nulla domus etiam principis excusatur. Bart.

II. Iidem Augusti Adriano PP.

In excoctione buccellati quod deuotissimis militibus conuenit præparari, in translatione etiam annonæ, nullius excipiatur persona: videlicet vt nec nostra quidem domus ab his habeatur immunis. Et si quisquam (quod non opinamur) implere quæ sunt præcepta neglexerit,

serit, in procuratorem eius seuerißimè vindicetur: ita vt si huiusmodi contumaciæ dominum conscium esse constiterit, quadruplum id quod pro eius capitatione poscitur, posthabita dilatione soluetur.

DE MILITARI VESTE.

TITVLVS XL.

Canonem vestium à kalendis Septembris vsque ad kalendas Aprilis respublica soluet. Bart.

I. Impp. VALENT. & VALENS Augusti Auxonio P.P.

Omnem canonẽ vestium ex Kalendis Septembris ad Kalendas Aprilis nostris largitionibus tradi præcipimus: proposita pœna rectori prouinciæ vel eius officio condẽnationis quæ tuæ iustitiæ videbitur.

II. Imppp. VALENS, GRAT. & VALENTINIANVS Augusti Modesto P.P.

Prouinciæ Thraciarum per xx. [a] iuga seu capita conferant vestem. Scythia & Mysia in xxx. iugis seu capitibus interim annua solutione dependant: per Aegyptum & Orientis partes in [b] trecenis ternis iugis: per Asianam verò & Ponticam diœcesim ad eundem numerum in capitibus seu iugis annuæ vestis collatio dependatur: ita vt per Orientem prouinciæ

[a] al. tricena. aliàs quinquagena: vt notat Azo hîc. Cont.
[b] in xxx. terrenis iugis.

uinciæ in titulo auri comparatitij quod per iugationem redditur, compensationis gratia perfruantur: exceptis Osroëna, & Isauria. nam eas demum constat aurum comparatitium minimè debere.

Ad vestem militis non præstabuntur bini tremisses, sed vnus solidus. Bart.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. Augusti Marciano Com. S. L.

Fortißimis militibus nostris per Illyricum non binos tremisses pro singulis chlamydibus, sed singulos solidos dari præcipimus.

IIII. Impp. HONOR. & THEOD. Augusti Asclepiodoto P.P.

Militaris adæratio vestis à collatoribus exigatur, sacratißimis videlicet largitionibus inferenda: ita vt quinque eius partes fortißimis militibus erogentur in precio: sexta verò portio à gynæciariis clementiæ nostræ absq; vlla vel ipsorum vel publica incommoditate, pro eadẽ contextione suscepta, minoribus [a] gregariisq; militibus in ipsa quam maximè eos desiderare constiterit, specie præbeatur.

[a] al. iunioribus.

DE METATIS ET EPIDEMETICIS.

TIT. XLI.

I. Imppp. VALENTINIANVS, THEODOSIVS & ARCAD. Augusti Theodoto mag. offic.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

SI quis metatorum nostrorum manum qua deputatas singulis quibusque domus denotant, & postibus hospitaturi nomen adscribunt, delere non dubitauerit: ad instar falsi reus, constituti huius auctoritate teneatur.

II. Impp. ARCAD. & HONOR. Augusti Osio magist. offic.

IN qualibet vel nos ipsi vrbe fuerimus, vel in qua hi qui nobis militant, commorentur: omnium tam metatorũ, quàm etiam hospitum iniquitate summota, duas dominus propriæ domus, tertia hospiti deputata, eatenus intrepidus ac securus possideat portiones, vt in tres domo diuisa partes, primam eligẽdi dominus habeat facultatẽ: secundam hospes quam voluerit exequatur: tertia domino relinquenda. Plenum enim æquitate atque iustitia est, vt qui aut successione fruitur, aut emptione vel extructione gaudet, electam præcipuè iudicio suam partem teneat & relictam. Ergasteria verò quæ mercimoniis deputantur, ad prædictam diuisionis iniuriam non vocentur, sed quieta sint & libera: & ab omni hospitum iniuria defensata, solis dominis conductoribúsque deseruiant. Sanè si stabulum (vt adsolet) militari viro in tertia domus parte defuerit: ex ergasteriis (nisi id dominus qualibet occasione prouiderit) pro animalium

malium numero, vel domus qualitate deputabitur. Illustribus sanè viris non tertiam partem domus, sed dimidiã hospitalitatis gratia deputari decernimus: ea dumtaxat conditione obseruata, vt alter ex his (si libet, atq; maluerit) diuisione arbitraria æquitate faciat, & alter eligendi habeat optionem, & firmissimum perpetuò quod iussimus perseueret: ita vt triginta librarum auri, qui illustrissima sunt præditi dignitate, fisco nostro se pœnam illaturos esse cognoscant: cæteri verò militia sciant se esse priuandos, si generale præceptum amplius vsurpando quàm iussimus, reprehensibili temeritate violauerint.

Præsentibus iudicibus qui de causa cognoscendi potestatem habent, non debent eorum prætores adiri. Bart.

III. Iidem Augusti Vincentio P.P.

CVnctos iudices scire volumus, à prætoriis ordinariorum iudicum his præsentibus abstinendum.

Domus fabricensium ad hospites recipiendos non grauantur. Bart.

IIII. Iidem AA. Æmiliano mag. offic.

FAbricensium domibus vbicunque constitutis omnem molestiam hospitum præcipimus amoueri: quòd & Anthiocensibus, & cæterarũ ciuitatum fabricis similis domorũ excusatio præbeatur, absente scilicet sacro comitatu.

V. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Ioanni P.P.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

DEuotum possessorem ab omni inquietudine liberamus. Primo igitur omnium ad nullum prædium publicum vel priuatū domus nostræ, vel cuiuscunque iuris vllus metator accedat, si à quoquam fuerit destinatus. Licentiam enim domino, actori, ipsiq; plebi serenitas nostra commisit, vt eum qui præparandi gratia ad possessionem venerit, expellendi habeat facultatem, nec crimen aliquod pertimescat: cum sibi arbitrium vltionis suæ sciat esse concessum: rectéque sacrilegum prior arceat, qui primus inuenit. Administrantem verò, eiúsque officij proceres, quorum præceptio inhibitam personam ad agrum aliquem destinauerit, in tempus proscribi debere censuimus. Solam sanè hospitalitatē sub hac obseruatione concedimus, vt nihil ab hospite quod vel hominum vel animalium pascuis necessarium creditur, postuletur: omniúmque sit acceleratum iter atque continuum, nec vlli liceat residere: ne diuturnitas commanentium vlla ex parte prædium vexet. Decē etiam librarum auri multa ferietur quisquis administrator, rogator, apparitórve vllus, militans scilicet, vel iter agens, vllo in loco aliquid ab hospite postulauerit. Intantum enim inhiberi sceleratum morem iubemus, vt ipsis quoque præbentibus impunitum esse non patiamur, si quid sponte contra præceptum nostrum probati fuerint obtulisse.

VI.

VI. Iidem AA. Adriano procur. Africæ.

HOc prospectum est, vt infausta hospitalitatis præbitio tolleretur, nec balneum quisquam à domino ædium postulet.

VII. Iidem AA. Eustathio P.P.

DEuotissimos milites ex procinctu redeūtes, vel proficiscētes ad bella, muri sacratissimæ vrbis singulæ turres in pedeplanis suis suscipiant.

Medici sacri palatij, & vrbis Romæ magistri liberalium artiū, & pictores ingenui, quoad viuunt, sunt immunes ab onere hospitādi.

VIII. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Helioni magist. offic.

ARchiatros nostri palatij, necnon vrbis Romæ, & magistros literarum, pro necessariis artibus, vel liberalibus disciplinis, necnon picturæ professores (si modo ingenui sunt) hospitali molestia quoad viuent liberari præcipimus.

IX. Iidem AA. Nomo mag offic.

OMnes qui metata in suis domibus præstant, siue hospitia præbuerint metatoribus, siue quolibet pacto satis eis fecerint, nullam vel pensionis vel discußionis domus gratia molestiam sustinere cogantur. Deinde neminem volumus cuiuslibet loci vel ordinis in hac florentißima vrbe domum propriam excusantem, metatum sibi in alienis ædibus priuilegio militiæ vindicare. quod & in prouinciis obser-

uari oportet. cæteris verò quibus illustris dignitas sub cingulo vel citra cingulum pro suo solo honore delata est, excusandarum ædium licentiam penitus denegamus. Hoc iuris etiam in his præcipimus obseruari, quos ipsa quidem administrationis conditio spectabiles nouit: honor tamen additus à nostra liberalitate reddit illustres: Sciturus omnibus quòd si quis cum cingulo perfruatur, & excusationem ita propriæ domus impetrauerit, vt à pensione etiam portionis tertiæ sit immunis, & militiæ causa metatum in alienis domibus sibi crediderit vindicandum: si quidem honore præditus excusationis ius habeat, carebit legum priuilegiis, quas fraudare conatus est. Si verò inter eos quibus nulla suffragatur dignitas, numeretur, centum librarum auri sacratissimis largitionibus pendendarum illatione multabitur.

X. Impp. VALENTINIANVS & MARTIANVS Augusti. *

HAc lege sancimus, vt si quis consulatum ac patriciam meruerit dignitatem, tres domos proprias dum superest, habeat hospitum immunitate securas: heredes verò eius filij, aut pater, aut mater, nepotes, aut frater, aut soror, aut vxor, duarum domorum suarum excusatione potiantur. Si quis verò consulatu tantummodo gloriatur, duas semis domos suas immunes habeat: post fata verò eius memorati heredes

redes vnam semis domum suam habeant nullis hospitiis prægrauatã. Pari priuilegio perfruatur cum memoratis heredibus, qui solius patriciæ dignitatis sine consulatu decoratur insignibus. præfectorij verò, necnon & magistri militum duas domos suas habeant, quoad vixerint, hospitibus liberatas. Heredes verò eorum memorati vnam defendant domum suam simili excusatione munitam. Magistri verò officiorum, vel quæstores vnam semis domum suam, quoad vixerint, habeant hospitum onere liberatam. Heredes verò eorum prædicti vnam ab hospitibus iure defendant. Comites autem domesticorum, & protectorum, & sacrarum largitionum, & rerum priuatarum, & vir spectabilis primicerius notariorum, singulas domos suas ab hospitum grauamine, dum viuunt, gaudeant esse securas. Memorati verò heredes eorum mediam partem vnius domus suæ sciãt excusatione muniri: residuæ verò partis dimidiæ tertiam portionem hospitibus deputandam esse cognoscant. Si qui illustres honorarias dignitates quascunque sine actu cælitus impetrauerũt, æquo animo suas domos hospitibus post hanc legem pandant pro tertia quæ legibus præfinita est portione: exceptis videlicet ergasteriis quæ in plateis vel angiportis esse noscuntur. quod in omnibus domibus quæ hospitales sunt, obseruari iubemus: ita vt nemo vel ex sacro rescripto,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

vel ex diuina annotatione, seu pragmatica sanctione contra hanc legem vti possit excusationis auxilio. his omnibus quæ per hanc legẽ constituimus, in hac æterna vrbe obseruandis.

XI. Imp. ZENO A.

D*Ecem post primicerium tribunos in domibus quas in hac regia vrbe posident, metatorum iussimus vacationem mereri.*

XII.

Μηδεὶς ἄρχων ἐν τῷ περινοστεῖν ζητείτω προφάσει ἐπιδημητικῶν ἢ προφάσει ἀφοπλισμοῦ χρύσιον. εἰ δὲ τοῦτο ποιήσει, καὶ ἐκβάλλεται τῆς ἀρχῆς καὶ δημεύεται καὶ ἐξορίᾳ διηνεκεῖ ὑποβάλλεται.

Eadem Latinè

NE quid præses dum per prouinciam oberrat, hac specie exigat à prouincialibus, ne illos hospitio grauet, vel vt eis habere arma concedat. Qui secus fecerit, vt dignitate boníſq; ademptis exilio perpetuo damnetur.

DE SALGAMO HOSPITIBVS NON PRAESTANDO.[a]

[a] prębẽdo

TIT. XLII.

I. Imp. CONSTANTINVS A.

N*E quis comitum, vel tribunorum, aut præpositorum, aut militum nomine, salgami gratia culcitras, lignum, oleum à suis extorqueat hospitibus, sed nec volentibus hospitibus in prædictis speciebus aliquid auferat: sed sint prouinciales nostri ab hac præbitione securi: comitibus, tribunis, vel certè præpositis, militibúsque graui vexationi subiacentibus.*

DE COMMEATV.

TIT. XLIII.

Tempore expeditionis nullus militibus commeatum dare potest: contra faciens, capite punitur. Bart.

I. Impp. CONSTANTINVS & CONSTANS AA. LEONTIO P.P.

N*E cui liceat præpositorum vel tribunorum cohortium, vel vicariorum & familiarium eorum tẽpore expeditionis quocunque genere cuiquam de militibus à castris atque signis, vel his etiam locis in quibus pertendant, discedendi commeatum dare. Si quis verò contra hanc legem facere ausus fuerit, & militẽ contra interdictum commeatum dimiserit eo tempore in quo Barbarorum incursio extiterit, & tunc cum præsentes in castris atque apud signa milites esse debeant, quisquam abfuerit: capite vindicetur.*

II. Imppp. GRAT. & VALENT. & THEOD. AAA. Syagrio mag. offic.

Q*Vicunque de scriniis, aut agentibus in rebus, vel etiam ex officiis palatinis, his*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

videlicet qui sacrarum & priuatarum remunerationum comitibus obsecundant, sex mensium spacium supra diem commeatus, aut iussionem euectionis abfuerit: is in inferiorem locum, quinque antelatis posterioribus, deuoluatur. Is verò qui anni vacationẽ arbitratu proprio, iudiciarij præcepti oblitus assumpserit, à decem post se militantibus transeatur: ac deinde cum iam aliquis desidia quadriennio officium proprium adire neglexerit, quadraginta de sequentibus postferatur. Qui verò nec post quadriennij quidem tempus: * militantium non immerito matriculis auferatur.

*aliàs nec post quadri. quidẽ tẽpus militauerit, non, &c.

Qui sine commeatu biennio, aut triennio, vel quadriennio vacauerit, modo hîc inscripto punitur. Bart.

III. Impp. HONO. & THEO. AA. Haisoni com. & mag. militum.

SI quis sine commeatu aliquo annum in penatibus propriis, vel in quibuslibet locis desidiosa quiete transegerit, decem sequentibus postponatur. in quo verò biẽnalis culpa deprehenditur, viginti sibi antepositos cõgemiscat: tertius autem annus triginta prælatos iure deflebit: ita vt quartus exempto matriculæ nullam veniam derelinquat.

DE TYRONIBVS.

TIT. XLIIII.

I. Imp. VALENT. & THEOD. AA. Modesto P. P.

Nullus

NVllus tyro vagus, aut veteranus, aut censibus obnoxius, ad militiam accedat.

II. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA.

QVisquis * alieni iuris mancipium in tyrocinio militiæ scribi curauerit: conuictus ac proditus auri libram ærario nostro cogatur inferre, mancipio scilicet domino (si factum ignorauerit) reddendo.

*Similis est constitutio li. 5. Co. The. tit. 9. l. 2.

III. Imp. HONORIVS A.

TYrones in scholis loco semper posteriore ponantur. nec enim patimur quenquam celsiorem gradum obtinere, nisi cui & laborum adsiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragantur.

DE LITTORVM ET ITINERVM CVSTODIA.

TITVLVS XLV.

I. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Eustathio P. P.

SAluberrima sanctione censemus, ne merces illicitæ ad nationes barbaras deferãtur: et quæcunque naues ex quolibet portu seu littore dimittuntur, nullam concussionem vel damna sustineant: ita tamen vt earum naucleri deponant in quam prouinciam ituri sunt: vt hoc manifestato, nulla cõtra

eos

eos postea indignatio seu concußio quoquo modo procedat.

DE DESERTORIBVS, ET OCCVLTATORIBVS EORVM.

TIT. XLVI.

Recipiens scienter desertorem in agro vel in domo, si est actor vel procurator, capite punitur. Bart.

I. Imppp. GRAT. VALENTIN. & THEOD. AAA. Syagrio P. P.

SI quis forte desertorem agro tectóve susceperit, atque apud se diu passus fuerit delitescere: actor quidem vel procurator loci qui hoc sciens prudénsque commiserit, capitali supplicio subiugetur: dominus verò si huius rei conscius fuerit, prædij in quo latuerit desertor, amißione puniatur. Si quis autem desertorem prodiderit, mediocris loci ingenuus immunitate potiatur. Neque solùm de his loquimur qui proximè signis felicibus applicati, militiæ rudimenta timuerunt: verumetiam qui stipendiis militaribus degenerem latebram præbuisse monstrantur. Desertor autem habebitur, quisquis belli tempore aberit à signis. Horum qui sponte processerit: peccati anterioris supplicium non timebit. Sin verò flagitiosa ignauia delitescat: per eum in cuius domo

mo fuerit inuigilantibus extrinsecus quoque officiis publicis, vbicunque correptus, seueritati iudicis offeratur, degeneris mortis gladiū subiturus. Sinautem rector prouinciæ propositam seueritatem vel gratia vel dißimulatione distulerit, patrimonij atque existimationis damno subiiciatur: & in officij primores capitaliter vindicetur.

Desertor inuentus resistens, vt rebellis opprimitur. Bart.

II. Imppp. ARCAD. THEOD. & HONOR. AAA. Adriano P. P.

SI desertores inuenti, resistendum, atque armis oppugnandum putauerint: tanquam rebelles in ipsis temeritatis suæ conatibus opprimantur: ita tamen vt prouinciarum iudices solicita catione disquirant, ne sub falsarum tractoriarum nomine, desertionis suæ crimen defendere moliantur: nec suppositis & commentitiis epistolis euadendi habeant facultatem.

III. Iidem AA. Longino P. P.

QVi relictis militaribus castris, se ad deprædationem vel latrocinium contulerint, seueritatem iudicis non euadant.

DE VETERANIS.

TIT. XLVII.

Veterani gaudent priuilegiis hic insertis. Bart.

I. Imp. CONSTANTINVS A.

Cum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

°In nõnullis cod. sic incip. hæc l. Imp. Cõstatin. cũ introisset principia & salutatus esset à præfectis & tribunis, & à viris eminétissimis acclamatum esset, Auguste, &c. rectè Contius.

CVm ° introissent principia, & salutatus esset à præfectis, & tribunis, & viris eminentissimis, acclamatum est: Auguste Constantine, Deus te nobis seruet, vestra salus nostra salus, verè dicimus, iurati dicimus. Adunati veterani exclamauerunt: Constantine Auguste, quo nos veteranos factos, si nullam indulgentiam habemus? Constantinus Augustus dixit: Magis magísque conueteranis meis beatitudinem augere debeo quàm minuere. Victorinus veteranus dixit: Muneribus & oneribus vniuersis locis conueniri non sinamur. Constantinus Augustus dixit: Apertius indica quæ sunt maxima munera quæ vos contumaciter grauant. Vniuersi veterani dixerũt: Ipse perspicis. Constantinus Augustus dixit: Iam nunc magnificentia mea omnibus veteranis id esse concessum perspicuum sit, ne quis eorum in vllo munere ciuili, nec in operibus publicis conueniatur, nec vlla collatione, nec à magistratibus, nec vectigalibus, in quibuscunque nundinis interfuerint, vllam ob venditionem proponendam dare debebunt. Publicani quoque (vt adsolet agentibus supplere) ab eisdem veteranis amoueantur: quiete post labores suos perenniter perfruantur. Fisco quoque nostro eadem epistola interdicimus, vt nullum omnino ex his inquietet: sed liceat eis emere & vendere,

vendere, optimis negotiis pecuniam tractare, & mercimonia agitare: nec solùm integra beneficia eorũ sub seculi nostri otio & pace perfruãtur, sed etiã nullo munere ciuili, id est corporali seu personali vel deportatorio onere eos affici cõcedimus. D. K. Mar. Ciuitate Belouocorum, Constantin. A. VI. & Constantio Cæs. Coss.

Veteranus factus protector nullis iniuriis est pulsandus. Bart.

II. Idem A. Maximo.

PRouidẽdum est ne veterani qui protectoria dignitate cumulati, aut honores varios pro meritis suis cõsecuti sunt, incongruis pulsentur iniuriis. quòd si quis in hoc crimine fuerit deprehensus: rectores prouinciarum pro iurisdictione sua examinantes factum, pro sui qualitate eos coërceant.

Veteranus qui se latrocinio dedit, priuilegiis nudatus, competentibus pœnis à rectore prouinciæ punitur. Bart.

III. Idem A. Euagrio P. V.

VEterani qui ex negligentia vitæ nec rus colunt, nec aliquid honestum peragunt, sed latrociniis sese dederunt: omnibus veteranorum priuilegiis exuti, pœnis competentibus à prouinciarum rectoribus subiiciantur.

Veteranus effectus inuitus vel volens non militat. Bart.

IIII. Impp. HONORIVS & THEODOSIVS Augusti.

Nullus

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

NVllus eorum qui sacramentis inhærere desierit, vel volens permittatur, vel inuitus militare cogatur, seu stare iudicum sententiis: quæ non his obseruatis latæ fuerint, nullam firmitatem habentibus: nisi fortè reperiatur ibi tempore militiæ cœpta cognitio. tunc enim velut necdum cingulo deposito, sub militari iudice rem tractari finirique præcipimus: nisi principali beneficio specialiter indulto quidam ex his sese defendant.

DE FILIIS OFFICIALIVM MILITARIVM QVI IN bello moriuntur.

TITVLVS XLVIII.

I. Imp. CONSTANTINVS Augustus Euagrio.

HI qui ex officialibus quorumcumque officiorum geniti sunt, siue eorumdem parentes adhuc sacramento tenentur, siue iam dimißi sunt, in parentum militiam vocentur.

II. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. Augusti.

FIlios primipilariorum paternam sequi conditionem opertet.

III.

ἘΆΝ τις ἐν πολέμῳ τελευτήσῃ ὁπωσδήποτε στρατευόμενος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐὰν εἷς ἐστιν

ἢ πολλῶν

ἢ πολλῶν παίδων ὁ μείζων παραχρῆμα εἰς τὸν τόπον τοῦ πατρὸς ὑπεισερχέσθω καὶ τὰς ἀννόνας τὰς αὐτὰς λαμβανέτω εἰ μέχρι βιάρχου ἦν ὁ πατὴρ, εἰ δὲ ἀνώτερος ἦν τοῦ βιάρχου, βίαρχον μόνον γίνεσθαι τὸν παῖδα. πρόδηλον γὰρ ὅτι ὁ μείζων ταύτην ἔχων τὴν παραμυθίαν φροντίζει καὶ τῶν ἰδίων ἀδελφῶν.

Eadem Latinè.

SI quis quocunque modo militans in bello moriatur, filius eius si vnus sit, vel ex multis maior natu, statim in locum eius succedat, & easdem annonas accipiat si pater vsq; ad Biarchi dũtaxat gradum peruenerit. Quòd si altiorem obtinuerit (veluti ducenarij aut centenarij) filius eius fiet tantummodo Biarchus. Manifestum autem est, maiorem natu, in quem eiusmodi solatium confertur, fratrum suorum curam habiturum.

DE OBLATIONE VOTORVM.* TIT. XLIX.

*al. de obseruatione votorũ. aliàs de obligatione.

I. Impp. ARCADIVS & HONORIVS Augusti Basilio P. V.

QVANDO *votis communibus felix annus aperitur, in vna libra auri, & solidis obryziatis principibus offerẽdi deuotionem animo li-*

bent, suscipimus: statuentes, vt deinceps sequentibus annis vniuscuiusque sedulitas principibus suis talia inferat semper & deferat.

DE NVMERARIIS, ACTVARIIS, ET CHARTVLARIIS, ET adiutoribus, scriniariis, & exceptoribus sedis excelsæ,* cæterorúmque iudicum tam militarium, quàm ciuilium.

*Excelsæ, id est prætorianæ.

TITVLVS L.

Numerarij seruientes rectoribus in diuersis obsequiis, tormentis & lacerationibus puniuntur. Bart.

I. Imp. CONSTANTINVS Augustus ad Veronicianum Vic. Asiæ.

VORAX & fraudulentum numerariorum propositum, qui diuersis obsequiis rectoribus obsequũtur, ita inhibendum est, vt antea sanciuimus, & nunc itidem sancimus condicioni eos subdi tormentorum, & eculeis atq; lacerationibus subiacere.

Numerarij consularium qui hodie tabularij appellantur, tormentis subiiciuntur, nisi iudicibus vel aliis ad prouinciam per principem destinatis nomen debitorum sub actorum testificatione monstrauerint, vt eis indicantibus omnes fisci debitores ad solutionem compellantur: tempúsque tabulariorum triennio concluditur. Bart.

II. Impp. VALENTINIANVS & VALENS Augusti Clearcho.

Qui

QVI numerarij appellari consueuerant consularium atque præsidum, dumtaxat tabularij post hãc nostram sanctionem vocabuntur: scientes se tormentis esse subiectos, nisi iudicibus, vel his qui prouecti nostro iudicio ad prouincias venerint, vel exactoribus debitorum aut reliquorum nomen & modum frequenter ingesserint sub actorum testificatione: quos scire oportet, cum his qui debitores sunt, sese ad solutionem esse retinendos, nisi omnia debita ipsis fuerint indicantibus persoluta. triennij tamen spacio tabulariorum decet tempus omne concludi.

Tabularius præfecti prætorio cingulum & ordinem militiæ retinet. Bart.

III. Iidem Augusti Rufino P. P.

NVmerarios amplissimæ tuæ sedis cingulum habere, & militiæ ordinem tenere iubemus.

In omni prouincia duo numerarij & tabularij collocantur. Bart.

IIII. Imppp. GRATIA. VALENTIN. & THEODO. Augusti omnibus rectoribus prouinciarum.

IN prouinciis singulis duo numerarij, qui & tabularij, collocentur: quò ad vnum fiscalis arcæ ratiocinium, ad alterũ largitionales pertinere tituli iubeantur: hoc scituri, quòd si ex alterius quicquam actibus ad alteram partem illicita fuerit vsurpatione translatum, is qui cui

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

pam iudicis dißimulatione texerit, grauißimo sit supplicio subiugandus.

Licet scriptor alicui iudici obsequens efficiatur decurio, non desinit esse scriptor. Bart.

V. Iidem Augusti Principio P. P.

EXceptores omnes iudicibus prouincialibus obsequentes, qui nec cohortalem militiam sustinere videntur, neque à fisco vllas consequuntur annonas, absque metu dare cœptis operam, etiam si decuriones sint, minime prohibemus: dummodo munera propriæ ciuitatis agnoscant, & peracto secundũ morem exceptionis officio, ad propriam sibi curiam redeundum esse non nesciant.

Numerarij à communione actuariorum abstinere debent. Bart.

VI. Impp. ARCAD. & HONORIVS Augusti Seuero P. V.

NE diutius ad cunctorũ perniciẽ actuarij numerariorum consortiis adiuuẽtur, illustris auctoritas tua cunctos ex numerariis actuariorum societate præcipiat abstinere, atque ab eorum communione discedere. quòd si hoc moniti custodire neglexerint, hisdem pœnis se quibus actuarios, non ambigant subiacere.

Actuarij secundum consuetudinem antiquam sunt ordinandi. Bart.

VII. Impp. THEODO. & VALENTIN. Augusti Hierio P. V.

ACtuarios tam claßium vrbis Constantinopolitanæ, quàm Thymelæ, equorúmq; curul-

curulium ciuitatum diuersarum, non aliter nisi vt cõsueuerat manus sanxerit principalis, sublimitas tua præcipiat ordinari. quòd si quis talis sub tua fuerit iudicatione conuictus: profecto irritis his quæ vetita contrectauerit, etiam congruam indignationem incurrat.

Scriniarij vel numerarij non possunt à præfecto pecuniam sumere mutuo. Bart.

VIII. Iidem Augusti Protogeni P. P.

SCriniarios vel numerarios officij magnitudinis tuæ iubemus nullatenus in posterum aut mutuam pecuniam sumere, aut polliceri cuiquam pro publicis expẽsis cogi, quos nullam post depositam militiam inquietudinem sustinere volumus.

Nullus in numero militum numeratus actuarius fieri potest, nec actuarius officio deposito ad aliquam militiam adspirare. Bart.

IX. Impp. LEO Iun. & ZENO Augusti.

NEmini licere deinceps iubemus in quacunque militia connumerato, solicitudinem actuarij subire: vel post depositam eandem curam ad militiam adspirare: quatenus inter priuatos agens, omníque militari priuilegio denudatus, nihil numinationis vel fraudis circa commendanda ratiocinia quibus obnoxius est, attentare valeat.

Scriniarij adiutores non debent sociari numerariis, & chartulariis, nisi secundum modum hîc declaratum. Bart.

X. Imp. ZENO Augustus * P. P.

NVlli scriniario liceat pro tempore numerarios plus quàm quaternis vicibus, nec his tamen continuandis, adiuuare. idémque hoc super chartulariis in præbenda pro tempore numerariis opera obseruari decernimus, ita vt adiutorum quidem biennij, chartulariorum vero vnius anni interuallo continuatio interrumpatur: nulla adiutoribus ad chartulariorum solicitudinem quam semel dedignati sunt, descendendi danda licentia: ita vt Orientalis quidem tractus pro tempore numerariis non nisi ab his scriniariis qui inter triginta viros à numerario retro numerandos, Asianæ vero diœceseos numerariis non nisi ab his qui intra quinquaginta à numerario similiter retro numerandos inueniuntur, Ponticæ vero & Thracicæ diœceseos passim, & pro suo libito ex omni multitudine eligẽdorum adiutorum tribuatur facultas. Omnia sanè cõmonitoria, vel præceptiones, aut euectiones, seu quælibet publica instrumenta non solum adiutoribus, verumetiam prouinciæ illius de qua disponitur, tractatori inspiciendi, itidémque subscribẽdi, aliorũ quoque qui vnà cum eo tractant, in eadem subscriptione mentione habenda, necessitatem incumbere. Si quid autem sine hac obseruatione ex Orientali, vel Asiano, vel Thraciano scrinio fuerit emissum, falsi suspicione non careat: exceptis publicis instrumẽtis quæ à scrinio Pō-

ticæ

ticæ diœceseos emittuntur, quòd in iisdem instrumentis solum numerarium eiusdem diœceseos eiúsque adiutorem & chartularium subscribere magnitudo tua disposuit: ita vt si quid huius legis fuerit violatum, numerarij quidem tam gradus sui quàm solennitatum seu solatiorum vniuersi vnius anni iacturam: adiutores vero quinquaginta librarum auri, & chartularij quindecim itidem librarum auri pœnam subeant.

Officium actuarij quod olim durabat biennio, hodie concluditur anno. Bart.

XI. Idem Augustus Cotoni magist. mili.

OFficio tuæ magnitudinis datis precibus postulante, vt numerariorum actus non in biennium, sed in vnum annum statuatur: nostra pietas huiusmodi petitionibus annuens, dispositionem quæ super biennio promulgata fuerat, super vno tantummodo anno reuocauit.

Officiales præfecti prætorio Illyricano, si dignitatem comitiuam adipiscuntur, profertur sententia interlocutoria, seu decretum electionis. Bart.

XII. Imp. ANASTASIVS Augustus* p. p. Illyrici.

PER hanc diuinam pragmaticam sanctionem decernimus, quod antea tribunis prætorianis, dum dignitas eis qui in scriniis seu gradibus officij tuæ celsitudinis deponũt militiam, præbebatur, & custoditum fuisse dignoscitur,

AAA 4

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

hoc super honore quoque comitiuæ dignitatis eis impertiri: vt sententia pro fine eorum militiæ proferenda, dignitatis etiam mentionem contineat. Hoc quoque tantummodo, & sine speciali codicillorum vel diuinorum apicum sanctione ad eandem dignitatem adipiscendam, & priuilegia eam sequentia sufficiat: ita tamen vt primi ordinis comitiuæ per interlocutionem eiusdem potestatis mereantur hi, id est cornicularius, & chartularius, primiscrinius, & numerarius scrinij Macedoniæ, & scrinij Daciæ, & scrinij operum, & scrinij auri. Hoc eodem in his etiam qui post nouellam dispositionem diuæ memoriæ Zenonis quæ de eisdem pœnis loquitur, & de eisdem personis, deposuerunt militiam, obtinente.

De cursu publico multa Alciat. hîc non aspernanda, itidẽ & Budæus in anno. poste. ad pãdectas.

DE CVRSV PVBLICO, ET ANGARIIS, ET PARANGARIIS. TIT. LI.

I. Imp. CONSTANT. Augustus Titiano.

EQVOS *qui publico cursui deputati sunt, non lignis vel fustibus, sed flagellis tãtummodo agitari decernimus: pœna non defutura contra eum qui aliter fecerit.*

I. Idem Augustus Acyndino P. P.

P*Ræsidibus, & rationalibus, cæterísque quibus propterea respublica & annonas & alimenta*

alimenta pecoribus subministrat, vsurpandi paraueredi licentia derogetur. Sed nec per aliã viam eundi quisquam habeat facultatem, nisi per quam cursus publicus stare dignoscitur: excepta videlicet tua sublimissima sede, cui cursus publicus, & proficiscendi per eum licentia, & vbi ratio exegerit, præsto est.

Nullus iudex vel custos publici cursus pati debet per publicum cursum aliquem ire, nisi vadens primo seriem suæ euectionis ostendat. Bart.

III. Imp. CONSTANTINVS Augustus Tauro P. P.

E*Vectiones ab omnibus postulẽtur, & tam iudices quàm custodes publici cursus minime transire patiantur antequam seriem euectionis aspexerint. Quòd si quis putauerit resistendum, & sine euectione iter facere detegitur, vel vltra tempus quod euectioni insertum est, publico cursu vti conatus sit: vbi repertus fuerit, ibidem iubemus retineri: & si quidem dignitate præditus sit, de eius nomine ad prouidentiam tuam, & ad illustrem virum comitem, & magistrum officiorum referri: aduersus vero cæteros protinus indignatio competens exercenda est, quos synceritas tua pro loco gradúque militiæ ibidem coërceri posse crediderit.*

Parhippus appellatur qui licentiam habens de duobus vehendis, tertium vehit, aut euectionem extra ordinem facit. Si autem secundum licentiam sibi datam quis euehit,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

non debet delictũ reputari, siue euectionem faciat euectioni præpositus, siue mulio. Bar.

IIII. Imp. IVLIANVS Augustus.

a vide Cassiodorũ libr. 4. & 5. Variar. epistola 4

PArhippum[a] *eum videri, & habendum esse, qui vsurpato vno vel duobus veredis, quos solos euectio cõtinebit, alterum tertiúmve extra ordinem commoueat. Nihil autem interesse debet, nec ad crimen vocari, vtrum agens in rebus suo itineri, an mulionis subiugando modo euectionis datæ formæ licentiam non excedat.*

V. Impp. VALENTINIANVS & VALENS Augusti.

SI quis per publicum cursum iter faciens, cuiuscunque dignitatis vel militiæ, ab itinere recto diuerterit, pœna in eum competens proferatur.

Senatus habet potestatem euectionis, cum ad principem vadit. Bart.

VI. Iidem Augusti & Gratianus A.

EVectionum copiam senatui cum proficiscendi ad nos necessitas fuerit, serenitas nostra largita est: ita tamen, cum aut à nobis euocatur, aut à clementiæ nostræ veneratione discedit. Si quis ergo posthac contra vetitum sibi cursum publicum illicita temeritate præsumpserit, motum in se nostræ mansuetudinis excitabit.

Stabula prouincialium non debent fieri sumptu publico, sed expensis prouincialium. Bart.

VII.

VII. Iidem Augusti.

IN omnibus prouinciis veredorum quarta pars reparetur. stabula autem vt impensis publicis extruantur, contra rationem est: cum prouincialium sumptu, in quorum locis stabula constituta sunt, citius arbitremur apparanda, & vtilius sit tam publico, quàm his, quos stercus animalium pro suo solatio habere concedimus.

VIII. Imppp. VALENTIN. GRAT. & VALENS Augusti Floro Com. R.P.

VT agendi itineris poßit esse moderatio, deni veredi per dies singulos ex vtraque parte dimittantur: pœna quinque librarum auri minime defutura contra eos qui statuta nostra neglexerint.

Faciendæ euectionis copia omnibus iudicibus denegetur, excepto præfecto prætorio, & officiorum magistro. Bart.

IX. Imppp. GRAT. VALENTINIANVS & THEODO. Augusti * P. P.

IVdicibus faciendæ euectionis copiam denegamus: cum id tantùm nostro numini, & tuæ sedi, necnõ viro illustri magistro officiorum sit reseruandum: cum neque præfecto vrbi, nec magistris militum, nec ducibus, nec vicariis, nec cuiquam alij præter memoratas duas potestates à nobis hoc concessum sit. His enim tantùm ambulandi facultatem iudices ex suo arbitrio præbituri sunt, quos in transmissionem publicorum

corum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

carum functionum persecutores viderint constitutos: scituri, si definitionem nostram excesserint, se quidem vigintiquinque auri libris, officia vero quinquaginta esse multandos.

X. Iidem Augusti Philagio.

GRauissimæ pœnæ acerbitate proposita, euectionum contractus, animalium quoque publicorum merces, & ementis & distrahentis coërcitione prohibemus.

XI. Iidem Augusti Cynegio.

NVllus euectione vtatur priuatus, tametsi valuerit impetrare.

XII. Imppp. VALEN. THEO. & ARCAD. Augusti Cynegio.

QVoniam veredorum quoque cura pari ratione tractanda est: sexaginta libras auri sella cum frenis, sexaginta itidem auerta non transeat: ea conditione, vt si quis præscripta moderaminis imperatorij libramenta transcenderit, eius sella in frusta cædatur: auerta vero fisci iuribus deputetur, exceptis auri centenariis, ᵃ *quæ necessarium est ab hippocomis in solitis sacculis reportari.*

ᵃ ornaméta erāt veredorum auertis applicita.

Non debent rustici qui hippocomi appellantur, perducendo equos per publicum cursum indigna spoliatione vexari. Bar.

XIII. Iidem Augusti Floro.

NOn patimur hippocomos ᵇ *per eos qui veredis vtētur, indigna spoliatione vexari. siquidem nonnulli veredarij saga eorum dicun-*

ᵇ hippocomi dicuntur stabularij, seu equorum curatores

tur auferre, vel præcidere. quocirca per omnes iudices & curiosos miserabilis remoueatur iniuria: scientibus cunctis quòd si obseruata non fuerit nostra sanctio, non solum damna resarcire, verumetiam notam & multam qui neglexerit, subire cogetur.

Exhibitio cursus publici secundum consuetudinem locorum committitur, vt plaustra faciant onerari. Bart.

XIIII. Iidem Augusti Potamio.

PVblici cursus exhibitio secundum locorum consuetudinem vel curialibus vel cohortalibus debet committi, vel his qui suo periculo ab eminentissima præfectura sub competenti cautela excipiunt.

Mittens equum in cursum publicum nō mittendum, quadruplum precij dicti equi fisco restituat. Bart.

XV. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

SI quis vel pro vna mutatione veredum superducendum esse crediderit, in quadruplum superductorum animalium precium fisci iuribus inferat.

Legati gentium principi non subditarū cursu publico possunt vti. Bart.

XVI. Iidem Augusti Remitheo duci.

HIs tantummodo vtendi cursus publici facultas concessa est, qui legati de diuersis gentibus ad nostram clementiam properare festinant.

Subtrahens mulionem euectioni deputatum, decem libras argenti fisco persoluat. Bart.

XVII. Iidem Augusti Lucentio.

NEmo mulionem mutationibus deputatum, vel per solicitationem, vel per receptionem* subtrahere audeat, decem libras argenti pœnæ nomine inferre reformidans.

*aliàs obreptionē.

XVIII. Iidem Augusti Messalæ P. P.

ANimalia publica dum longe maiore ac periniquo precio pabula æstimantur, per mancipes atque apparitores aperte vexantur. ne id contingat, sublimitas tua disponat, vt nec pabula mutationibus desint, nec prouinciales vltra quàm iustitiæ finit ratio, prægrauentur.

Prouinciales & curiales ad præstandum animalia indebita ad cursum publicum, non grauentur. Bart.

XIX. Idem AVGVST. & THEOD. A. Septimio Procur. Afric.

COmperimus prouinciales & pabula & pecuniam pro cursu equorū cursualium solenni ratione conferre, & extrinsecus etiam paraueredorum onere prægrauari. Prouinciarum igitur rectores procurent, ne vnquam cursus publicus veniat in querelam, & occasio deceptionis curiales vel prouinciales animalia indebita præstare compellat.

Nullus dux postquam ducatum suum intrauit, vti debet cursu publico, sed iumentis propriis. Bart.

XX. Iidem Augusti Anrhemio.

NEmo ducum ingressus semel prouinciam suam, postmodum in itineribus faciendis cursu

cursu atque angariis ipse siue suum vtatur officium, sed expeditionē militarem iumentis propriis exequatur. De cohortalinis etiam officiis eadem lege sancimus, ne quis ex his per prouinciam suam discurrens, veredo vti conetur in posterum, cum sacra prohibitum sanctione cognoscat. Quòd si quis ducum, vel apparitorum, vel cohortalium officiorum temerario animo ea quæ decernimus, contemnenda putauerit: per singula animalia quibus vsus fuerit, singularum librarum auri illatione multabitur.

Etiam ecclesia tempore expeditionis non excusatur ab angariis vel parangariis. Bart.

XXI. Impp. THEODOS. & VALENT. Augusti.

NVllus penitus cuiuslibet ordinis seu dignitatis, vel sacrosancta ecclesia, vel domus regia tempore expeditionis excusationem angariarum seu parangariarum habeat.

XXII. Imp. LEO. A.* P. P.

CVrsum ambularem* ab omni Orientali tractu, necnon ab his ciuitatibus aliarum regionum, quarum instructio tui culminis meminit, tolli amputaríque decernimus: ita tamen vt in transitu fortissimorum militum quando nostra serenitas disposuerit ex aliis ad alia eos loca deduci, euectionésque animalium secundum consuetudinem à nostra fuerint serenitate conse

*quidam legūt clabularem. est autem clabula vehiculi genus. Vide Cuiaciū hic.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

consecuti, & in armorū tam confectione quàm translatione seruata consuetudine, in profectione quinetiam legatorum, animalium dominis qui ea solent accepta mercede locare, præbenda pensio, arcæ tui culminis imputetur, tractorias videlicet animalium super memoratis causis nulli alij iudici, cuiuscunque sit dignitatis, nisi tuo tantummodo culmini, faciendi licentiam patere decernimus.

XXIII. Imp. ANASTASIVS Augustus.

I*Vbemus nemini licere cuiuscunque scholæ, vel officij, vel militiæ seu conditionis per totius Orientalis tractus partes, ob quamcunque causam proficiscenti seu redeunti, supra vnum veredum vnūmque parauerdum, cum euectione tamen iudiciali mouere: nisi specialis ei præstita sit nostræ serenitatis quantitatem animalium continens euectio: exceptis procul dubio his qui pecunias publicas deuehunt: cum in hac parte sine nostra quoque speciali auctoritate tanta conueniat animalia moueri, quanta transuehendæ pecuniæ summa & eius tuitio deposcit: quinquaginta librarum auri his feriendis condemnatione, quicunque nostra iussa quolibet modo seu tempore violauerint, seu violare concesserint.*

DE

DE TRACTORIIS[a] ET STATIVIS.

TITVL. LII.

I. Imppp. THEODOS. ARCAD. & HONO. Augusti.

T*RACTORIAE cum statiuis solitis tantummodo biduum tempus accipiant: nulli vero penitus cum necessariis sibi personis præbeantur, nisi his tantummodo, qui animalia atque equos sacro vsui necessarios prosequuntur: ita tamen, vt his dimißis in tractoriarum corpore, quinque dierum numerus adscribatur: vt nullus vltra hoc temporis spacium ad residendum in quo libitum fuerit loco, copiam nanciscatur.*

[a] Tractoriæ duplomata sunt quę dātur missis vel euocatis à principe cursu publico vtétibus, adscriptis etiam statiuis. i. diuersoriis & māsionibus, qui bus alātur sūptu publico. Cuiacius hîc.

DE APPARITORIBVS PRAEFECTORVM PRAETORIO, ET PRIVILEGIIS EORVM.

TITVLVS LIII.

Cornicularij præfectorum completo munere principis purpuram adorent. Bart.

I. Impp. VALENTI. & VALENS Augusti Mamertino P. P.

P*Ræfecturæ cornicularios, qui annis singulis exeunt, post transactos corniculos nostram adorare purpuram volumus: quo honore perfunctis, cum iam missionem tenuerint, liberum otium damus, vt ad*

susceptionem vel cuiuslibet necessitatis officium minime deuocentur.

Præfectiani exactiones prouincialium facere non debent, nec etiam habere custodiam horreorum. Bart.

II. Iidem Augusti Zosimo præsidi Epiri nouæ.

PRæfectianos ad perniciem prouincialium exactionibus in prouinciis, vel potius lucris & quæstibus suis sese immiscere vetamus: præterea vel horreorum gerere custodiam, vel curiarum ius atque arbitrium sibi præsumere his denegamus. Horum si quis præsentis legis temerator existat, volumus eum competenti motu & indignatione percelli. Dat. xiiij. Kalend. Decemb. Mediola. Valētiniano & Valente iiij. Augustis Coss.

Cornicularij, primiscrinij, & numerarij præfecti prætorio sortita laborum requie priuilegiis hic insertis gaudent. Bart.

III. Impp. THEODOSIVS & VALENT. Augusti Zoilo PP.

COrnicularij & primiscrinij, numerarij insuper qui in officio tuæ sublimitatis per ordinem obsequiis militiæ terminatis, desideratam laborum requiem sortiuntur: pro multis erga rempublicam sudoribus, ab omnibus indictionibus tam militarium quàm ciuilium iudicum semper habeātur immunes, & ciuilium tantùm iudicum, non etiam militarium iurisdictioni subiaceant. Huic sanctioni addendum esse

esse censemus, vt si quis præfectianus dum militat, vel post depositum cingulum, sine testamento quod legibus comprobatur, nullísque ab intestato successoribus derelictis, fati munus impleuerit: omnes eius patrimonij facultates prouisione magnificæ tuæ sedis nō fisci iuribus, sed arcæ tui culminis rationibus vindicentur. Scriniariis autem & exceptoribus, cæterísque qui in officio tui culminis merent: cum in legione prima adiutrice nostra militant, audiētiam tantummodo in causis in quibus pulsantur, tuæ celsitudini deputamus. In prouinciis vero commorantes, rectoribus earum eos respondere iubemus, nisi publicum officium aliquod eis iniunctum sit.

DE APPARITORIBVS PRAEFECTI VRBIS.

TITVL. LIIII.

Qui administrauerunt officia, officio finito principis purpuram non adorant. Bart.

I. Imppp. GRAT. VALEN. & THEOD. Augusti Principio P.P.

PRæter eos qui de officio eminētium potestatum, numero stipendiorum & curriculis euolutis, vrbísq; præfecturæ, serenitatis nostræ annis singulis attingere purpuram venerarique præcepti sunt. nulli prorsus eorum qui prouincialia

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

officio peregerint, tranquillitatis nostræ muricem adorare sit liberum, omnium suffragiorum obreptione cessante.

II. Impp. HONOR. & THEOD. Augusti Palladio PP.

QVicunque illustris vrbanæ sedis apparitor clandestina fraude pistorem concusserit, accusatus atque conuictus, perpetui panificij nexibus addicetur.

DE APPARITORIBVS MAGISTRORVM MILITVM, & priuilegiis eorum.

TITVL. LV.

I. Impp. VALEN. & VALENS Augusti ad Artemium correctorem.

QVi sese in officiis magistrorum equitum ac peditum militare monstrauerint, ab omni nominationis iniuria excusentur.

II. Iidem AA. Mamertino P. P.

QVi in officio magistrorum equitum ac peditum militiam sortiti sunt: ordinis sint militaris.

III. Impp. THEOD. & VALENTIN. Augusti Basso P.P.

PRobari apparitores magisteriæ potestatis neque curiales in aliquo officio, neque cohortales, neque censibus adscriptos volumus.

Numer

Numerarij illustrium completa militia, & principatus munere functi gaudent priuilegiis hic insertis. Bart.

IIII. Iidem AA. Apollonio.

NVmerarios virorũ illustrium magistrorum militum tam præsentalium quàm Orientalium, qui ordine & stipendiis militiæ fuerint decorati, exeuntes, tribunis prætorianis partis militaris, sudoribus eorum beneficium deferentes, sociari præcipimus: ita videlicet, vt post completam militiam ab omnibus indictionibus tam militarium quàm ciuilium iudicum semper habeantur immunes. principatus vero munere functos, tribunis vigilum militaribus aggregari volumus.

V. Imp. ANASTASIVS A.* magistro militum.

EOs qui in officiis vestris merentes, statuto eorum tantummodo numero inserti sunt, fori præscriptione muniri: cæteros vero qui supra huiusmodi numerum militare noscuntur, quasi nec militantes, & apud illustrissimas præfecturas, & apud clarissimos prouinciarum rectores de quolibet pulsari & conueniri, & sine cinguli præscriptione respondere negotio sancimus.

DE APPARITORIBVS PROCONSVLIS ET LEGATI.

TIT. LVI.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Obsecundans proconsuli vel legato, non debet esse curialis, vel adstrictus alicui corpori. Bartolus.

I. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. Augusti ad Flauium Proconsulem Africæ.

Officio quod tuis meritis obsecundat, non curialem quenquam, nec ex cæteris corporibus volumus aggregari: at si qui erunt inter apparitores huiusmodi, restitui eos muniis debitis mox iubemus.

II. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Dominatori proconsuli Africæ.

Apparitioni tuæ & legatorum quadringentos censuimus deputãdos de his dumtaxat, quos esse sibi detractos reipublicæ membra non queruntur.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

In proconsulari prouincia officium proconsulare postulet quod exigere cõsueuit, nec alienis se partibus impudenter inserat.

DE APPARITORIBVS COMITIS ORIENTIS.

TIT. LVII.

I. Impp. THEOD. & ARCAD. AA.

In officio comitis Orientis non amplius quàm sexcẽti apparitores habeantur, quos quidem publicis necessitatibus nouimus abundè suppetere.[a]

[a] sufficere

DE COHORTALIBVS, PRINCIPIBVS, CORNICVLARIIS, ac primipilariis.

TIT. LVIII.

I. Imp. CONSTANTINVS A. edicto suo ad Afros.

Omnes stationarij neque superexactionem audeant,[a] *neque carcerem habeant, néve quis personam, licet pro manifesto crimine, apud se habeat in custodia, sciens quòd si tale fuerit commissum, capite puniendus est.*

[a] aliàs habeant.

Nullus iudex volẽtem militare approbare debet sine sacra approbatoria. Bart.

II. Impp. CONSTANT. & CONSTANS Augusti Tauro P. P.

Nullus iudicum quemquam sine sacra probatoria probare audeat, vel prouehere. Excipimus tamen officia prouincialia cursus publici solicitudinem sustinentia: nec enim tanto muneri adminiculum denegari publica permittit vtilitas.

III. Imppp. VALENT. & VALENS & GRAT. AAA. Festo consulari Syriæ.

Solita cohortalibus Syriæ priuilegia, quæ à diuo Diocletiano porrecta sunt atque concessa, nos quoque porreximus: ac iubemus eos non ad solicitudinem bastagæ,[a] *non ad functionem nauicularium deuocandos, non in-*

[a] Bastaga munus erat ferendi res necessarias ad exercitum. Alc.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

uitos curialibus cœtibus adscribendos: verùm peracto labore militiæ pastus primipili competenti sedulitate functione transacta, prærogatiuam his recusationis offerimus.

IIII. Iidem AA. & GRATIAN. A. Probo P. P.

OFficia rectorum prouinciarum tuæ magnificentiæ literis volumus admoneri, vt susceptos in officio proprio vel probatos, cohortium nomine, vel legionum priuilegiis existiment inserendos.

Habens plures filios, debet cohorti siue collegio cui est adstrictus, vnum ad seruiendum deputare, alterum suæ patriæ. Bart.

V. Iidem AA. Modesto P.P.

QVicunque per Osroënam primipilarius maiore lætatur numero filiorum, vnum loco suo veluti hereditario iure substituat, alterum pro amore patriæ, Aedesenæ curiæ tradat obsequiis: cæteris qua voluerit militia prouisurus. Sinautem duos tantum procreauerit: cohorti satisfacere cogatur, & curiæ. Quòd si vnum procreauerit, eundem ordini patriæ restituat, nullo contra hanc formam beneficio valituro. Damus sanè licentiam tam patribus eorum, quàm ipsis qui huius legis auctoritate ciuitatum obsequio aggregantur, vt si quos curiales patrocinio principalium inuenerint excusari, in medium proferant: vt & ipsi similibus officiis deputati, pareant impetratis.

Appar

Apparitor criminosus fugiens citandus est. Bart.

VI. Imppp. GRAT. VALEN. & THEOD. Augusti Neotherio P. P.

SI apparitor defugerit criminosus, edictum quo reuocari poßit, adiecta conditione legibus subsequatur: cui nisi fuerit satisfactum, merito in latitãtem à iudice pro qualitate peccati sententia proferetur. Veniam enim talibus non permittimus, nec indulgentiis crimina subleuamus.

VII. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. Augusti Tatiano P. P.

ORdinariorum iudicum apparitores, qui vel speculatorum vel ordinariorum attigerint gradum, nullo annorũ numero, nulla stipendiorum cõtẽplatione laxentur priusquam primipili pastum digesta ratione compleuerint. Quòd si ante debitum locum, qui huic functioni habetur obnoxius, vel ægri corporis labem, vel defessæ senectutis extrema ad impetrandam quietem crediderit prætẽdenda, non prius otio condonetur, quàm omne quod primipilo debetur, expenderit. Eos etiam qui pro sceleribus suis soluto militiæ cingulo addicuntur infamiæ: ne integro peculio sub hac occasione lætentur, ita condignæ vltioni eos volumus subiacere, vt functioni quoque quæ extremæ militiæ debetur, nihil ex eorum facultatibus subtrahatur.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

VIII. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Euthymio Vic. Asiæ.

SPeciebus primipilaribus adærandis eadem pretiorum taxatio seruetur, quæ in venalibus publicis poterit reperiri.

In Illyrico centum apparitores singulis iudicibus obsecundent, & non vltra. Bart.

IX. Iidem Augusti.

PEr Illyricum (in quo plurima ac maxima necessitatum publicarum emolumenta officiis constat præsidalibus expediri) centeni numero singulis iudicibus obsecundent: nec vltra hunc modum vel ad militiam vllus adspiret, vel conniuentia iudicum perseueret. Adhibendi autem sunt ad huiusmodi ministeriorum obsequia, non illi qui vano militiæ nomine immania lucra sectentur, sed qui necessitatem officij solicitudinibus debitis exequantur.

Nemo potest ad officium cohortalium accedere, nisi prius in matricula cohortali receptus & descriptus fuerit: pœna contra facientibus imminente. Bart.

X. Iidem Augusti & Theod. Augustus Anthemio P. P.

QVicunque chartas, vel tabulas, vel quodcunq; aliud ministerium cohortalis optauerit, non antè accedere permittatur, nisi eius nomen matriculis receptũ primitus fuerit: pœna proposita his qui contra statuta cœlestia crediderint suscipiendos aliquos, aut quodlibet eis officium iniungendum.

XI. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P.

SI quis ex grege cohortalinorum, vrgente criminis insectatione stipẽdiis fuerit exemptus, aut otio traditus quietis artibus immoretur, aut si ad pristina sacramenta precum miseratione maluerit repedare: indultum nostræ maiestatis oraculum amplißimæ tuæ sedi offerat allegandum.

XII. Impp. THEOD. & VALENT. Augusti ISIDORO P. P.

SI cohortalis[a] apparitor, aut obnoxius cohorti, ad vllam adspirauerit dignitatẽ: spoliatus omnibus impetrati honoris insignibus, ad statum pristinum reuocetur: liberis etiam in tali eius cõditione susceptis, fortunæ patriæ mancipandis. Quòd si quis ex his ausus fuerit vllam affectare militiã, nulla præscriptione temporis muniatur, præter eã scilicet quæ ex triginta[a] annis colligitur: sed ad conditionem propriam retrahatur: nec ipse, vel liberi eius post talem ipsius statum procreati, quod cohorti debetur, valeant declinare. Sed nec ad aliam cohortalinus vel cohortalini filius audeat adspirare fortunam, cui maiorum suorum exempla præiudicant. Sed etiam cunctos qui diuersarum rerum negotiationibus detinentur, trapezitas scilicet, vel gemmarum argentíque vestiúmve venditores, apothecarios etiã cęterósq;

[a] C. T. 11, l. 188.

[a] legendũ quadraginta: vt in C.T. & meo vet. manuscr. Contius.

institor

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

institores aliarum mercium, quibuscunque ergasteriis adhærentes, iubemus à prouincialibus officiis remoueri: vt omnis honor atque militia à contagione huiusmodi segregetur. D. III. Non. Ap. Constantinop. Isido. & Senat. Conss.

XIII. Iidem AA. Florentio P. P.

NVllum ex primipilaribus, nullum ex principe cohortalis officij, vel ad aliam posse militiam adspirare, vel ministeriis sibi contra publicam vtilitatem blandiri, vel ad quamlibet aliam dignitatem ad præiudicium præteriti status accedere concedimus. Quod si contra hanc tam saluberrimam formam, vel responsa cœlestia, quædam militia aut dignitas audacter eliciatur: pro ingestis haberi, etiamsi speciali adnotatione nostræ indulgentiæ eam obtinuisse videatur: nec adsertionem ei quoquo modo patere, qui se memoratis artibus publicæ studet cōmoditati subtrahere: sed statim ciuitatis vnde oriūdus est, curiæ tradi præcipimus.

XIIII. Imp. LEO A. Constantino P P.

QVisquis cohortalibus adhuc obsequiis obligatus, vel regimen prouinciæ, vel cingulum cuiuslibet militiæ vel dignitatis quoquo modo meruerit: ante omnia contra licitū vsurpatis impetratisve careat, etiamsi vltronea nostra liberalitate ius gerendæ prouinciæ, vel militiæ seu dignitatis cuiuspiam sibi iactauerit fuisse delatum. dehinc vniuersis solatiis conditionis

tionis quam spreuerat defraudatus, ne quid eorum omnino per se vel per interpositam personam poßit acquirere, primipili tantum munus implere cogatur: mox curialibus ciuitatis in qua natus est, in diem vitæ suæ functionibus inhæsurus: ita scilicet, vt etiam hi qui post impletam talem militiam quodlibet militiæ dignitatisve genus affectauerint, curiæ patriæ suæ restituantur.

DE APPARITORIBVS PRAEFECTI ANNONAE.

TIT. LIX.

I. Imppp. VALENS, GRATIA. & VALENT. Augusti.

APparitores vrbanæ præfecturæ, annonario officio sese non inserant: sed apparitorum æmulatione secreta, ministerio suo annonæ præfecturæ fungantur.

II. Impp. ARCAD. & HONOR. AA.

PRæfectus annonæ canonem qui ad officium suum pertinet, per compulsores suos exigat: & cum officio suo retineatur obnoxius, qui ad implēdum canonem deuotionis suæ exactionem non ostenderit.

DE DIVERSIS OFFICIIS ET APPARITORIBVS IVdicum, & probatoriis eorum.

TIT. LX.

I. Imppp.

I. Imppp. Valentin. Valens & Gratianus Augusti Seuero mag. militum.

SI quando præfectus prætorio, vel vicarius, aut rector prouinciæ significauerit eum qui chartis ac ratiocinijs publicis inuenitur obnoxius, ad præpositum castri ac militum transisse: retractus illi adsignetur officio, à quo ad necessitatem præstandi ratiocinij deuocatur: in reiecti verò locum is potissimũ destinetur, cui meritorum adstipulantur insignia.

Resolutus à militia, ad eandem non adspirabit sine licentia principis.

II. Impppp. GRAT. VALEN. & THEO. & ARCAD. AAA. Eusignio PP.

NVllus ex his quos claruerit militia resolutos, indebita denuo sacramenta sine Augusti affatibus suscipiat. Si quis autem id per obreptionem fortè meruerit, quinque librarum auri multetur incommodo.

III. Iidem Augusti Eusignio PP.

NVllus apparitor amplitudinis tuæ, vel de officiis palatinis ad eam prouinciam ex qua oriundus est, vel in qua collocauerit larem, vel qui iam in huiusmodi officio fuerit commoratus, obtentu publicæ necessitatis, vel executor priuati negotij dirigatur. Etenim officij tuæ celsitudinis primiscriniusq; tres libras auri fisci vti-

litat

litatibus sine dilatione persoluet, si statuta fuerint temerata. Apparitor verò qui huic se muneri passus est deputari, militia spoliabitur. Hæc verò pœna etiam cæteris irrogata est, vt si domesticus, aut protector, aut stator, vel agens in rebus, vel palatinus vtriusque officij, vel ad eandem prouinciam in qua natus est, vel ad eam in qua collocauerit larem, cum huiusmodi vsurpatione perrexerit: matriculis quidem exemptus ipse qui se voluerit mitti, auri libram vnam fisci iuribus inferre cogatur. adiutores verò officiorum, & palatinorum, ac numerarij comitum illustrium virorum, siue actuarij, libram auri fisci iuribus soluant, nisi statuta fuerint custodita.

IIII. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONORIVS Augusti.

QVi vel exiguam rei familiaris substantiam habent, militare in apparitorum numero non vetentur.

Apparitor ob culpam vel negligentiam amotus officio per sententiam, ad nullam militiam adspirabit. Bart.

V. Impp. HONOR. & THEOD. Augusti Graccho P. V.

QVicunque apparitores ob culpam vel negligentiam fuerint iudicato discincti, iam ad nullam militiam habeant facultatem adspirandi: nec ex rescripto his vllus aditus reseretur, quos congruit pœnæ grauissimæ subiugari,

si contr

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

si contra inhibita quoque sacratißimis constitutis adspirare contempserint.[a]

[a] præsumpserint.

VI. Impp. THEOD. & VALEN. Augusti Hierio PP.

IN his officiis, id est virorũ spectabilium proconsulis Asiæ, comitis Oriẽtis, præfecti Augustalis, & vicariorum, quos etiam monuimus sub xxx. interminatione librarum auri, nemo aliter admittatur nisi eum emissa sacri scrinij probatoria consecrauerit. Quod si quis talis sub tua fuerit abdicatione[a] *conuictus: profecto irritis his quæ vetita contrectauerit, etiam congruam indignationem incurret.*

[a] iudicatione.

VII. Iidem Augusti Anatolio mil.

AD splendidioris priuilegia militiæ, posteaquã priorem continuo labore compleuerint, eos venientes admittemus, qui ea voto adipiscendi honoris crediderint expetenda: non eos qui studio exercendæ cupiditatis ambierint, vt velut in meliori fortuna positi, aut ea scelera quæ prius commisisse doceantur, occultent, aut alia deinceps poßint impunè committere.

Duces & apparitores, & limitanei castrorum sub officiorum magistro conueniuntur. Bart.

VIII. Imp. LEO & ZENO AA. Ioanni magistro officiorum.

VIros spectabiles duces, eorúmque apparitores, necnon limitaneos, castrorúmq; præposit

præpositos, tantummodo ex sublimis tui iudicij sententia conueniri, nec alijs subiacere iudicibus præcipimus: illustribus scilicet ac magnificis viris magistris militum consuetudine ac potestate, si qua ad limites aliquos Orientis, Thraciarum & Illyrici, ex longo tempore hactenus obtinuit, reseruata.

IX. Iidem AA. Hilario magistro Officiorum.

PRobatorias memorialium & agentium in rebus, cæterorúmque nihilo minus apparitorum prætorianæ per Orientem amplißimæ præfecturæ, eorum etiam qui in diuersorum iudicum officiis numerantur, ex sacris probatoriis solito more militiæ sacramenta sortiri decernimus: non paßim, nec licenter, solis auctoritatibus, vel sacrarum militarium literarum exemplaribus, sed ex authenticis tãtum sacris probatoriis manu nostra subscriptis, & nostro arbitrio præstandis, ita vt nullus his dolus aut fraus poßit annecti. de his etiam qui sunt veræ & catholicæ fidei, iubemus admitti. Aliter vero militantes, nisi ex his sint quos solis auctoribus apparitioni aggregari vetusta consuetudo perdocuit, detecta fraude cuiuscunque accusandi studio, non solum mendaci carere militia, sed & proscriptionis stylum subire decernimus, & bonorum omnium amißione multamus.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

x. Iidem AA. Erithrio PP.

HAc sanctione decernimus, vt in posterum nemini licentia sit edendi exemplaria his qui sociandi sunt cuicunque militiæ, quam sine diuinis probatoriis adipisci nõ possunt, sed periculo primatum vniuscuiusque officij ipsas authenticas sacras, quæ diuinam nostræ pietatis continent adnotationem cum subscriptione administrantium, sub quorum iurisdictione consistunt, his qui militare volunt, præstari: exemplaribus videlicet eorum cum subscriptione eorumdem iudicum apud singula quoque officia, prout conuenit reseruandis. Quamuis autem manifestum sit de huiusmodi probatoriarum obseruatione excepta esse cæterorum iudicum officia, tamen ne vlla ei ignorantiæ relinquatur occasio, omnium officiorum quibus necesse est per sacras probatorias militiæ sociari, notitiam in sacris apicibus subdendam esse censuimus. Sub hac igitur obseruatione omnes qui siue in hoc sacro palatio nostro, siue in aliis quibuscunque officiis deinceps militare cupiunt, qui tamen (vt dictum est) non possunt pro tenore sacrarum constitutionum, vel veteri consuetudine, nisi præcedentibus sacris probatoriis militiæ sociari, sicut subiecta notitia demonstrat, adipisci præcipimus, scientibus his qui ex aliqua parte præsentis nostræ serenitatis legis formam

conniuent

conniuentia vel negligentia quadam colludere tentauerint, non tantum amißione bonorum omnium, sed etiam capitis periculo, vtpote crimini falsitatis obnoxios, semetipsos esse plectendos. Et est notitia hæc: Scrinij memoriæ probatoriæ agentium in rebus palatinorum sacrarum largitionum, rerum priuatarum partis Augustæ. Item scrinij sacrarum epistolarum sic: in officiis virorum illustrium præfectorum prætoriis Orientis & Illyrici, & vrbi, officij proconsulis Asiæ & Achaiæ, officij comitis Orientis, officij præfecti Augustalis, officij comitis diuinarum domorum, officij vicariorum Thraciæ, Ponti & Asiæ & Macedoniæ, & Thesaurensium claßis. Item scrinij sacrorum libellorũ sic: officij virorũ magistrorũ militũ vtriusq; præfecti Orientis & Illyrici, inuitatorũ, admißionaliũ, memorialium, omniumq; pædagogorũ, cellariorũ, mensorũ, lãpadariorũ eorũ qui in sacris scriniis deputati sunt, decanorũ partis Augusti, & cursorũ partis Augustæ, officij virorũ spectab. ducum Palæstinæ & Mesopotamiæ, nobilis comitis Phœniceseos Corsenæ, Syriæ, & Augustæ Euphratensis, Arabiæ & Thebaidis, Libyæ, Pentapoleos, vtriusque Armeniæ, vtriusq; Ponti, Scythiæ, Mysiæ primæ, secundæ, Daciæ, Pãnoniæ, officij virorum spectabiliũ comitis Aegypti, Pamphyliæ, Isauriæ, Lycaoniæ, & Pisidiæ.

Phœniciæ Osdroenæ. legit Alc. hic.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

DE EXECVTORIBVS & exactoribus.

TITVLVS LXI.

Ne apparitores vel palatini exactores per prouinciam vagando inferant prouincialibus molestiam, periculum gestorum per eos pertinet ad eos quorum sunt apparitores & exactores. Bart.

I. Impp. Arcadius & Honorius A A. ad prouinciales & ad proconsules.

NE per diuersas prouinciarum partes aut palatinus exactor accederet, aut illustrium virorum apparitor vagaretur, vel militaris terror inferret formidinem: hac lege sancimus, vt omnes memorati intenti sint ad prouinciæ rectorem, & cum eo agant: illo insistente, disponente, & agnoscente, & suo periculo rem peragant, & impleant vniuersa.

II. Iidem A A. Andromacho P. V.

QVicunque ex palatio nostro cuiuslibet tituli ad prouincias commeauerit, compulsor, exactor, admonitor, portitórve præceptis agens in rebus, vel palatinus, vel apparitor illustrium potestatum: hoc tantum potestatis arripiat, quod mandatum curiæ suæ specialiter approbatur, nec quod iniunctum alteri fuerit, collegij iure præsumat: nedum hoc sibi inuicem mutui

mutui officij licentia partiuntur, agant cuncti, quod singulis credebatur.

Exactor intra annum debet ostendere quid exegit: & si non exegit, causam denotare cur non exegit, aliàs punitur. Bart.

III. Impp. Honorius & Theodosius A A. Palladio P P.

SIue ex prætoriano officio, siue illustris comitiuæ sacrarum largitionum, necnon & rei priuatæ nostræ militiæ, vel ex quacunque apparitione ad quamcunque necessitatem profligandam quis fuerit destinatus, sciat se intra anni metas debere collectis ratiociniis ad proprium iudicem remeare, eique suam efficaciam ostendere, & quid in eius instantia exactum fuerit, quidve in debitis habeatur, & penes quos resederit, vel cuius culpa, aut qua causa in eadem prouincia fuerit derelictum. Quòd si exacto spacio anni in eius regionis visceribus prædator insidians [a] deprehensus fuerit remorari: tunc absolutus cingulo, militia abiicietur, primoribus eius militiæ decē librarum auri multa proposita si redire dissimulet: & per vices officiorum ligatus ferreis nexibus, cura prouincialis officij ad debitum mittatur examen: nec ei liberum sit, vt hoc se priuilegio aut occasione defendat, quòd sibi aliud negotium, vel aliam necessitatem pòst iniunctā esse causetur, cum hisdem licentiam auferamus in eadem prouincia continuare exactionem.

[a] insiedas

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

IIII. Iidem AA. Ioanni PP.

NVllam possessionem alterius pro alienis debitis publicis vel priuatis praecipimus conueniri.

V. Impp. Honorius & Theodosius AA. Volusiano PP.

COntra nostra praecepta si quisquam vetito ac temerario ausu exactionem audebit, licebit prouinciae moderatori eũdem correptum ad sublimitatis tuae iudicium sub prosecutione dirigere, & licebit prouinciali, si probetur obnoxius executor contra vetitum exactionem sibi vindicans, temeritatem legitimè repellere.

VI. Imp. Zeno Arcadio PP.

SAncimus, vt eum cui ex iudicio tui culminis quocunque modo, siue studio numerariorum aut tractatorum, vel ipsorum iussu, qui pro tempore amplissimae tuae sedis administrationem suscipiunt, exactio publicarum pecuniarum iniungatur, minimè prius liceat aliam solicitudinem gerendam suscipere, quàm reuersus iniunctae sibi causae responsum praebuerit. Si tamen ita sors tulerit, vt in ea prouincia ad quam exequendi causa publici negotij aliquis proficiscitur, alia quoque causa sit exequenda, non prohiberi vnum eundémque executorem ab hac vrbe regia proficiscentem, duorum simul, non plurium negotiorum

tiorum executionem suscipere, dum ipsi quoque tertij non sit iniungendi licentia antequã de superioribus responsum portauerit. Executoribus his qui secundam, siue simul duas, vel etiam tertiam causam passi fuerint exequendam suscipere, non solum cinguli & bonorum suorum amissionem, verumetiam perpetui exilij supplicium subituris. Eandem hanc poenam numerarium quoque, & eius adiutores, ad quorum curam quod violatum est pertinet, formidare.

VII.

ΠᾶΣ ἄνθρωπος εἴτε θείαν κέλευσιν, εἴτε ἀρχικὴν πρόσταξιν ἐκβιβάζων ὀφείλει πρότερον ἐμφανίσαι τῷ ἄρχοντι, ἵνα ὁ ἄρχων ἐξετάσοι εἰ μηδεμία πλαστὴ αἰτία ἐστὶν ἐν αὐτοῖς, ἢ κατὰ συναρπαγὴν ἢ ἐναντιούμενον νόμοις. ὁ δὲ ἐκβιβασμὸς καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως γίνεται, δηλονότι τῶν θείων λογίων προκειμένων, καὶ πάντων τῶν ῥητόρων τῶν παρόντων ἅμα αὐτῷ τὴν ἐξέτασιν ποιουμένων, καὶ εἰ συνίδοι παρέχειν βοήθειαν. ἐὰν δὲ ἢ πλαστὴν εὕροι φανερῶς, ἢ νόμῳ ἐναντιούμενον φανερῶς δεῖ αὐτὸν μὴ ἐκβιβάζειν, ἀλλ' ἀναφέρειν εἰς βασιλέα διὰ τοῦ μαγιστριανοῦ ἢ εἰς αὐτὴν τὴν ἀρχὴν ἐξ ἧς τὸ πρᾶγμα ἐγίνετο. τὸν δὲ ἐκβιβαστὴν ὑπὸ ἀσφάλειαν ποιεῖν τὴν ἐγχωροῦσαν. καὶ τὰ πρόσωπα δὲ τὰ αἰτιαθέντα ὑπὸ προσωπικὴν ἀσφάλειαν ἀζημίως. ὁ γὰρ ἐγχειρίσας αὐτῷ

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

τὸ ἀζήμιον περιποιήσῃ εἴπερ εὑρεθείη μάτην αὐτῷ ἐγχειρίσας. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο γένηται, ὁ μὲν ἐκβιβαζόμενος ἀπωθεῖται τὸν ἐκβιβασμόν. ὁ δὲ ἄρχων, εἰ πρὸς αὐτὸν ἡ κέλευσις γέγονεν, ἢ καί τις ἕτερος ἴσως πρός τινα ἕτερον ἐγένετο, ὑπὸ ἀσφάλειαν ὀφείλει ποιῆσαι τὸν ἐκβιβαστὴν τὴν ἐγχωροῦσαν. Εἰ δὲ καὶ δυνηθείη τις ἀπωθήσασθαι τὸν ἐκβιβασμόν, ὀφείλει μανθάνων ὁ ἄρχων ἀποστῆσαι τὸν ἐκβιβαστήν· ποιεῖν δὲ ὑπὸ ἀσφάλειαν προσωπικὴν τὸν αἰτιαθέντα καὶ μηνύειν. εἰ δὲ ῥαθυμήσῃ τούτου ἢ ὁ ἄρχων ἢ ἡ τάξις αὐτοῦ ἢ πρὸς ὃν τὸ γράμμα γέγονεν, οἴκοθεν τῷ ὑπομνησθέντι ποιήσει τὸ ἀζήμιον, καὶ ἐν ὅσῳ ἄρχει καὶ μετὰ τὸ παύσασθαι τῆς ἀρχῆς. ὑπεξαιρεῖ δὲ ἡ διάταξις τοὺς προφάσει δημοσίων ἐνεχομένους. εἰ δὲ λήμματος ἡττηθέντες οἱ ἄρχοντες μὴ ποιήσωνται τὴν ἐξέτασιν, προκειμένων τῶν ἁγίων λογίων εἰ καὶ παρίδωσι. καὶ εἰς χρήματα ζημιοῦνται, καὶ ἐκβάλλονται τῆς ἀρχῆς, καὶ εἰς σωτηρίαν κινδυνεύουσι. πᾶς δὲ νόμος ἐμφανιζόμενος ὀφείλει πρότερον γίνεσθαι τοῖς ἐπάρχοις καταφανής. τὸν δὲ διακομίζοντα αὐτὸν εἰς τὴν ἐπαρχίαν, λαμβάνειν χρυσίνους ἓξ· τὸν δὲ ἄρχοντα σπουδάζειν ἵνα προστάξεων οἰκείων πάσαις ταῖς πόλεσι ταῖς ὑφ᾽ ἑαυτοῦ φανεροὺς καθιστᾷ τοὺς νόμους, ἀζημίως παντελῶς μηδὲ τοῦ ἄρχοντος μηδὲ τῶν ἐκδίκων μηδὲ τοῦ διακομίζοντος. ὁ δὲ κερδάνας διπλάσιον δίδωσι. καὶ εἰ μὲν ἄρχων ἐστὶν, ἐκπίπτει τῆς ἀρχῆς. εἰ δὲ ἑτέραν φροντίδα ἔχοιτο, ἐκβάλλεται τοῦ φροντίσματος.

Eadem latinè,

Quilibet executor diuinæ iussionis prætorianíve præcepti id prius insinuare præsidi debet, vt is inquirat an sit in eo vitium aliquod falsi, aut legibus aduersum aliquid, & an per obreptionem impetratum sit. Executio autem fit scripto vel sine scripto propositis sacris Euangeliis, & præsentibus possessoribus omnibus, & vnà cũ præside inquirentibus, qui & opem executori ferent si res digna videatur. Sed si quid manifesto in ea falsi vel illegitimi deprehenderit, suspendet exactionem, & relationem mittet ad principem per agentem in rebus, vel ad sedem eius à quo res processit. Et interim executor quidem cautionem præstabit pro rei qualitate: reus personalem, se sisti puta, ídque sine vlla impensa. Debet enim executor indemnẽ eum præstare quem conuenit, si temere forsitan eum conuenerit. quam cautionẽ nisi præstiterit, impunè ab eo quem conuenit, repelletur. Præses ipse vel alius ad quem iussio dirigitur, cautionem exiget ab executore pro rei qualitate. Sed & si potuerit quis executionem repellere, & repulerit, debet præ-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ses executorem restituere, & ab reo cautionem exigere personalem, & rem deferre. quod si negligat, tã ipse quàm suum officium, ísve ad quem literæ missæ sunt, de suo indemnitatem conuento præstabit durante vel deposito magistratu. Cõstitutio excipit eos qui nomine tributorũ obligati sunt. Quòd si pretio victi præsides non inquirant, qua de re superiùs diximus inquirendum esse, etiamsi negligentia hic tantùm argui videatur, & rei familiaris damnum patientur, & magistratu eiicientur, & circa salutem periclitabuntur. Omnis autem lex Præf. prætorio prius insinuari debet, deinde in prouinciam transmitti, & portitori dari aureos sex, præside curante per omnes ciuitates suæ prouinciæ legem promulgari sine vlla impensa præsidis vel defensorum vel portitoris. Et si quis ex ea re quid perceperit, in duplum tenetur, & magistratus dignitatem amittit, officialis officium.

DE LVCRIS ADVOCATORVM, ET CONCVSSIONIBVS officiorum seu apparitorum.

TIT. LXII.

I. Imp.

I. Imp. Constantinus A. ad Ælianum proconsulem Africæ.

SI quis à ducenariis, vel centenariis, vel fisci aduocatis læsum se esse cognoscit, adire iudicia, & probare iniuriam non moretur: vt in eum qui conuictus fuerit, competenti seueritate vindicetur. Dat. Kal. Nouemb. Treuer. Constantino A. IIII. & Licinio IIII. Coss.

II. Idem A. Eubulidæ Vic. Africæ.

PRæter solennes & canonicas pensitationes, multa à prouincialibus indignißimè postulantur ab officialibus & scholasticis, non modò in ciuitatibus singulis, sed etiam mansionibus, dum ipsis & animalibus eorumdem alimoniæ sine precio ministrentur. Prouinciales itaque cuncti iudices tueantur, nec iniurias multas transire permittant.

III. Impp. Arcadius & Honorius AA. Pompeiano Procon. Africæ.

QVotiens compulsor arguitur in deprædatione conuictus, etiam non consulta clementia nostra pœnam subeat legibus competentem.

IIII. Impp. Honorius & Theodosius AA. Adriano PP.

CVrialibus & nauiculariis, omnibúsque corporibus ita subueniri volumus, vt nihil apparitoribus vniuersorum iudicum liceat, quod ad prædam prouincialium pertinet.

DE

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

DE PRIMIPILO.

TITVL. LXIII.

I. Impp. Valerianus & Galienus AA. Domitio.

COmmoda primipilatus post administrationem incipiunt deberi, & si is qui ea percipere debuit, prius rebus humanis eximatur, heredibus petitio salua sit.

II. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Alexandro.

OBtentu nominis primipili, ciuiles actiones ad alios iudices transferēdæ nō sunt.

III. Iidem AA. Domnæ.

VTilitas publica præferenda est priuatorum contractibus, & ideo si constiterit fisco satisfactum esse ob causam primipili, poteris obligatam tibi possessionem dotis titulo petere, vt satis doti fieri possit.

Solùm ex causa primipili filius non existens heres patris potest conueniri pro patre, in aliis vero secus. Bart.

IIII. Iidem AA. Dionysio.

CVm ex sola primipili causa liberos, etiā si patribus heredes non existant, teneri diuus Aurelianus * *sanxerit: si neque successistis patri vestro, nec quicquam ex bonis eius tenetis, consequens est à paternis creditoribus vos non conueniri.*

* al. Traianus.

PVB

PVBLICAE LAETITIAE VEL CONSVLVM NVNCIATORES, vel insinuatores cōstitutionum, & aliarum sacrarum vel iudicialium literarum, ex descriptione, vel ab inuitis ne quid accipiāt immodicum.

TIT. LXIIII.

I. Imppp. Gratianus, Valentinianus & Theodosius AAA. Floro P. P.

QVicquid nostrorum vnquam nunciari cœperit prosperorum, vt bella si desinunt, si oriuntur victoriæ fastus, si honor datus fuerit regalium, vel consulum, vel trabearum, cōpositæve pacis erit offerenda tranquillitas, si sacros vultus inhiantibus forte populis inferimus, hoc sine immodico precio nūciari excipíque sancimus: actum esse iubemus castißimum, indigentibus non numerariis esse præbendum: iudices statuimus esse solicitos, ne turpi colludio quæratur ex miseris precium gaudiorum. Quod si id sacrilega fuerit dißimulatione violatum, & accipientem pudoris fortunarúmque manebit excidium, & cogentem par pœna multabit, & officium triginta librarū auri vexatione quatietur. Dat. IIII. Non. Febr. CP. Merobaude II. & Saturnino Coss.

II.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

II.

Hæc lex est epito. 2. partis. 26. const. Græcę. 5. de episc. aud. quã suo loco restituimus.

Η διάταξις βούλεται ἓξ νομίσματα μόνον παρέχεσθαι ἀφ' ἑκάστης ἐπαρχίας ὑπὲρ τῶν ἐμφανιζομένων θείων ῥημάτων ἢ γενικῶν προσταξέων ἢ δημοσίων συμβολαίων ἢ ἀνδριάντων· τὸν δὲ πλέον λαβόντα, τετραπλάσιον ἀναδίδοσθαι, κωλυόντων τοῦ τε ἄρχοντος καὶ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρώτων τῆς πόλεως, καὶ πάσης πολιτικῆς καὶ δημοσίας βοηθείας. ὁ μὲν γὰρ ἐπίσκοπος ὑπὸ ἀγανάκτησιν ἔσται βασιλικήν, ὁ δὲ ἄρχων καὶ ἐκπεσεῖται τῆς ἀρχῆς καὶ δημευθήσεται καὶ ἐξορισθήσεται. Καὶ ἡ τάξις δὲ κινδυνεύσει μήτε διαγραφὴν γενέσθαι προφάσει τούτων τῶν αἰτιῶν ὑπὲρ τοῦ μὴ ἓξ χρυσοῦς, μήτε ὡς παρὰ ἑκόντων μηδέν, ἀλλὰ τὸν λαβόντα διδόναι τὸ τετραπλοῦν. καὶ ἡνίκα δὲ οἱ πολῖται βούλονται ἑαυτοὺς διαγράψαι τυχὸν ἢ εἰς ἔργον δημόσιον ἢ εἰς σιτώνειαν ἢ αἰτοῦσι παρὰ βασιλέως τοῦτο ἐπιτραπῆναι, οὐ χρὴ ζημιοῦν αὐτοὺς οὐδὲν ὑπὲρ τούτου ἵνα μὴ οἱ μὲν ἱερεῖς ἀγανακτῶνται, οἱ δὲ ἄρχοντες καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπίπτωσι καὶ ἐξορίζονται καὶ δημεύονται. ἡ δὲ τάξις εἰς σῶμα τιμωρεῖται. εἰ μὴ μηνυθῇ βασιλεῖ τὰ παρὰ τὴν διάταξιν γινόμενα. ἐξουσίαν γὰρ ἔχουσιν οἱ διαγραφόμενοι ἀντιλέγειν τοῖς διαγράφουσιν. εἰ δὲ μὴ δύνανται τοῦτο ποιεῖν, ἐπικαλεῖσθαι τὸν ἄρχοντα καὶ βασιλεῖ μηνύειν. οὐ χρὴ δὲ οὔτε τοὺς πατέρας οὔτε τοὺς σιτώνας ἢ ἐθνικοὺς ἀποδέκτας παρέχειν ἐκ τῶν ὄσων ἐν χερσὶ προ-

σόδων,

σόδων, μηδὲ ποσότητα φυλάττεσθαι τῇ ἀφωρισμένῃ χρείᾳ. εἰ δὲ παραβῇ ὁ ἄρχων οἴκοθεν ταῦτα καταβάλλει. χρὴ γὰρ ἀμείωτα τά τε δημόσια καὶ τὰ πολιτικὰ φυλάττεσθαι.

Eadem latinè,

Constitutio vult singulas prouincias insinuatoribus sacrarũ literarum vel generalium Cõstitutionum vel publicorum commonitoriorum vel statuarum sex duntaxat solidos dari, & ab eo qui amplius acceperit, quadruplum reddi, hoc inhibente præside & episcopo & primoribus ciuitatis, omnique tam ciuili quàm fiscali adminiculo, nisi velit episcopus in principis indignationem incurrere, Præses bonis & dignitate & ciuitate multari. Curet autem officium nec descriptionem fieri ex iis causis vltra sex aureos, nec ab inuitis, & ab accipiente quadruplum inferri. At cùm ciues seipsos volunt describere operis publici vel frumenti coëmendi causa, & hoc sibi cõcedi à principe petunt, nihil oportet lædi ex hac causa, ne sacerdotes indignationem eandem incurrant, præsides dignitatem amittant & publicentur: officium in corpus torqueatur, nisi

principi

detulerint, quicquid contra hanc constitutionem fuerit admissum. Possunt enim descripti resistere describētibus, vel si nequeant resistere, licet eis inuocare præsidem, & deferre principi. Sed non oportet patres ciuitatum vel sitonas vel susceptores ex reditibus quos habent in manu, quidquam præbere, sed eorum quantitatem destinatæ necessitati seruare debent. Quod si præses violarit, de suo eos reditus implebit. Fiscales enim & ciuiles res imminuta seruari necesse est.

CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS EX REPETITA PRAELECTIONE FINIS.

Deo optimo maximo laus & gloria.

ANTONII CONTII CHRONICI CANONES.

CERTISSIMA DEMONSTRATIO primæ hominū ætatis & temporis quod fluxit à mundi initio vsque ad totius orbis terræ diluuium, ex 5. cap. Geneseos, iuxta editionem LXX. & Hebraicam.

PRIMA ÆTAS.

ADAM protoplastus & primogenitus omniū hominum, cunctarum artium & literarum & disciplinarū primus, & summus inuētor, omnium animalium, arborum, herbarum & naturarū, cuiusq; primus nomenclator, & optimus nominum impositor, à cuius perfectione, naturali temperamento, intellectu, & cæteris animi dotibus multum aberrauit omnis posteritas, primum temporis numerum ex annorum vitæ suæ computatione, velut quidam Monarcha & consul edidit, nempe totis 230. annis, secundum LXX. vel 130. secundum Hebr. quibus nondum successorem ediderat. nam his annis cōpletis edidit Seth successorem & filium, qui simul ac natus est,

ANNO MVNDI.	
Secūdū lxx. interpre.	Secūdū Hebr. editionem.
230	130

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

	Secun. 70. interpret.	Secun. Hebr. editio.
cæpit quasi fastis mox adscriptus ex persona sua temporis numerum cõtinuare.		
Seth igitur ab anno mundi 230. vel 130. quo in lucem editus est, vsque ad annum 205. vel 105. quo filium & successorem Enos sibi genuit, eosdem fastos occupauit, id est vsque ad annum mundi	435	235
Enos similiter à die suæ natiuitatis vsq; ad annum 190, vel 90. suæ ætatis fastos occupauit, id est vsq; ad annum mundi	435	325
Cainam etiam à prima sua natiuitate vsque ad annum suæ ætatis 170. vel 70. quo filium Malaleel successorem reliquit, fastos impleuit, id est vsque ad annum mundi	705	395
Malaleel vsque ad annum ætatis suæ 165. vel 65. quo Iared filium successorem dedit, fastos & tempora signauit, id est, vsque ad annum mundi	960	460
Iared vsque ad annum suæ ætatis 162. secundum vtranque editionem hîc consentientem, quo anno filium Enoch successorem edidit, eadem tempora signauit, id est, vsque ad annum mundi	1122	622
Enoch à sua natiuitate vsque ad annum ætatis suæ 165. vel 65. quo Matusalem filiũ & successorẽ dedit, eadem tempora signauit, id est, vsq; ad annũ mundi.	1287	687

			Secũdũ edit. 70 quã sic emẽdari debere August. & Hier. aiunt:	Secũdũ editionẽ Græcam 70. quæ hodie ab Aldo, & Cõplut. & Germanis impressa circũfertur,
Matusala à sua natiuitate vsque ad annum suæ ætatis 167. secundum 70. interpr. (qui auctore August. lib. 15. de Ciuit. Dei. cap. 10. & 11. minus 20. annis habent quàm Hebræi) vel secũdum Hebr. anno ætatis suæ 187. quo Lamech filium & successorem reliquit, eadem tempora signauit, id est vsque ad annum mundi	1454	874	1474	1474
* Sed omnes hodie Græca edition. septuaginta interpretum ab illo numero aberrãt, quem iis adscribit Augustinus, & Aldina editio habet 187. quomodo & Hebraica, nec negat August. sic debere emendari editionem septuaginta. Hieronymus verò diserte astruit mendosam esse hoc loco eorum editionem, & pro 167. reponendum 187. vt est in Samaritanis & Hebræis libris, sicq; le-				

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

	Secundū 70. int.	Secundū Hebr.	Secundū edit. 70.	Sec. edit. Græcā.
git Nicephorus in Chronicis nuper typis excusis: & sic quoque Iosephus legit: cum in aliis sequatur editionem septuaginta interpretum, non Hebraicam. & sic videtur emendandum, vt tollatur illa obiectio, qua videretur aliqui Matusala vixisse post diluuium xiiij. annis.				
Lamech à sua natiuitate vsque ad annum suæ ætatis 188. secūdū septuaginta interpret. vel 182. secūdum Hebraicam editionem, quo filiū Noë successorem reliquit, eadem tēpora signauit. Sed eius quam diximus absurditatis tollendæ causa putant Augustinus & Hieronymus editionē septuaginta interpretum emendandam secundum Hebraicam, vt pro 188. legatur apud eos 182. vt & in Hebr. sed & si nihil hîc emendetur, vt sanè nihil	1642	1056	1656	1662

à Posteris

	Secundū 70. int.	Secundū Heb. ed.	Secundū edit. 70.	Sec. edit. Græcā.
à posteris emendatum est, nihil absurdi sequetur. sic enim fiet, vt sex ante diluuiū annis mortuus fuerit Matusala.				
Noë à sua natiuitate vsque ad annū ætatis suæ 500. secundum vtranque editionem, quo genuit Iaphet & Cham & Sem, eadem tempora signauit, id est ab annis mundi suprascriptis, vsque ad annos mundi adscriptos. Sed verisimile est Iaphet maiorem natu filiorum Noë illo anno ætatis Noë 500. natum fuisse, Cham verò anno sequente.	2142	1556	2156	2162
Idem Noë à natiuitate primi filiorum (puta Iaphet) vsque ad natiuitatem vltimi filiorum, id est Sem, per biennium eadem tempora signauit, id est, vsque ad annū mundi	2144	1558	2158	2164

Id ex eo probatur, quòd Sem biennio demū post diluuium dicitur esse 100. anno. ergo natus est 98. ante diluuium.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

	Sec lxx. interpr.	Secundũ Heb. ed	Secundũ edi. lxx.	Sec. editio Græcã.
Idem Noë à natiuitate sui filij Sem per alios 98. annos, id est vsque ad diluuium cum filiis suis eadem tempora signauit, id est, vsque ad annũ mundi	2242	1656	2256	2262

Diluuium, seu diluuio (vt ait Censorinus.)
Finis primæ hominum ætatis

SECVNDA AETAS.

Certissima demonstratio secundæ hominum ætatis & temporis quod fluxit à diluuio vsque ad natiuitatem Abrahæ, ex cap. xj. Gen. & iij. cap. Luc. Euangelistæ.

NOE, Sem, Cham, Iaphet ijdem qui fuerant primæ ætatis terminatores, ijdem secundæ principes & inchoatores fuerunt. Nam à diluuio biennium ad hæc tempora signauerunt, quo biennio post diluuium, Sem genuit Arphaxat successorem, id est vsque ad annum mundi	2244	1658	2258	2264
Arphaxat à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 135. vel secundum Heb. 35. eadem tempora				

	Secundũ 70. int	Secundũ Heb. ed.	Secundũ edit. 70.	Sec. editio Græcã.
pora signauit vsque ad annum mundi 2379. quo genuit Cainam secundum 70. & Lucam Euangelistam, vel quo genuit Sala, secundum Hebraicam editionem.	2379	1693	3393	2399
Cainã à natiuitate sua vsque ad annũ ætatis suæ 130. secundum septuaginta. (nam in Hebraica editione omittitur) quo anno genuit filium successorem Sala, eadem tempora signauit.	2509	*	Secundũ edit. Origen. qui obelo confodit hunc annum ex 70. int. quem sequitur Euseb. & lat. eccl.	2529
Sala à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 130. secundum septuaginta interpret. vel 30. secundum Hebr. quo genuit Heber filium & successorem, eadem tẽpora signauit, id est vsque ad annũ mundi 2639.	2639	1723	2509	2659
Heber à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 134. secũdum septuaginta, vel 34. secundum				

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

	Sec. lxx interpr.	Secundũ Hebr.	Sec. edit. Origẽ.	Sec. edit. Græcã.
Hebr. quo genuit filium & successorem suum Phaleg, eadem tempora signauit, id est vsque ad annum mundi	2773	1757	2643	2793
Suidas &c. dicunt turrim Babylonicam ædificatam esse 525. anno post diluuium, qui est annus ætatis Heber 128. sic & Isidorus ait, sub hoc Heber ædificari cœptam turrim, sed ex sacris literis certò definiri non potest, quo anno cœperit ædificari.				
Phaleg à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 130. vel secũdum Hebræos 30. quo anno genuit Ragau filiũ & successorem, eadem tempora signauit, id est vsque ad annum orbis	2903	1787	2773	2923
Refert scriptura huius Phaleg tempore diuisam fuisse terram. nec annum addit. certum est hanc di-				

	Sec. lxx. interpr.	Secundũ Hebr.	Secundũ Orig.	Sec. recẽtiores Græcos.
uisionem mox factam esse post linguarum in Babylonis ædificatione confusionem, quia eadem scriptura refert eos priusquã ab inuicem discederent, id est, terras partirentur, consilium cepisse turris ædificandæ.				
Ragau à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 132. vel secundũ Hebræos * *32. quo anno genuit Seruch filium & successorem, eadem tempora signauit, id est vsque ad annum mundi*	*aliàs 35. 3036	1819	2905	3056
Seruch à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 130. vel secundum Hebr 30. quo anno genuit Nachor filium & successorẽ, eadem tempora signauit, id est vsque ad annum mundi	3165	1849	3035	3185
Suidas scribit sub hoc Seruch ortam idolorum insaniam vsque				

	Sec. lxx. interpr.	Secun. Hebr.	Secundū Orig.	Sec. edit. Græcā.
ad Tharam patrem Abrahæ defluxisse, cuius nomine ipse Thara à filio Abrahamo obiurgatus est.				
Nachor à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 79. secundum septuaginta interpret. vel anno 29. secundum Hebr. quo anno genuit Tharam filium & successorem, eadem tempora signat anno mundi	3244	1878	3114	3264
Thara terminator secundæ ætatis à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ 70. secundum vtranque editionem, quo anno genuit filium & successorem Abrahamū, futurum tertiæ ætatis principem, eadem tēpora signauit vsque ad annum mundi	3314	1948	3184	3334

Orosius lib. 1. cap. 1. sequitur hanc computationem, vt & Euseb & Epipha. Finis sec

Finis secundæ ætatis quæ est 1072. annorum secundum meram editionem septuaginta interpretum, [quam sequitur Augustinus, Isidorus &c.] & secundum editionem Origenis 942. annorum, & secundum editionem Hebraicam 292. annorum. Beda hanc diuersitatem non satis apertè exprimit, ac multo minus conciliat.

TERTIA ÆTAS.

Certissima demonstratio tertiæ hominum ætatis & temporis quod fluxit à natiuitate Abrahæ vsque ad annum primum regni Dauidis, partim ex Genesi, Exodo, Numeris, Deuteronomio, partim ex libro Iesu Naue.

Semiramis eodem tempore regnat apud Assyrios quo Abrahā apud Hebræos. Porphyrius eā facit Moyse posteriorem, quę Inachum præcessit annis 150. qui tamen videtur sequutus esse Tertullianum apolo

ABRAM primus in patriarchis, in quem sanctificatus est populus Israëliticus antequam à Deo reiiceretur, pater circuncisionis, & pater omnium credentium per præputium, non iis tantum qui sunt ex circuncisione, sed & iis qui sectantur vestigia fidei, quæ est in eius præputio, qui & sacras literas inuenit, & linguam Hebraicam artificiosè disposuit (auctore Suida) ex qua cæteræ manarunt, princeps & inchoator tertiæ ætatis, à prima sua natiuitate vsque ad annum ætatis suæ septuagesimumquintum, secundum omnes editiones Geneseos, cap. 12. quo anno Deus cum Abraham testamentum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

		Sec. lxx. interpr.	Secund. Hebr.	Secundū Orig.
get. cap. 19. vt est in manuscrip. nam impressi emédati sunt ad cano. Eusebian.	*stamentum & repromissionem fecit, & verborum sponsionem & repromissionem interposuit, fore vt in eo benedicerentur omnes cognationes terrae, prima tertiae aetatis tempora signauit, vsque ad annum mundi*	3389	2023	3259

VETVS TESTAMENTVM.

Hoc vetus Testamentum seu repromissio, magnam huius aetatis partem signat, nempe à primo huius repromissionis anno vsque ad quadringentesimum tricesimum ab hac repromissione annum, quo anno Israel exiuit de Aegypto, & lata est lex in monte Sina, vt dicitur Exod. cap. 12. & apud Paulum in epistola ad Galatas cap. 4. Id est vsque ad annum mundi 3819. secundum septuaginta, vel 2453. secundum Hebraeos, vel 3689. secundum Origenis editionem. Verùm & ex aliis scripturae locis totum hoc tempus minutius &

specialius

		Sec. lxx. interpr.	Secun. Hebr.	Secundū Orig.
	specialius dissecabimus, ita tamen vt in eorum perfectam demonstrationem, & hunc summum calculum aduocemus.			
Abraham natus circiter centum ann. videt horrendū incendium Sodomorum &c. vrbium. Gene. 19.	*Idem igitur Abraham ab anno aetatis suae 75. quo repromissionem accepit, vsque ad annum aetatis suae centesimum, secūdum omnes editiones, quo anno filium & successorem Isaac genuit, eadem haec tempora signauit per sequentes vigintiquinq; annos, id est, vsque ad annum mundi*	3414	2048	3284
	Isaac ab anno aetatis suae primo, vsque ad annum aetatis suae sexagesimum quo genuit Iacob filium & successorem, secundum omnes editiones Gene. cap. vigesimoquinto,			

eadem

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

		Sec. 70. interpr.	Secun. Hebr.	Secundũ Orig.
	eadem tempora signauit, id est vsque ad annum mundi	3474	2108	3344
Inachũ his tẽporibus fuisse ait Eusebius in præfatio. chronic.	*Iacob à natiuitate sua vsque ad annum ætatis suæ nonagesimum primum, quo genuit Ioseph filium & successorẽ, eadem tempora signauit, id est vsque ad annũ mundi*	3565	2199	3435
	** Quod 91. suæ ætatis anno genuerit Ioseph, id non disertè affirmatur in scriptura, sed per necessariam illationem, ac variorum locorum comparationem elicitur, hoc modo, Ioseph cum explicat somniũ Pharaoni, est xxx. annorum. Genes. 41. Idem cum patrem per fratres accersit, est annorũ 39. Genes. 45. ex eo quod illic ait, tunc secũdum sterilitatis annum agi.*			

ergo

		Sec. 70. interpr.	Secun. Hebr.	Secundũ Orig.
	ergo septem iam anni fertilitatis, & duo sterilitatis fluxerant, ex quo anno erat triginta annorũ. Porro eodem anno pater eius deuectus in Aegyptũ dicit Pharaoni se agere annum ætatis centesimum tricesimum. Gen. 47. Subducatur igitur de eius ætate, ætas Iosephi quæ erat 39. ann. relinquentur 91. anni, quibus Iosephum genitum ab eo necesse est.			
	Ioseph à natiuitate sua vsque ad annũ ætatis suæ 110. quo mortuus est, secundũ omnes editiones Gen. ca. vlt. eadem tẽpora signauit, id est vsque ad annum mundi	3675	2309	3545
Inachum Argiuori regem his tẽpo-	*Hebræorum seruitus à morte Ioseph, vsque ad exitum de Aegy-*			

pto, annos

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

		Sec. 70. interpt.	Secun. Hebr.	Secundũ Orig.
ribus regnasse tradunt Clemés, Tatianus, Iosephus, & Africanus, quos tamé nõ sequitur Eusebius. Item Porphyrius facit Inachú Mose posteriorem plus quã 150. ann. qué nec sequitur Eusebius. A tépore Mosis ætas hominũ cœpit esse centum viginti annorũ, totidé enim vixit. Ioseph. lib. 1. cap. 14. Anno 3.	pto, annorum centum quadraginta quatuor eadem tẽpora signat, id est, vsque ad annum mundi	3819	2453	3689
	Hoc autem tempus seruitutis Hebræorum 144. annorũ fuisse disertè scriptura nõ asfirmat, sed cum à testamẽto & repromissione Dei cum Abrahamo vsque ad mortem Ioseph compleantur anni 286. vt suprà demonstratũ est, populus autem exierit de Aegypto anno promißionis 430. consequitur vt durarit hæc seruitus 144. ann. quæ anno. summa desideratur ad complẽdum numerũ 430. annorum.			
	Primo anno exitus de Aegypto lex Dei promulgatur in eremo in monte Sina.			

Ab hoc

		Sec. lxx. interpr.	Secun. Hebr.	Secundũ Orig.
regni Danai Argeorum regis, moritur Moses.	Ab hoc loco vsque ad ædificationem templi sub Salomone Tertius Regum liber numerat ann. 480. quos seruare conabimur.			
	Moyses ab exitu Israel de Aegypto quẽ ipse eduxit, vixit & præfuit populo 40. annis, secundum omnes editiones. Numer. 14. Psalm. 94. Paul. Hebræor. cap. 3. quod etiam ex ætatis eius comparatione necessario colligitur. Exod. 7. & Deuteronom. vlti. Ideóq; ab illo exitu vsque ad mortem suam ea tempora signat, id est vsque ad annum mundi	3859	2493	3729
	Hactenus ex pentateucho Mosis omnis annorum numerus & summa necessario demonstrata est.			

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Particularis illorum 480. annorum numeratio & dissectio à morte Mosis nō probatur perpetuo disertis scripturæ verbis, sed partim ex lib. Iudicum, partim ex Iudæorum veterum traditionibus colligitur, quas Eusebius & Augusti. secuti sunt.

Quod quidam tradūt à morte Mosis vsque ad Samuelé esse 350. ann. & ex act. apost. c. 13. (vbi tamē Græci Latiníque libri habent 450. quā lectioné temerè Lutherus & Funccius emēdandā putant) perperam illum locū intelligūt, cum ex latina transla-

Iesus Naue à morte Mosis vsque in diem mortis suæ, præfuit populo annis viginti septem, septem scilicet annis diuisit terram, & aliis viginti annis bella gessit. Quod ad septem annos diuisionis attinet, hi rectè probantur, cap. 14. Iesu Naue cæteri viginti anni non probantur disertis scripturæ verbis. hanc tamen computationem sequuntur Clemens primo Stromat. Eusebius in chronic. Augustinus libro 18. de Ciuitate Dei, cap. vndecimo, Isidorus libro 5. Etymologiarum, & Hugo Parisiensis in Chronolog. Iosephus libro 5. Antiquitatum, in Græco ait eum præfuisse viginti quinque annis, sicut & Zonaras Græcus eum, vt probabile est, secutus, sed Latina Iosephi tralatio, vulgo Rufini credita, vigintisex annos habet, vt & Beda libro de Natura rerum. sed puto & Latinam Iosephi tralationem & Bedam esse mendosum, cum idem postea dicat Eusebium duos annos dedisse Iesu Naue amplius, quàm Iosephus tribuerit, vt Elonis annos,

tione liqueat eos 450. ann à natiuitate Isaac vsque ad septimū annū Iosue esse computandos. fiūt enim 447. anni, id est, ferè 450. anni, vt ibi dicitur ὡς &c

annos, quē ex auctoritate septuaginta interpretū expunxerat, alicūde sarciret: nos Eusebium hoc loco sequemur, vt præfuerit Iesus vsque ad annū mundi

Secundū 70. int.	Secundū Hebr.	Secun. Orig.	
3886	2520	3756*	*lxx. interpre. si ex Iosepho continuentur, ann. 3884.

Mortuus est 100. annos natus. Ios. vlt.

Funccius verò ei 32. annos tribuit, nec cur id innouet, vllā rationē reddit, nisi quòd postea eos confundit cū 40. annis quibus in libro Iudic. quieuisse dicitur terra sub Othoniel, qui iudex fuit per octo annos. itaque reliquos 32. annos tribuit Iosue, sed absque

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

	Sec. 70. interpr.	Secun. Hebr.	Secundū Orig.	
iudicio & ratione, vt post ostendam.				
Post mortem Iesu Naue filij Israel subiecti fuere alienigenis, annis 8. & tunc dedit Deus eis iudicē Othoniel Iudic. 3. Sub hoc Othoniel terra eorū quieuit 40. annis. ita fiunt 48 anni. Sed Eusebius ex Hebræorum traditione ait illos 8. annos iungi debere 40. annis Othonielis, & eorum partem facere, vt illi 40 anni peruenerint vsq; ad annum mundi	3926	2560	3796	3924
Clemens Alex. in 1. Stromate & Nicepho. in chronicis, separatim ea tempora computant, sed nos Eusebiū sequi maluimus.				
Post mortem Othoniel Hebræi subiecti fuere alienigenis, ann. 18. & postea habuerunt iudicem Aoth, qui iudicauit annis 80. Iudic. cap. 3. sed secundū Hebræorum traditiones quas				

sequitur

	Secundū lxx. int.	Secun. Hebr.	Secun. Orig.	
sequitur Eusebius: illi 18. anni iunguntur his 80. annis, vt hi peruenerint vsque ad annum mundi	4006	2640	3876	4004
Post mortē Aoth alienigenæ vehementer opprimunt Israelitas per viginti annos. Iudic. 4. qui anni ex eadem Iudæorum traditione quos sequitur Eusebius, iungūtur annis Delboræ & Barach quos suscitauit Deus, qui dicuntur iudicasse 40. annis. Iudic. 5. cap. id est vsque ad annum mundi	4046	2680	3916	4044
Post mortem Delboræ, Hebræos tradidit dominus in manu Madian septem annis. Iudic. 6. post quos suscitauit eis iudicem Gedeonem, sed illi septem anni, quadraginta annis quibus Gedeon iudicasse dicitur. Iudic. cap. 8. iunguntur, eorúmque partē faciunt ex eadem traditione, & perueniunt ad annū mundi	4086	2720	3956	4084

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

	Sec lxx. interpr.	Secun. Hebr.	Secun. Orig	
Post mortē Gedeonis regnat filius eius Abimelech 3. annis. Iudic. cap. 9. id est, vsque ad annum mundi	4089	2723	3959	4087
Post mortem Abimelech iudicauit Israëlem Thola fratruelis Abimelech, annis 23 Iudic. cap. 10. id est, vsque ad annū mundi	4112	2746	3982	4110
Iair deinde iudicauit per 22. ann. Iudic. ca. 10. id est vsque ad annum mundi	4134	2768	4004	4132
Post mortē Iair Hebræos in ditionem redigūt Ammonitæ ann. 18 Iud. c. 10. qui tamen anni cū tēporibus Iepte * *& sequentiū iudicū*				

* Iepte initio sui principatus ait à Mose quo tempore pugnare cœpit cū gentibus, vsque ad sua tempora cōputari annos 300. Iudic. ca 11. ex quo cōfirmatur Iudeorum traditio, qui annos breuiant, &

compus

cōfutatur eorū cōputatio, qui integros sigillatim cōputant, vt Clemētis, Nicephori, &c.

	Sec. lxx interpr.	Secundū Hebr.	Secundū Orig.	
computantur secundum traditionem supradictam. Nam post Iair, Iepte iudicauit annis sex. Iudic. cap. 12. id est, vsque ad annum mundi	4140	2774	4010	4138
Post Iepte, iudex fuit Esebon, septē annis, Iudi. c. 12. id est, vsque ad annū mundi	4147	278	4017	4145
Post Esebon iudex fuit Aelon decem annis. Iudicum cap. 12. secundum Hebraicam editionē, sed Eusebius ait, hūc non haberi apud septuaginta interpretes, hodie autē habetur in vulgata editione Græca, additus nempe ab Ori-				

BELLVM Troianū.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

	Sec. lxx. interpr.	Secund. Hebr.	Secundū Orig.	
gene sub Asterisco, sed Iosephus cum computat.				
Labdon deinde iudex fuit annis octo, vt dicitur Iudic.cap.12. id est, vsque ad annum mundi	4155	2789	4025	4163

Tertio anno Labdon iudicis Hebræorum Troia post decennale bellum capta est.

TROIA CAPTA.

Latinis (qui pòst Romani dicti) tertio vel, vt alij volūt octo post Troiā captam anno, Æneas regnat annis tribus.

Colligitur omne tempus à natiuitatis Abrahæ anno 1. qui erat annus Nini 43. Europis 2.
Secundum Hebræos anni 835
Secundum Assyrios anni 835
Secundum Sicyonios anni 835

A quinto & tricesimo anno ætatis Moysi, qui fuit primus annus Cecropis, primi Atheniensium regis, vsque ad captiuitatem Troiæ, & 23. annū Mnesthei Atheniēsis regis, cuius meminit Homerus, anni 375.

A captiuitate Troiæ vsque ad primā Olympiadem numerantur anni 406.

Post Labdon, Hebræos in ditionē redigunt alienigenæ

	Sec. lxx. interpr.	Secun. Hebr.	Secundū Orig.	
alienigenæ annis 40. Iudi.13. Sed hi 40. anni imputantur annis sequentium Iudicū ex eadem traditione quā sequitur Eusebius hoc est tam 20. annis quibus Sampson præfuit, quàm annis illis quibus Heli iudex fuit. Iud.cap.15. Sampson igitur viginti annis iudicauit, id est vsque ad annū mundi	4175	2809	4045	4183
Hucusque ex libro Iudicū tempora demonstrātur, sequentia autem ex libris Regum.				
Post Sampson, Heli sacerdos Iudex fuit annis 40. 1. Regum, cap.4. secundum				

Quidam cūt Hebrū fuisse 10. an- Sampson.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Quidam autē Homerum fuisse circa annum 8. Samuel. Dissentientes de eius tempore opiniones colligit hîc Eusebius.

Quidam Homerū credunt sub Dauide vixisse. Eusebius.

	Sec. lxx. interpr.	Secundū Hebr.	Sec. edit. Orige.	
Hebraicam editionē, vt ait Eusebius, quam hîc sequitur, non autem editionē septuaginta interpretum, quā ait habere duntaxat viginti annos: tametsi Græca hodie impressa quadraginta annos habēt. Ergo Heli præfuit vsque ad annum mundi	4215	2849	4085	4213
Heli successit Samuel & Saul, qui præfuerunt vsque ad David annis quadraginta, vt dicitur Actor. cap. 13. Beda tamē ait tempus eorum disertè non exprimi in scriptura: & ideo Iosephū sequendū, qui 32.				

annos

	Sec. lxx. interpr.	Secun. Hebr.	Secun. Orig.	
annos duntaxat eis tribuit, & ideo iam in hunc annum eius computatio in cōcordiam redit, id est vsque ad annum mundi	4255	2889	4125	4255
Finis tertiæ ætatis vsque ad Dauid.				
QVARTA AETAS.				
DAuid primus ex tribu Iuda regnauit apud Hebræ. annis 40. secūdū omnes editiones, nempe septem annis & sex mensibus in Hebron, & 33. in Hierusalem 1. Paralip. cap. 3. & 2. Regum, cap. 5. id est, vsque ad annum mundi	4295	2929	4165	

Renouatur Dauidi promissio & testamentū factum Abrahæ.

Post

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

	Sec. lxx. interpr.	Secun. Hebr.	Secun. Orige.	Kartha go cōdita. sic colligit hoc loco Eusebius.
Post mortem Dauid regnauit Salomon filius eius quatuor annis, atque tum cœpit ædificare templum Domini, quod annis septem perfectum est. 1. Reg. 3. Eusebius legit VIII. *secundum omnes editiones. 3. Reg. cap. 6. id est vsque ad annum mundi*	4299	2933	4169	

Ab exitu Israelis ex Aegypto vsque in hūc annum tertius regnorū liber ca. 6. colligit 480. annos, qui etiam ex particularibus annorū partitionibus à nobis positis ab illo anno, vsque ad præsentem annum, rectè & exactè conficiuntur hoc modo.

Moses post egressum de Aegypto, præfuit annis 40.
Iesus Naue annis 27.
Othoniel annis 40.
Aoth annis 80.
Delbora annis 40.

Gedeon

Gedeon annis 40.
Abimelech annis 3.
Thola annis 23.
Iair annis 22.
Iepte annis 6.
Esebon annis 7.
[*Elon*] *
Labdon annis 8.
Sampson annis 20.
Heli annis 40.
Samuel & Saul 40.
Dauid annis 40.
Salomon vsque ad inchoationem templi annis 4.
Summa omnium annorū suprascriptorum 480.

* *Omittitur in mera editione 70. interpretum, & ab Euseb. quoque in Chronicis canonibus, anni eius prætermittuntur. Hebraica autē editio tradit eū præfuisse annis decem.*

*Admonendi sumus, omnes particulares computationes suprascriptas disertis verbis librorum Iudicum & regnorum comprobari, exceptis vigintiseptem annis Iesu Naue. verùm cum cæteri numeri disertè probati sint, & ad complendam summam 480. annorum, quos tertius regnorum liber exigit, totidem anni desiderentur: necessaria quoque illatione fiet, vt totidem anni Iesu Naue tribui debeant, si puram ac meram editionem septuaginta interpretum quam habuit Eusebius teste Hieronymo multis locis, sequi malimus cum Eusebio, cuius sanè auctoritas & magna in discernendis editionibus cautio & eruditio me valde permouent. Si quis tamen ex Hebraica edition*e

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

tione putauerit Elon suo loco ponendum, cum decem annis quibus præfuit, non repugnabo. sed eo casu septemdecim duntaxat anni Iesu Naue relinquentur ad præfatam summam 480. annorum. Equidem Iosephi suprascriptam computationem secutus essem libens cum Beda viro acerrimi iudicij, nam & Elon cum suis decem annis ponit, & Iesu Naue 25. annos adscribit, sed quæ ratio Bedam impulit, vt eum sequeretur, ea me contra reuocauit. Nam Iosephus tribuit Saul & Samuel 32. annos duntaxat, ac idcirco eum sequendum dicit Beda, quia quot annis illi regnauerint, nusquam in scriptura sancta exprimatur. sed id falsum est. nam Paul. Actor. cap. 13. tribuit Samueli & Sauli quadraginta annos, quo loco fortè permotus Eusebius totidem eis annos adscripsit, tametsi locum Pauli non citet.

Hac igitur certissima computatione demonstrata, quantum editionum patitur diuersitas, si cui vacauerit cæteros chronographos euoluere, mira occurrent errorum portenta, & audax nouandi frons, neglecta veterum lectione, nec vlla eorum mentione facta. Primum enim Ioannes Funccius omnium qui nostro tem pore Chronologias scripserunt, exactissimus, in hac tamen computatione multipliciter errasse deprehendetur. Falso enim ait inter Iair & Iepte fuisse interregnum 18. annorum, quia id scriptura nusquam prodit. quin illi 18. anni, perinde ad sequentium Iudicum tempora pertinent, vt anni quadraginta, qui inter Elon & Sampson assignantur, ad sequentes,

Sampson puta, & Heli. In summa hoc mihi concedi postulo, vt aut illi anni quibus populus oppressus fuisse dicitur, semper adscribi debeant sequentium Iudicum annis, aut numquam. Si numquam adscribi debere dicetur, iam manifestus error consequetur, vt pro 480. annis, quos scriptura colligit, sexcenti ferè anni colligantur, vt ait Eusebius in præfatione Chronicorum canonum. in quem tamen errorem delapsi videntur Clemens Alexandrinus primo Stromatum, & Nicephorus in Chronologia nuper formis excusa, si modò illi libri, aut numeri mendosi non sunt, sed ita ab auctoribus scripti. Nam tanta est omnium librorum, ac præsertim Græcorum in hoc genere mendositas, vt nemo quamuis doctissimus, ex hac computandorum temporum perplexitate euasurus sit, nisi sibi certam aliquam normam, & demonstrationem atque viam constituerit, eámque ex certioribus & minus mendosis libris collegerit. Nam nec ab his mendis omnino puri sunt biblici libri, præsertim impressi, ac maximè Græci. Cæterum multò certiores esse libros Latinos omnis generis manuscriptos, omnibus Græcis, ipsa ratio atque experientia me docuit. Si verò semper adscribi debere dicent sequentium Iudicum annis, iam necessariò nostræ computationi assentientur. Si verò interdum adscribent, interdum verò non adscribent, videant ne id sit pro arbitrio sacrosanctam scripturam fœdare & contaminare. Sed & quod idem Funccius octo duntaxat annos Othonieli adscribit,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

scribit, non vt nos 40. in eo deprehenditur disertis scriptura verbis palam contradicere, quæ tradit in eius morte terram quieuisse quadraginta annis. Denique falsò asserit, eandem scripturam annos Othonielis confundere cum annis Iesu Naue, quando quæcumque narrantur in libro Iudicum, sic narrantur, vt quæ post mortem Iesu Naue acciderint. Ex hoc tamen velut falso fundamento iacto, illud efficere molitur, Iesum Naue præfuisse annis 32. qui scilicet deductis octo Othonielis annis supersunt. Et de Funccio hactenus, quem tamen ob alia permulta acutè & doctè animaduersa, summis laudibus ornandum censeo. In Bibliis quibusdã lingua Francica impreßis adnotatum reperi (sine nomine auctoris) Iosue quadraginta annis, & Othoniel quadraginta itidem annis præfuisse, & vt ea computatio congruat summæ 480. omittuntur illic vigintiduo anni Iair, qui tamen ei disertè dantur Iudicum cap. 10. Quid facias huic licentiæ? omnia licebunt, & scripturam velut quandam normam Lesbiam ad contortas quaslibet opiniones trahere licebit, si hæc licebunt. Diutius quàm vellem hîc immoratus sum, vt hoc penitus hominum mentibus infigerem, non temere cuiquam assentiendum, præsertim in rebus maximi momenti. Nunc ad institutum opus ex hoc diuerticulo reuertamur.

Post inchoationem templi regnauit Salomon alijs trigintasex annis, vt impleatur numerus annorum

	Sec lxx. interpr	Secundũ Hebr.	Secundũ Orig.
norum quadraginta, quibus regnasse dicitur, tertio Regum, cap. vndecimo, id est, vsque ad annum mundi	4335	2969	4205
Post Salomonem diuisum est regnum Hebræorum in Roboam regem Iuda, & Ieroboam regem Israel, id est regem cæterarum tribuum, excepta tribu Iuda. Verum tempora computantur per annos regni Iuda, & regum Iuda ex quibus ortus est Christus. Regnauit igitur Roboam post patrem Salomonem annis 17. vt dicitur 3. Regum, cap. 14. & 2. Paralipome. cap 12. id est, vsque ad annum mundi	4352	2986	4222
Post Roboã regnauit filius eius Abia 3. annis, 3. Reg. cap. 15. id est vsque ad annum mundi	4355	2989	4225
Post Abiam regnauit filius eius Asa Iustus 41. annis. 3. Regum, cap. 15. id est vsque ad annum mundi	4396	3030	4266
Post Asam regnauit filius eius Iosaphat Iustus, annis viginti quinque, tertio Regum cap.			

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

	Sec. 70 interpr.	Secun. Hebr.	Secundũ Orig.
vltimo, primo Paralipomen. cap decimonono, id est vsque ad annum mundi	4421	3055	4291
Post Iosaphat regnauit filius eius Ioram annis octo. 4. Regum cap. 8. *	4429	3063	4299

* Sed ex his octo annis Ioram, Funccius quatuor, tantùm eius regno proprios relinquit, & ex eius persona quatuor, dumtaxat annos computationi temporum addit, cæteros quatuor annos cum regno patris eius. Iosaphat confundit, Nos totos octo annos, quibus disertè dicitur regnasse, specialiter ei attribuimus, sequuti Eusebium, Isidorum, Bedam, & cæteros Græcos, Latinósque chronographos. Funcciũ hominem vigilantissimum atque acutissimum mouit incredibilis scripturarũ inter se contrarietas, quæ aliter conciliari posse non videbatur, quàm si interpretaretur. Ioram filium Achab cœpisse regnare sub Ioram rege Iuda, non quidem solo, sed cum patre regnante: contra vero Ioram regem Iuda solum regnare

gnare cœpisse sub illo Ioram filio Achab. Siquidem liber tertius Regum cap. vlti. tradit Ochoziam filium Achab regnare cœpisse in Israel anno 17. Iosaphati, & regnasse annis duobus. dein lib. 4. Reg. cap. 1. ait Ochozia mortuo fratrem eius Ioram eiusdem Achab filium pro eo regnasse. consequens igitur erat eum regnare cœpisse anno 18. desinente, aut 19. incipiẽte regni Iosaphat: vt rectè traditur 4. Reg. c. 3. Atqui lib. 4. Reg. c. 1. dicitur eum cœpisse regnare anno 2. Ioram (filij scilicet Iosaphati) qui tamen non nisi post 25. annum regni paterni regnare cœpisse videri posset. Præterea huic sentẽtiæ repugnat alius locus 4. Reg. c. 8. vbi scribitur Ioram filium Iosaphat regnare cœpisse anno quinto Ioram filij Achab. Nam si Ioram filius Iosaphat regnare cœpit anno 5. Ioram filij Achab, fieri nequit vt Iorã filius Achab regnare cœperit sub Ioram filio Iosaphat. Hæc Funccium (vt dixi) permouerunt, vt superiorem subtilitatem excogitaret, quæ tamen nec satisfacit omni omnino obiectioni. Equidem vtvt sit, in eam concessissem, nisi me septuaginta interpretes reuocassent, quorum Aldina & Germanica editio pro secundo anno Ioram, vicesimumprimum annum Iosaphat habet 4. Reg. ca. 1. quæ lectio totam ferè discordiam componit. Editionem Complutensem hic nihil moror, quia in illa Græca fuere emendata ad exemplum Hebraicorum è regione impressorum, dum librorum correctores nihil sani, nihil integri relinquunt. Supererit illa tantũ dubitatio, cur non 18. aut

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

19. anno Iosaphat dicatur Ioram filium Achab re-
gnasse, sed anno demum 21? nam duobus annis tan-
tum regnarat Ochozias, & regnare cœperat 17. Io-
saphati anno, vt eadem habet editio. Verùm & huic
scrupulo ita satisfiet ex eadem editione. Græca enim
editio non nominat Ioram sed Ieroboam filium A-
chab, & eum 21. anno Iosaphat cœpisse regnare scri-
bit. Ergo alius intelligi debet ille Ioram, siue vt sep-
tuaginta nominant, Ieroboam, filius Achab, ab
illo Ioram quem vtraque editio scribit regnare cœ-
pisse anno 18. Iosaphat libro 4. Regum cap. 3. &
frater fortaßis illius intelligi debet, & dicendum tres
fratres, & Achab filios sibi ordine successisse, &
Ochoziam biennio, Ieroboam altero item biennio, ac
tum denique Ioram tertium fratrem duodecim annis
regnasse in Israel. Hæc proculdubio, si veræ sunt
Græcæ editiones, optimè sibi constant. veras autem
esse præcipuo hoc argumento vtor: quòd Euseb. Cæ-
sariensis vir acutißimus, tantam discordiam nō fue-
rit silentio prætermissurus., si exemplaria vnde talis
discordia oriri potuisset, habuisset. sed vtebatur nimi
rum editione Græca: quæ vt præfatus sum, nullam hu
iusmodi discordiam inducit Nos igitur illum & cæ-
teros veteres secuti, octo integros annos regno Io-
ram deputauimus: nec cum Funccio inter patrem
& filium partiti sumus: vt omittam tutum non es-
se, ex regni Israelitici computatione, velle regni
Iudaici calculum emendare aut reformare, cum præ-
cipua cura scripturæ in posteriore fuerit, cum ex
eo regno

Hos tres omittit Mattheus cap. 1.

	Secundū 70. int.	Secundū Hebr.	Secundū Orige.
eo regno venturus esset Christus, in Israelitico verò regno, minore periculo aliquid omitti aut reticeri potuerit, licet factum non sit.			
Post Ioram regnauit Ochozias anno vno 4. Reg. cap. 8. id est, vsque ad annum mundi	4430	3064	4300
Post Ochoziam regnauit Gotholia ann. 7. 4. Reg. cap. 11.	4437	3071	4307
Post Gotholiam regnauit Ioas ann. 40. 4. Reg. cap. 12. id est vsque ad annū mūdi	4477	3111	4347
Post Ioaz regnauit Amazias ann. 29. 4. Regum, cap. 14. id est vsque ad annum mundi	4506	3140	4376
Post Amasiam regnauit Azarias (qui & Ozias apud Matthæum dicitur) annis 50. quo anno cœpit prima Olympias			

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anno 1. primæ Olymp. Remus & Romulus nati perhibentur ex Marte & Ilia. A tempore 1. Olympia. Græca de tēporibus historia vera creditur. Nā ante hoc tempus, vt cuique visum est diuersas sentētias protulerunt. Eusebius.

Olympiades.			Secun. lxx. int.	Secundū Hebr.	Secun. Orig.
A α		*Græcorum, vt ex Africano probat Euseb. & post eū omnes, id est vsq; ad annū mundi*	4556	3190	4426
β		*Post primam olympiadē Azarias (qui & Ozias) duos alios regnat annos, id est vsque*	4557	3191	4427
γ		*ad annum tertiū primæ Olympiadis, id est vsq; ad annū mundi*	4558	3192	4428
	IOATHAM	*Ioatham succedit Oziæ, & regnat 16. ann. 4. Reg. c. 15. nos deinceps sigillatim singulos annos enumerabimus*			
δ	1		4559	3193	4429
B α	2		4560	3194	4430
β	3		4561	3195	4431
γ	4	*Remus & Romulus nati secundum Solinū & Plutarch.*			

Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roma.		Sec. lxx. interpr.	Secundū Hebr.	Origen. Euseb.
			Plutarchū quia annos natus 19. Romam condit.	4562	3196	4432
δ	5			4563	3197	4433
Γ α	6			4564	3198	4434
β	7			4565	3199	4435
γ	8			4566	3200	4436
δ	9			4567	1	4437
Δ α	10			4568	2	4438
β	11			4569	3	4439
γ	12			4570	4	4440
δ	13			1	5	1
E α	14			2	6	2
β	15			3	7	3
γ	16			4	8	4
δ	Achaz 16		*Achaz regnare incipit, & regnat annis 16.*	5	9	5
				6	3210	6
	1			7	1	7
ϛ α	2			8	2	8
β	3		*Anno primo septimæ Olymp. qua vicit Damocles Messenius, regnante Athenis Caro pe decen-*	9	3	9
γ	4					
δ	5					

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

nali magistratu primum hoc anno introducto, cùm antea principes toto vitæ tempore regnarent, Eusebius) Roma condita est à Romulo Palilibus, qui est dies XI. *Kal. Maij, idemq; dies natalis vrbis Romæ. Hæc Eusebius meus manuscriptus, verißimè. Idem enim tradit Dionys. Halicarnasseus sequutus Eratosthenis tabulas, quas ait esse omnium certißimas. Dionys. lib. 1. pag. 45. in Grec. Non inficior Eusebium typis excusum toto cœlo aberrare, quem tamen cum hactenus secuti sint omnes chronologi, qui libris impreßis vsi sunt, aut mendosis, non mirum est, si nihil hodie certi discere possumus ex huiusmodi chronographis. Eosdem mendosos codices secutus Onufrius vir alioqui diligentißimus, falsò asserit Eusebium scribere Romam conditam esse anno tertio sextæ* [a] *Olympiad. Porrò cum Eusebio manuscripto præter Dionysium, etiam Solinus lib. 2. conspirat. Orosius & alij minoris auctoritatis dissentiũt, quos hac in re nihil moror.*

[a] c. 17. Censorinus putat Romam

Anno ab vrbe cõdita.	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roma.		Sec. lxx interp	Secun. Hebr.	Orig. Euseb.
				mam conditam anno 5 sextæ Olympiad. si modo liber eius impressus mendosus non est. *Romulus regnat annis 38. & postea fit interregnum anno vno.*			
	Z α	6	1		4580	3214	4450
2	β	7	2		1	5	1
3	γ	8	3		2	6	2
4	δ	9	4		3	7	3
5	H α	10	5		4	8	4
6	β	11	6		5	9	5
7	γ	12	7	PRIMA *captiuitas Israel. Decem tribus quæ vocabantur Israel, & erant in parte Samariæ, victæ à Senacherib (qui*	6	3220	6
8	δ	13	8		7	1	7
9	Θ α	14	9		8	2	8
10	β	15	10		9	3	9
11	γ	16	11		4590	4	4460
					1	5	1

Anno ab urbe cōdita	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roma.		Secūdū lxx. int.	Secun. Hebr.	Orige. Euseb.
12	δ	Ezechias.	12	& Salmanassar) rege Chaldæorū, trāslatæ sunt inter montes Medorū, ac tunc Sennacherib ad custodiendā regionem Iudæam, accolas misit Assyrios, qui æmulatores Iudææ legis facti, Samaritæ nuncupati sunt, quod Latina lingua exprimitur custodes.	2	6	2
13	I α	2	13	Ezechias regnat annos 29. quarto Regum, cap. 18.	3	7	3
14	β	3	14		4	8	4
15	γ	4	15		5	9	5
16	δ	5	16		6	3230	6
17	IA α	6	17		7	1	7
					8	2	8

Anno ab urb. cond.	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roma.			Secundū lxx. int.	Secun. Hebr.	Orig. Euseb.
18	β	7	18			9	3	9
19	γ	8	19			4600	4	4470
20	δ	9	20			1	5	1
21	IB α	10	21			2	6	2
22	β	11	22			3	7	3
23	γ	12	23			4	8	4
24	δ	13	24			5	9	5
25	IΓ α	14	25			6	2240	6
26	β	15	26			7	1	7
27	γ	16	27			8	2	8
28	δ	17	28			9	3	9
29	IΔ α	18	29			4610	4	4480
30	β	19	30			1	5	1
31	γ	20	31			2	6	2
32	δ	21	32			3	7	3
33	IE α	22	33			4	8	4
34	β	23	34			5	9	5
35	γ	24	35			6	2250	6
36	δ	25	36			7	1	7
37	Iϛ α	26	37					
				Romulus apud palu				

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anno ab vrbe cō.	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roma.	Sec. lxx. interpr.	Secūdū Hebr.	Orige. Euseb.
38	β	27				
39	γ	28	38	8	2	8
			I Interregnū Senatorū.	9	3	9

dem capreæ nūquam cōparuit, quo mortuo Senatores per quinos dies rempub. rexerūt, atq; ita vnus annus expletus est. Quod tēpus interregnū appellatū est. Euseb. manusc. sic habet, cū scilicet 38. ann. regnasse & postea vnius anni interregnū fuisse: quia scilicet anno 38. inchoato mortuus est, quia XI. Kalen. Maij regnare cœperat, & mortuus est Nonis

Anno ab vrbe cō.	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roma.	Sec. lxx. interpr.	Secun. Hebr.	Origen. Euseb.
40	δ	29		4620	4	4490

quintilibus anno regni 38. & residuo eiusdem anni cū anno sequente cōputato fuit interregnū. Itaq; & hîc fallitur Onufrius, dū Euseb. excusum secutus, ait Euseb. dicere Romulū regnasse 37. annis. nam & lib. manuscr. lectio inde etiam confirmatur, quod nisi 38. ann. præter annum interregni Romulo tribueret Eusebius, non complerētur 240. anni,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

quibus regnatum esse tradit, sed duntaxat 239. Sigonius 37. annos duntaxat ei tribuit præter interregnum. NVMA *Pompilius anno vrbis conditæ 40. regnare incipit. regnat annis 40. secundum Eusebium, sed secundum Solinum, Dionysium &c. 43. quos sequuntur Sigonius & Onufrius & ego hîc.*

Apud Iudæos Manas-

Anno ab vrbe có.	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roma.	Sec. lxx. interpr.	Secun Hebr.	Eusebi Orige.
			Numa			
			I			
41	I Σ α	Manasse.	2	1	5	1
42	β	2	3	2	6	2

ses regnare incipit, & regnat annis 55. 4. Reg. cap. 21.

Anno ab vrbe có.	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roma	Sec. lxx. interp.	Secundũ Hebr.	Orig. Euscb.
43	γ	3	4	3	7	3
44	δ	4	5	4	8	4
45	IH α	5	6	5	9	5
46	β	6	7	6	2260	6
47	γ	7	8	7	1	7
48	δ	8	9	8	2	8
49	IΘ α	9	10	9	3	9
50	β	10	11	4630	4	4500
51	γ	11	12	1	5	1
52	δ	12	13	2	6	2
53	K α	13	14	3	7	3
54	β	14	15	4	8	4
55	γ	15	16	5	9	5
56	δ	16	17	6	2270	6
57	KA α	17	18	7	1	7
58	β	18	19	8	2	8
59	γ	19	20	9	3	9
60	δ	20	21	4640	4	4510
61	KB α	21	22	1	5	1
62	β	22	23	2	6	2
63	γ	23	24	3	7	3

Anno ab vrbe cō.	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roma.		Sec. lxx. interpr.	Secun. Hebr.	Orige. Euseb.
64	δ	24	25		4	8	4
65	ΚΓ α	25	26		5	9	5
66	β	26	27		6	2280	6
67	γ	27	28		7	1	7
68	δ	28	29		8	2	8
69	ΚΔ α	29	30		9	3	9
70	β	30	31		4650	4	4520
71	γ	31	32		1	5	1
72	δ	32	33		2	6	2
73	ΚΕ α	33	34		3	7	3
74	β	34	35		4	8	4
75	γ	35	36		5	9	5
76	δ	36	37		6	2290	6
77	Κϛ α	37	38		7	1	7
78	β	38	39		8	2	8
79	γ	39	40		9	3	9
80	δ	40	41		4660	4	4530
81	ΚΖ α	41	42		1	5	1
82	β	42	43		2	6	2
83	γ	43	1	*Tullius Ho-*	3	7	3
84	δ	44	2	*stilius Romæ*	4	8	4

Anno ab vrbe cō.	Olympiades	Reges Iudæ.	Reges Roma		Sec lxx. interpr	Secundū Hebr.	Orige. Euseb.
85	ΚΗ α	45	3	*regnat annis*	5	9	5
86	β	46	4	*32. secūdum*	6	2300	6
87	γ	47	5	*omnes*	7	1	7
88	δ	48	6		8	2	8
89	ΚΘ α	49	7		9	3	9
90	β	50	8		4670	4	4540
91	γ	51	9		1	5	1
92	δ	52	10		2	6	2
93	Λ α	53	11		3	7	3
94	β	54	12		4	8	4
95	γ	55	1		5	9	5
96	δ	Amō. 1	14	*Amon rex Iudæ regnat*	6	2310	6
97	ΛΑ α	2	15	*ann. 12. se-*			
98	β	3	16	*cundum septuaginta, at*	7	3311	7
99	γ	4	17	*secundū He-*	8	*	8
100	δ	5	18	*bræam edi-*	9	*	9
101	ΛΒ α	6	19	*tionē regnat*	4680	*	4550
102	β	7	20	*ann. 2. 4. Re-*	1	*	1
103	γ	8	21	*gum cap. 21.*	2	*	2
104	δ	9	22		3	*	3

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anno ab vrbe cō	Olympiades	Reges Iudæ.	Reges Roma.		Anni mundi Sec. lxx interpr.	Secun. Hebr.	Orige. Euseb.
105	ΓΛ α	10	23		4	*	5
106	β	11	24		5	*	6
107	γ	12	25		6	*	7
		Iosias		*Iosias apud*	7		
108	δ	1	26	*Iudæos re-*	8	3312	8
109	ΛΔ α	2	27	*gnat ann. 31. 4 Reg. c. 32.*	9	3313	9
110	β	3	28	*sed nos cum*	4690	4	4560
111	γ	4	29	*Eusebio 32. annos ei da-*	1	5	1
112	δ	5	30	*mus, vt in eis*	2	6	2
113	ΛΕ α	6	31	*comprehēda-*	3	7	3
114	β	7	32	*mus tres mē-ses, quibus Ioacham re-gnauit post eum.*	4	8	4
115	γ	8	Ancus 1	*Ancus Martius quartus*	5	9	5
116	δ	9	2	*Romæ re-*	6	3320	6
117	Λϛ α	10	3	*gnat annis*	7	1	7
118	β	11	4	*23. secūdum*	8	2	8
119	γ	12	5	*Eusebiū &*	9	3	9
120	δ	13	6	*Cassiodorū, quē nume-*	4700	4	4570
121	ΛΖ α	14	7	*rum hîc se-*	1	5	1

Anno ab vrbe cō	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roma.		Anni mundi. Sec. lxx. interpr.	Secun. Hebr.	Orig. Euse.
				quimur. non autē 34. vt			
122	β	15	8	*cæteri et Si-*	2	6	2
123	γ	16	9	*gonius &c.*	3	7	3
124	δ	17	10		4	8	4
125	ΛΗ α	18	11		5	9	5
126	β	19	12		6	3330	6
127	γ	20	13		7	1	7
128	δ	21	14		8	2	8
129	ΛΘ α	22	15		9	3	9
130	β	23	16		4710	4	4580
131	γ	24	17		1	5	1
132	δ	25	18		2	6	2
133	Μ α	26	19		3	7	3
134	β	27	20		4	8	4
155	γ	28	21		5	9	5
136	δ	29	22		6	3340	6
137	ΜΑ α	30	23		7	1	7
138	β	31		*Tarquinius Priscus quintus Romæ regnat annis 37. secūdum Eusebiū &*	8	2	8

Anno ab vrbe cō	Olympiades	Reges Iudæ.	Reges Roma.		Sec. lxx. interpr.	Secun. Hebr.	Orige. Euseb.
			1	*Solinum, vel 38. secũdum Liuium & Dionysium, sed nos Eusebium hîc sequemur cũ Sigonio, non cæteros cum Funccio.*			
139	γ	32	2	*Ioachã regnat apud Iudæos menses 3.*	9	3	9
140	δ	Ioachim.	3	*Eliachim, qui & Ioachim, regnat apud Iudæos annis 11. 4. Reg. c. 23.*	4720	4	4590
141	MB α	2	4		1	5	1
142	β	3	5	*Anno 3. Eliachim Nabuchodonosor rex Babyloniæ Iudæam capit, & in ditionem suã re*	2	6	2

Anno ab vrbe cō.	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roma.		Sec. lxx. interpr.	Secun. Hebr.	Orige. Euseb.
				dactis plurimis Iudæorum, cum etiam partẽ vasorũ templi inuasisset, tributario Eliachim facto, victor ad suos redit.			
143	γ	4	6	*In Babylonia geruntur, quæ de Daniele & tribus pueris narrãtur apud Danielem. Euseb.*	3	7	3
144	δ	5	7		4	8	4
145	MΓ α	6	8		5	9	5
146	β	7	9		6	3350	6
147	γ	8	10		7	1	7
148	δ	9	11		8	2	8
149	MΔ α	10	12		9	3	9
150	β	11	13	*Filius superioris Ioachin. In principio Ezechelis alius est Ioacin: ab isto Ioachim*	4730	4	4600
151	γ	Ioachim	14	*Ioachim qui*	1	5	1

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anno ab vrbe cõ	Olympiades.	Reges Iudæ	Reges Roma		Sec. lxx. interpr.	Secun Hebr.	Orige. Euseb.
				& Iechonias apud Iudæos regnat menses tres. Hic annus per diuersos impletur. hunc Ioachim rex Babyloniæ secundò veniens in Iudæã captum secum pertrahit.			
		Sedechias					
152	δ	1	15	*Sedechias apud Iudæos regnat annis* XI. *in Hierusalem. 4. Regum cap. 24. & 25.*	2	6	2
153	ME α	2	16	*Maßilia condita*	3	7	3
154	β	3	17	*Medorum Astyages regnat ann. 38*	4	8	4
155	γ	4	18		5	9	5
156	δ	5	19		6	3360	6
157	MϚ α	6	20		7	1	7
158	β	7	21		8	2	8

Anno ab vrbe cõ	Olympiades	Reges Iudæ.	Reges Roma		Sec lxx. interpr.	Secun. Hebr.	Orige. Euseb.
				Finis quartæ ætatis à Dauid vsque ad transmigrationẽ Babylonis. Incipit quinta ætas à transmigratione Babylonis vsq; ad Christum.			
159	γ	8	22		9	3	9
160	δ	9	23		4740	4	4610
161	MZ α	10	24		1	5	1
162	β	11	25		2	6	2
				QVINTA AETAS.			
163	γ	Captiuitas. 1	26	*Captiuitas Hebræorum & exterminium templi annis 70. vsque ad secũdum annum Darij.*	3	7	3
164	δ	2	27	*Nabuchodonosor rex Chaldæorum Hierosolymis captis templum incendit, quod ab initio ædifi-*	4	8	4

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anno ab vrbe cōdita.	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roma.		Secūdū lxx. int.	Secun. Hebr.	Orige. Eufeb.
				cationis suæ permanserat annis 442. Clemens autem captiuitatem hanc contigisse 47. Olymp. Clemēs in 1. Stroma.			
165	MH α	3	28		5	9	5
166	β	4	29	*Solis eclipsis seu defectio quā futuram Thales longe ante prædixerat.*	6	3370	6
167	γ	5	30		7	1	7
168	δ	6	31		8	2	8
169	MΘ α	7	32		9	3	9
170	β	8	33		4750	4	4620
171	γ	9	34	*Mortuo Nabuchodonosor rege Babyloniorum suscepit imperium Euilmerodach, cui succeßit frater eius Balthasar, cui Daniel*	1	5	1

Anno ab vrbe cō.	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roma.		Sec. lxx. interpr.	Secun. Hebr.	Secundū Orig.
				eam scripturam quæ in pariete apparuerat, interpretatus est, significantem imperium Chaldæorum in Medos & Persas trāsferendum.			
172	δ	10	35		2	6	2
173	N α	11	36		3	7	3
174	β	12	37		4	8	4
175	γ	13	1	*Seruius Tullus ancillæ, sed nobilis captiuæ filius, sextus Rom. rex regnat an. 34. secundū Eusebiū & Cassiodorū, aut 44. secūdum Liuium & Dionys. quæ tamē diuer-*	5	9	5

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anno ab vrbe cō.	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roma.		Sec. 70. interpr.	Secundū Hebr.	Origen. Euseb.
				sitas in annis Tarquinij Superbi sequentis regis conciliatur: nam ei 35 ann. dăt Eusebius & Cassiodorus, cum Liuius & Dionysius duntaxat 25.			
176	δ	14	2		6	3380	6
177	NA α	15	3		7	1	7
178	β	16	4		8	2	8
179	γ	17	5		9	3	9
180	δ	18	6		4760	4	4630
181	NB α	19	7		1	5	1
182	β	20	8		2	6	2
183	γ	21	9		3	7	3
184	δ	22	10		4	8	4
185	NΓ α	23	11		5	9	5
186	β	24	12		6	3390	6
187	γ	25	13		7	1	7
188	δ	26	14		8	2	8

Anno ab vrbe cō.	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roma.		Sec. lxx. interp.	Secundū Hebr.	Euseb. Orige.
189	NΔ α	27	15		9	3	9
190	β	28	16		4770	4	4640
191	γ	29	17	*Daniel. 7.*	1	5	1
192	δ	30	18	Secūda orbis monarchia Cyri Persarum.	2	6	2
193	NE α	31	19	*Cyrus, Medorū destruxit imperiū subuerso Astyage rege Medorū. Idē Cyrus Iudæorum captiuitate laxata, quinquaginta ferme hominum milia regredi fecit in Iudæā, qui constructo altari, templi fundamenta iecerunt. Sed*	3	7	3

Anno ab vrbe cō.	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roma.		Sec. lxx. interpr.	Secun. Hebr.	Orig. Euseb.
				cum à vicinis gentibus ædificatio impediretur, imperfectum opus vsq; ad Dariū permansit, solo tantum altario cōsistēte.			
194	β	32	20		4	8	4
195	γ	33	21		5	9	5
196	δ	34	22		6	3400	6
197	NϚ α	35	23		7	1	7
198	β	36	24		8	2	8
199	γ	37	25		9	3	9
200	δ	38	26		4780	4	4650
201	NZ α	39	27		1	5	1
202	β	40	28	*Ea quæ de Crœso apud Herodotum narrantur, quomodo tentaret oracula, his fuere temporibus.*	2	6	2

Anno ab vr. cond.	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Roma.		Secun. lxx. int	Secundū Hebr.	Secun. Orig.
203	γ	41	29		3	7	3
204	δ	42	30	*Hoc tempore Iesus filius Iosedech & Zorobabel filius Salathiel clarent, qui & principes fuerunt eorum, qui regreßi sunt in Iudæam. Eusebius. Theognis poeta clarus habetur.*	4	8	4
205	NH α	43	31		5	9	5
206	β	44	32		6	3410	6
207	γ	45	33		7	1	7
208	δ	46	34		8	2	8
209	NΘ α	47	Tarquinius superbus. 1	*Tarquinius superbus, septimus Rom. regnat anni*	9	3	9

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anno ab vrbe cō.	Olympiades	Reges Iudæ	Reges Roma.		Secundū lxx. int.	Secun. Hebr.	Orig. Euseb.
				25. secūdum Eusebiū & Caßiodorū, vel 35. secundum Liuiū & Dionysium, vt supra scriptum est. nos Eusebium sequimur.			
210	β	48	2		4790	4	4660
211	γ	49	3		1	5	1
212	δ	50	4	*Hoc anno 50. captiuitatis, quidam cōplēt septuagesimum annum captiuitatis, altius nēpe eius initium repetentes à 3. anno Eliachim vsque ad præsentem annū qui erat Cyri Persarum*	2	6	2

Anno ab vrbe cō.	Olympiades	Reges Iudæ	Reges Roma.		Secundū 70. int.	Secundū Hebr.	Orig. Euseb.
				regis 20. Sūt qui eandē à 13. Iosiæ anno inchoent, & in 1. Cyri anno terminēt, quo templum ædificari permisit laxata captiuitate. sed neutram sententiā sequitur Euseb. Fūccius sequitur vltimam sententiam, nos Eusebium.			
213	Ξ α	51	5		3	7	3
214	β	52	6		4	8	4
215	γ	53	7		5	9	5
216	δ	54	8		6	3420	6
217	ΞA α	55	9		7	1	7
218	β	56	10		8	2	8
219	γ	57	11		9	3	9
220	δ	58	12		4800	4	4670
221	ΞB α	59	13		1	5	1

Anno ab vrbe cō	Olympiades	Reges Iudæ.	Reges Roma.		Sec. lxx. interpr.	Secun. Hebr.	Orig. Eufeb.
222	β	60	14	*Tomyris regina Massagetarum Cyrum interficit, cui successit Cābyses, quem aiunt secundum Nabuchodonosor vocari, sub quo Iudith historia conscribitur.*	2	6	2
223	γ	61	15		3	7	3
224	δ	62	16		4	8	4
225	ΞΓ α	63	17		5	9	5
226	β	64	18		6	3430	6
227	γ	65	19		7	1	7
228	δ	66	20		8	2	8
229	ΞΔ α	67	21		9	3	9
230	β	68	22	*Pythagora physicus philosophus claret.*	4810	4	4680

Darii Persarū regis	Anno ab vrbe cō.	Olympiades	Reges Iudæ.	Reges Rom.		Sec. lxx. interpr.	Secun. Hebr.	Origen. Euseb.
1	231	γ	69	23	*Anno 69. captiuitatis Iudaicæ Darius Cambysi regi Persarū succedit.*	1	5	1
2	232	δ	70	24	*Hic est septuagesimus annus captiuitatis Iudaicæ, & secundus Darij Persarum regis: quo anno captiuitas finita est, & templum instaurari cœptum, consummatúrq; opus anno quarto, hoc testatur Zachar. propheta, DOMINE omnipotens,*	2	6	2

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Darii Per sarū regis.	Anno ab vrbe cō	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Rom.		Sec. lxx. interpr.	Secundū Hebr.	Secundū Orig. Euseb.
					quousque nō misereberis &c. hic septuagesimus annus est &c. Ab hoc tēpore sacra scriptura incipit computare tempora per annos externorum principum, monarcharum, scilicet Cyri, Artaxersis, Darij & sequētiū. vnde & nos similiter eosdē principes deinceps adscribemus, & eorū imperia & tempora.			
3	233	ΞΕ α		25		3	7	3
4	234	β		26		4	8	4

Darii Pers. regis	Anno ab vrbe cō.	Olympiades.	Reges Iudæ.	Reges Rom.			Secundū 70. int.	Secun. Hebr.	Orige Euseb.
5	235	γ		27			5	9	5
6	236	δ		28			6	3440	6
7	237	Ξϛ α		29			7	1	7
8	238	β		30			8	2	8
9	239	γ		31			9	3	9
10	240	δ		32			4820	4	4690
11	241	ΞΖ α		33			1	5	1
12	242	β		34			2	6	2
13	243	γ		35			3	7	3

FASTI CONSVLARES

A PRIMO VRBIS ROMAE CONSVLE Bruto, ad vltimum Basilium, & Iustiniani mortem.

Anno quarto Olympiadis sexagesimæseptimæ uterque Consul Patritius fuit.

Anni ab vrbe cond.		
244	*L. Iunius Brutus.*	*L. Tarquinius Collatinus maritus Lucretiæ.*
245	*P. Valerius Poplicola* I I.	*T. Lucretius Tricipitinus.*
246	*P. Valerius Poplicola* I I I.	*M. Horatius Puluillus* I I.
247	*Sp. Lartius Flauus.*	*T. Herminius Aquilinus.*
248	*M. Valerius.*	*P. Postumius Tubertus* I I.
249	*P. Valerius Poplicola* I I I I.	*T. Lucretius Tricipitinus* I I.
250	*P. Postumius Tubertus* I I.	*Agrippa Menenius Lanatus.*
251	*Opiter Virginius Tricostus.*	*Sp. Caßius Viscellinus.*
252	*Postumus Cominius Auruncus.*	*T. Lartius Flauus.*
253	*Ser. Sulpitius Camerinus.*	*M. Tullius Longus.*
254	*T. Aebutius Helua.*	*P. Vetusius Geminus.*
255	*L. Lartius Flauus* I I.	*Q. Clœlius Siculus.*
256	*A. Sempronius Atratinus.*	*M. Minucius Augurinus.*
257	*A. Postumius Albus Regillensis.*	*T. Virginius Tricostus.*
258	*M. Claudius Sabinus.*	*P. Seruilius Priscus.*
259	*A. Virginius Cælimontanus.*	*T. Veturius Geminus.*
260	*Postumus Cominius Auruncus* I I.	*Sp. Caßius Viscellinus* I I
261	*T. Geganius Macerinus.*	*P. Minucius Augurinus.*
262	*M. Minucius Augurinus* I I.	*A. Sempronius Atratinus* I I.
263	*Q. Sulpitius Camerinus Cornutus.*	*Sp. Lartius Flauus* I I.
264	*C. Iulius Iulus.*	*P. Pinarius Mamercinus.*
265	*Sp. Nautius Rutilus.*	*Sex. Furius Fusus.*
266	*C. Aquillius Tuscus.*	*T. Ticinius Sabinus.*
267	*Proculus Virginius Tricostus.*	*Sp. Caßius Viscellinus* I I I.
268	*Q. Fabius Vibulanus.*	*Ser. Cornelius Maluginensis.*
269	*R. Fabius Vibulanus.*	*L. Aimilius Mamercus.*
270	*M. Fabius Vibulanus.*	*L. Valerius Potitus Volusus.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

271 Q. Fabius Vibulanus II. C. Iulius Iulus.
272 K. Fabius Vibulanus II. Sp. Spurius Fusus.
273 M. Fabius Vibulanus II. Cn. Manlius Cincinnatus.
274 K. Fabius Vibulanus III. T. Virginius Tricostus Rutilus.
275 L. Aimilius Mamercus II. C. Seruilius Structus Ahala.
276 C. Oratius Puluillus. T. Menenius Lanatus.
277 A. Virginius Rutilus. Sp. Seruilius Structus.
278 C. Nautius Rutilus. P. Valerius Poplicola.
279 L. Furius Medullinus. A. Manlius Vulso.
280 L. Aimilius Mamercus III. Vopiscus Iulius Iulus.
281 L. Pinarius Mamercinus. P. Furius Fusus.
282 App. Claudius Sabinus. T. Quinctius Capitolinus.
283 L. Valerius Potitus II. T. Aimilius Mamercinus.
284 T. Numicius Priscus. A. Virginius Cælimontanus.
285 T. Quinctius Capitolinus II. Q. Seruilius Priscus.
286 T. Aimilius Mamercinus II. Q. Fabius Vibulanus.
287 Q. Seruilius Priscus II. Sp. Postumius Albus Regillensis.

288 T. Quinctius Capitolinus III. Q. Fabius Vibulanus II.
289 A. Postumius Regillensis. Sp. Furius Medullinus Fusus.
290 P. Seruilius Priscus. L. Aebutius Helua.
291 T. Lucretius Tricipitinus. Sp. Veturius Crassus.
292 P. Volumnius Amintinus Gallus. Ser. Sulpitius Camerinus.
293 P. Valerius Poplicola II. C. Claudius Sabinus.
294 Q. Fabius Vibulanus III. L. Cornelius Maluginensis.
295 L. Minutius Augurinus. C. Nautius Rutilus II.
296 C. Oratius Puluillus II. Q. Minutius Augurinus.
297 M. Valerius Maximus, Sp. Virginius Cælimontanus.
298 Tit. Romilius Vaticanus. C. Veturius Cicurinus,
299 Sp. Tarpeius Capitolinus. A. Atterius Fontinalis.
300 P. Tergeminus Curiatius. Sex. Quinctilius Varus.
301 T. Menenius Lanatus. P. Sextius Capitolinus.
302 App. Claudius Crassinus. T. Genutius Augurinus.

DECEMVIRI Consulari potestate, sine prouocatione, App. Claudius. T. Genutius. P. Sextius. Sp. Veturius. C. Iulius Iulus. A. Manlius. Ser. Sulpitius Camerinus. Sp. Postumius Alb. P. Oratius. T. Romilius Vaticanus.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

303 *App. Claudius* II. *L. Minutius Augurinus. M. Cornelius Maluginensis. M. Sergius. Q. Fabius Vibulanus. Q. Pætilius. T. Antonius Merenda. Cæso Duillius. Sp. Oppius Cornicen.* II. *M. Rabuleius* II. *abdicarunt.*

DVODECIM TABVLARVM LEGES.

304 *Iidem, vt tamen iam à Claudio proximus sit Q. Fabius Vibulanus, vt testatur antiquum Kalendarium.* K

DECEMVIRI *abdicantur. Rursus ad Consules recidit respublica nondum finito anno, electíque*

	M. Oratius Barbatus.	*L. Valerius Potitus.*
305	*Lar. Herminius Exquilinus.*	*T. Virginius Cælimontanus Tricostus.*
306	*M. Geganius Macerinus.*	*Claud. Iulius Iulus.*
307	*Agrippa Furius Fusus.*	*T. Quinctius Capitolinus* IIII.
308	*M. Genutius Augurinus.*	*C. Curtius Medullinus Fusus.*

Iterum mutatur status reipublicæ, & pro COSS. *primi omnium Trib. militum Consulari potestate eliguntur numero tres.*

309	*L. Atilius Longus.*	*T. Clœlius Siculus.*
		A. Sempronius Atratinus. TRI. MIL.

Hi ante anni finem magistratum deponentes, locum denuò COS. *fecerunt, vt post quartum ferè mensem eligerentur sequentes Consules,*

	L. Papyrius Mugillanus.	*L. Sempronius Atratinus.*
310	*M. Geganius Macerinus* II.	*T. Quinctius Capitolinus* V.
311	*M. Fabius Vibulanus.*	*P. Aebutius Helua Cornicen.*
312	*C. Furius Pacillus.*	*M. Papyrius Crassus.*
313	*Proculus Geganius Macerinus.*	*L. Menenius Lanatus* II.
314	*T. Quinctius Capitolinus* VI.	*Agrippa Menenius Lanatus.*
315	*M. Aimilius Mamercinus.*	*L. Quinctius Cincinnatus.* *L. Iulius Iulus.* TRIB. MIL.
316	*M. Geganius Mamercinus* III.	*L. Sergius Fidenâs in hoc honore appellatus.* *L. Papyrius Crassus.*
317	*M. Cornelius Maluginensis.*	*L. Virginius Tricostus.*
318	*C. Iulius Iulus* II.	*L. Virginius Tricostus* II.
319	*C. Iulius Iulus* III.	*M. Fossius Flaccinator.*
320	*Fabius Vibulanus.*	*L. Sergius Fidenâs.* TRIB. MIL.
		L. Furius Medullinus.
321	*L. Pinarius Mamercinus.*	*Sp. Postumius Albus.* TRIB. MIL.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anni ab vrbe cõd.	FASTI	CONSVLARES.
322	T. Quinctius Pennus Cincinnatus.	C. Iulius Mento.
323	L. Papyrius Crassus II.	L. Iulius Iulus.
324	L. Sergius Fidenâs II.	Hostus Lucretius Tricipitinus.
325	T. Quinctius Pennus Cincinnatus II.	A. Cornelius Cossus.
326	C. Seruilius Axilla Structus.	L. Papyrins Mugillanus II.
327	A. Cornelius Cossus.	T. Quinctius Pennus Cincinnatus.
	C. Furius Pacillus.	M. Postumius. TRIB. MIL.
328	A. Sempronius Atratinus.	L. Furius Medullinus.
	L. Quinctius Cincinnatus II.	L. Oratius Barbatus. TRI. MIL.
329	Appius Claudius Crassus.	L. Sergius Fidenâs.
	Sp. Nautius Rutilus.	Sex. Iulius Iulus. TRIB. MIL.
330	C. Sempronius Atratinus.	Q. Fabius Vibulanus.
331	L. Manlius Capitolinus.	L. Papyrius Mugillanus.
	Q. Antonius Merenda.	L. Seruilius Structus. TRIB. MIL.
332	N. Fabius Vibulanus.	T. Quinctius Capitolinus Barbatus.
333	T. Quinctius Cincinnatus II.	L. Furius Medullinus III.
	M. Manlius Capitolinus.	A. Sēpronius Atratinus II. TR. M.
334	Agrippa Menenius Lanatus.	Sp. Nautius Rutilus II.
	P. Lucretius Tricipitinus.	C. Seruilius Axilla. TRI. MIL.
335	L. Sergius Fidenâs II.	C. Seruilius Axilla II.
		M. Papyrius Mugillanus. TR. MI.
336	L. Seruilius Structus II.	P. Lucretius Tricipitinus II.
	Agrippa Menenius Lanatus II.	Sp. Veturius Crassus. TRIB. MIL.
		M. Papyrius Mugillanus II.
337	A. Sempronius Atratinus III.	Sp. Nautius Rutilus II. TRI. MI.
		T. Quinctius Cincinnatus.
		C. Martius Rutilus.
338	P. Cornelius Cossus.	N. Fabius Vibulanus. TRI. MIL.
	C. Valerius Potitus.	L. Valerius Potitus.
339	Q. Fabius Vibulanus II.	P. Postumius Regillensis. TRI. MIL.
	Cn. Cornelius Cossus.	M. Cornelius Cossus.
340	L. Furius Medullinus.	C. Furius Pacillus.
341	Q. Fabius Ambustus.	C. Nautius Rutilus.
342	M. Papyrius Mugillanus.	C. Valerius Potitus Volusus.
343	M. Æmilius Mamercinus.	L. Furius Medullinus II.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

An.ab vr. cōd.	FASTI	CONSVLARES.
344	Cn. Cornelius Cossus.	P. Cornelius Cossus.
345	C. Iulius Iulus.	C. Seruilius Ahala TRIB. MIL.
346	C. Valerius Potitus II.	C. Seruilius Ahala II.
	L. Furius Medullinus II.	N. Fabius Vibulanus II. TR. MIL.
347	P. Cornelius Cossus.	L. Valerius Potitus II.
	Cn. Cornelius Cossus.	N. Fabius Ambustus. TR. MIL.
348	C. Iulius Iulus II.	M. Æmilius Mamercinus.
	T. Quinctius Capitolinus.	Q. Quinctius Cincinnatus.
	A. Manlius Vulso.	L. Furius Medullinus II. TR. MIL.
349	P. Cornelius Maluginensis.	C. Valerius Potitus III.
	M. Sergius Fidenâs.	Cn. Cornelius Cossus II.
	K. Fabius Ambustus II.	Sp. Naurius Rutilus III. TR. MIL.
350	M. Æmilius Mamercinus.	M. Furius Fusus.
	L. Valerius Potitus III.	App. Claudius Crassinus.
	M. Quinctilius Varus.	L. Iulius Iulus. TRIB. MIL.
351	C. Seruilius Ahala III.	Q. Sulpitius Cornutus.
	Q. Seruilius Fidenâs.	L. Virginius Tricostus.
352	M. Furius Camillus II.	M. Sergius Fidenâs II. TRI. MIL.
	L. Valerius Potitus IIII.	L. Iulius Iulus.
	Cn. Cornelius Cossus II.	M. Æmilius Mamercinus III.
353	L. Publilius Volscus.	K. Fabius Ambustus II. TR. MI.
	L. Titinius.	P. Mælius Capitolinus.
	Sp. Furius Medullinus.	P. Mænius.
		P. Licinius Caluus primus ex plebe.
		TRIB. MIL.
354	M. Pomponius.	L. Attilius Longus.
	C. Duillius.	N. Veturius.
	Volero Publilius Philo.	Cn. Genutius Augurinus. TR. M.
355	L. Valerius Potitus V.	L. Furius Medullinus III.
	M. Valerius Maximus.	M. Furius Camillus II.
	Q. Seruilius Fidenâs II.	Q. Sulpitius Camerinus II. TR. M.
356	L. Iulius Iulus II.	L. Sergius Fidenâs.
	L. Furius Medullinus IIII.	A. Postumius Regillensis.
	P. Cornelius Maluginensis.	A. Manlius Capitolinus. TRI. MI.
357	Cn. Genutius Augurinus II.	P. Mælius Capitolinus II.

An.ab vr.cō. FASTI CONSVLARES.

L. Titinius II.
P. Menius II.
358 P. Cornelius Cossus.
P. Cornelius Scipio.
Cæso Fabius Ambustus III.
359 M. Furius Camillus III.
L. Furius Medullinus VI.
Sp. Postumius Albinus.
360 L. Lucretius Flauus.
361 L. Valerius Potitus.
362 L. Lucretius Flauus.
Ser. Sulpitius Camerinus.
Agrippa Furius Fusus.
363 Q. Sulpitius Longus.
K. Fabius.
Q. Seruilius Fidenâs IIII.

P. Licinius Caluus.
L. Atilius Longus II. TRI. MIL.
L. Furius Medullinus V.
M. Valerius Maximus II.
Q. Seruilius Fidenâs III. TR. MI.
A. Valerius Poplicola.
C. Aimilius Mamercinus.
P. Cornelius Scipio II. TRI. MI.
Ser. Sulpitius Camerinus.
M. Manlius Capitolinus.
M. Aimilius Mamercinus.
L. Furius Medullinus VII.
C. Aimilius Mamercinus. TR. MI.
Q. Fabius Ambustus.
C. Fabius.
Ser. Cornelius Maluginensis. TR. M.

364 M. Furius Camillus per annum Dictator, & solus.

365 L. Virginius Tricostus.
L. Valerius Poplicola II.
A. Manlius Capitolinus.
366 T. Q. Cincinnatus.
Q. Seruilius Fidenâs. V.
L. Lucretius Tricipitinus II.
367 L. Papyrius Cursor.
C. Sergius Fidenâs.
L. Valerius Poplicola III.
368 Ser. Cornelius Maluginensis III.
M. Furius Camillus IIII.
L. Oratius Puluillus.
369 A. Manlius Capitolinus.
L. Quinctius Capitolinus.
P. Cornelius.
370 M. Furius Camillus V.
Ser. Cornelius Maluginensis III.

L. Postumius Albinus.
P. Cornelius.
L. Aimilius Mamercinus. TR. MI.
L. Aquilius Coruus.
L. Iulius Iulus.
Ser. Sulpitius Rufus. TRIB. MIL.
L. Menenius Lanatus.
L. Aimilius Mamercinus II.
C. Cornelius. TRIB. MIL.
T. Quinctius Cincinnatus.
Q. Seruilius Fidenâs VI.
P. Valerius Potitus Poplicola. TRIBVN. MIL.
T. Quinctius Capitolinus.
L. Papyrius Cursor II.
C. Sergius Fidenâs. TRIB. MIL.
Ser. Sulpitius Rufus II.
P. Valerius Potitus II.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

C. Papyrius Crassus.

371 L. Valerius Poplicola IIII.
L. Aemilius Mamercinus III.
Ser. Sulpitius Rufus III.
372 Q. Seruilius Fidenâs.
L. Papyrius Crassus.
Ser. Sulpitius prætextatus.
373 L. Lucretius Tricipitinus III.
L. Furius Medullinus.
M. Fabius Ambustus. TRIB. MI.
374 L. Valerius Poplicola V.
C. Sergius Fidenâs III.
Sp. Papyrius Cursor.
375 P. Manlius Capitolinus.
C. Manlius Capitolinus.
L. Antistius.

T. Quinctius Cincinnatus TRIB. MIL.
M. Trebonius Flauus.
A. Manlius Capitolinus III.
L. Lucretius Tricipitinus II. TR. M.
Sp. Papyrius Crassus.
L. Aemilius Mamercinus IIII.
Ser. Cornelius Maluginensis. TR. M.
M. Furius Camillus VI.
A. & L. Postumij Regillenses.
P. Valerius Potitus III.
L. Menenius Lanatus II.
Ser. Cornel. Maluginensis V. TR. M.
M. Albinius.
L. Iulius Iulus.
C. Sextilius. TRIB. MIL.

376 Q. Seruilius Fidenâs II.
Sp. Furius Medullinus.
M. Oratius Puluillus.
337 L. Aemilius Mamercinus V.
C. Quinctius Cincinnatus.
Ser. Sulpitius prætextatus II.

P. Clœlius Siculus.
C. Licinius Caluus.
L. Geganius Macerinus. TRI. MI.
L. Quinctius Cincinnatus II.
P. Valerius Potitus IIII.
C. Veturius Crassus Cicurinus. TRIBVN. MIL.

378 Solitudo magistratuum per quinquēnium fuit, Licinio Stolone, & L. Sextio Late-
379 rano TRIB. PLEBIS intercessione perpetua comitia interturbantibus, dum
380 sedulò à patribus resistitur, ne legem de communicando cum plebe consulatu, de
381 agrorum modo, de fœnore minuendo perferrent. Itaque Caius Licinius Caluus, &
382 L. Sextius Lateranus per totum hoc quinquennium tribunatum plebis gesserunt.
383 L. Furius Medullinus II.
C. Valerius Potitus.
A. Manlius Capitolinus.

P. Valerius Potitus Poplicola V.
Ser. Cornelius Maluginensis VI.
Ser. Sulpitius Prætextatus III.
TRIB. MIL.

384 Q. Seruilius Fidenâs III.
A. Cornelius Cossus.

M. Cornelius Maluginensis.
C. Veturius Crassus.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

	Q. Quinctius Cincinnatus.	M.Fabius Ambustus. TRI. MIL.
385	L. Quinctius Capitolinus.	Sp. Seruilius Structus.
	Ser. Cornelius Maluginensis VII.	L. Papyrius Crassus.
	Ser. Sulpitius Prætextatus IIII.	L. Veturius Crassus Cicurinus. TR. MIL.
386	A. Cornelius Cossus II.	L. Veturius Crassus Cicurinus II.
	M.Cornelius Maluginensis II.	P. Valerius Potitus Poplicola VI.
	P. Manlius Capitolinus II.	M. Geganius Macerinus TRI. MI.

CONSVLES E PLEBE PRIMVM CREARI COEPTI.

387	L. Aimilius Mamercinus.	L. Sextius Lateran. primus è plebe COS.
388	L. Genutius Auentinensis.	Q. Seruilius Ahala.
389	C. Sulpitius Peticus.	C. Licinius Caluus.
390	L. Aimilius Mamercinus.	Cn. Genutius Auentinensis.
391	Q. Seruilius Ahala II.	L. Genutius Auentinensis II.
392	C. Sulpitius Peticus II.	C. Licinius Caluus II.
393	M. Fabius Ambustus.	C. Pætilius Libo Visolus.

394	M. Popilius Lænas.	Cn. Manlius Capitolinus Imperiosus.
395	C. Fabius Ambustus.	C. Plautius Proculus.
396	Cn. Manlius Capitol. Imperiosus II.	C. Martius Rutilus.
397	M. Fabius Ambustus II.	M. Popilius Lænâs II.
398	C. Sulpitius Peticus III.	M. Valerius Poplicola.
399	M. Fabius Ambustus III.	T. Quinctius Barbatus Capitolinus Crispinus.
400	C. Sulpitius Peticus IIII.	M. Valerius Poplicola II.
401	P. Valerius Poplicola.	C. Marcius Rutilus II.
402	C. Sulpitius Peticus V.	T. Quinctius Pennus Cincinnatus.
403	N. Popilius Lænâs III.	L. Cornelius Scipio.
404	L. Furius Camillus.	P. Claudius Crassus.
405	M. Popilius Lænas IIII.	M. Valerius Coruus.
406	T. Manlius Torquatus.	C. Plautius Venno Hypsæus.
407	M. Valerius Coruus II.	C. Pætilius Balbus Libo Visolus II.
408	M. Fabius Dorso.	Ser. Sulpitius Camerinus.
409	C. Marcius Rutilus III.	T. Manlius Torquatus II.
410	M. Valerius Coruus III.	A. Cornelius Cossus Aruina.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

An. ab vr. cōd.		
411	M. Marcius Rutilus IIII.	Q. Seruilius Ahala II.
412	G. Plautius Hypsæus II.	L. Aimilius Mamercinus, Priuernas postea dictus.
413	T. Manlius Torquatus III.	P. Decius Mus, qui se deuouit.
414	T. Aimilius Mamercinus.	Q. Publius Philo. Idem post eodem anno Dictator.
415	L. Furius Camillus.	C. Mænius Nepos.
416	C. Sulpitius Longus.	P. Ailius Pætus.
417	L. Papyrius Crassus.	K. Duillius.
418	M. Valerius Coruus IIII.	M. Atilius Regulus.
419	T. Veturius Caluinus.	Sp. Postumius Regillensis Albinus.
420	Annus sine	COSS.
421	Cn. Domitius Caluinus.	A. Cornelius Cossus Aruina II.
422	L. Valerius Potitus Flaccus.	M. Claudius Marcellus.
423	L. Papyrius Crassus II.	L. Plautius Venno.
424	L. Aimilius Mamercinus II.	C. Plautius Decianus.
425	P. Plautius Proculus.	P. Cornelius Scipio Scapula.
426	L. Cornelius Lentulus.	Q. Publilius Philo II.
427	C. Pætilius Libo Visolus II.	L. Papyrius Cursor primus Procos.
428	L. Furius Camillus II.	D. Iunius Brutus Scæua.
429	L. Papyrius Cursor Dictator, sine	COSS.
430	C. Sulpitius Longus.	Q. Aulius Cerretanus.
431	Q. Fabius Maximus Rullianus.	L. Fuluius Curuus.
432	T. Veturius Caluinus II.	Sp. Postumius Albinus II.
433	L. Papyrius Cursor II.	Q. Publilius Philo III.
434	L. Papyrius Cursor III.	Q. Aulius Cerretanus II.
435	L. Plautius Venno.	M. Fosius Flaccinator.
436	Q. Aimilius Barbula.	C. Iun. Brutus Bubulcus.
437	Sp. Nautius Rutilus.	M. Popilius Lænas.
438	L. Papyrius Cursor IIII.	Q. Publilius Philo IIII.
439	M. Pætilius Libo.	C. Sulpitius Longus.
440	L. Papyrius Cursor V.	C. Iun. Brutus Bubulcus II.
441	M. Valerius Maximus.	P. Decius Mus.
442	C. Iun. Brutus Bubulcus III.	Q. Aimilius Barbula II.
443	Q. Fab. Max. Rullianus II.	C. Martius Rutilus, Censorinus postea dictus.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anno		
444	*Hoc anno* DICTATOR *& Magister equitum sine* COSS. *fuerunt.*	
445	Q. Fab. Max. Rollianus III.	P. Decius Mus II.
446	App. Claudius Cæcus.	L. Volumnius Flamma Violensis.
447	P. Cornelius Aruina.	Q. Martius Tremulus.
448	L. Posthumius Megellus.	T. Minutius Augurinus.
449	P. Sempronius Sophus.	P. Sulpitius Sauerrio.
450	L. Genutius Auentinensis.	Ser. Cornelius Lentulus.
451	M. Liuius Denter.	M. Aimilius Paulus.
452	Q. Fabius Maximus Dictator, M. Aimilius Paulus mag. eq. & M. Valerius Coruus, & P. Sempronius Sophus Mag. eq.	
453	M. Valerius Coruus V.	Q. Apuleius Pansa.
454	M. Fuluius Pætinus.	T. Manlius Torquatus.
455	L. Cornel. Scipio.	Cn. Fuluius Centumalus.
456	Q. Fab. Max. Rullianus IIII.	P. Decius Mus III.
457	App. Claudius Cæcus II.	L. Volumnius Flamma Violensis.
458	Q. Fab. Max. Rullianus V.	P. Decius Mus III. qui se deuouit.
459	L. Posthumius Megellus II.	M. Atilius Regulus.
460	L. Papyrius Cursor.	Sp. Caruilius Maximus.
461	Q. Fab. Max. Gurges.	D. Iun. Brutus Scæua.
462	L. Posthumius Megellus III.	C. Iunius Brutus Bubulcus.
463	M. Curius Dentatus.	P. Cornelius Rufinus.
464	M. Valerius Coruinus VI.	Q. Cædicius Noctua.
465	Q. Martius Tremulus II.	P. Cornelius Aruina.
466	M. Claudius Marcellus.	C. Nautius Rutilus.
467	M. Valerius Maximus.	C. Ailius Pætus.
468	C. Claudius Canina.	M. Aimilius Barbula.
469	C. Seruilius.	L. Cæcilius Metellus.
470	P. Cornel. Dolabella.	Cn. Domitius Caluinus.
471	Q. Aimilius Papus.	C. Fabricius Luscinus.
472	L. Aimilius Barbula.	Q. Martius Philippus.
473	P. Valerius Læuinus.	Tiberius Coruncanius Nepos.
474	P. Sulpitius S. Auerrio.	P. Decius Mus.
475	Q. Aimilius Papus II.	C. Fabricius Luscinus II.
476	P. Cornel. Rufinus II.	C. Iunius Brutus Bubulcus II.
477	Q. Fabius Gurges II.	C. Genutius Clepsina.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anno ab vr. cōd.		
478	M. Curius Dentatus I I.	L. Cornelius Lentulus.
479	M. Curius Dentatus I I I.	Ser. Cornelius Merenda.
480	C. Fabricius Luſcinus.	C. Claudius Canina.
481	L. Papyrius Curſor.	Sp Caruilius Maximus I I.
482	C. Quintius Claudius.	L. Genutius Clepſina.
483	C. Genutius Clepſina I I.	Cn. Cornelius Blaſio.
484	L. Quinctius Gulo.	C. Fabius Pictor.
485	P. Sempronius Sophus.	App Claudius Craſſus.
486	M. Atilius Regulus.	L. Iulius Libo.
487	D. Iunius Pera.	M. Fabius Pictor.
488	M. Valerius Maximus.	Q. Mamilius Vitulus.
489	App. Claudius Caudex.	M. Fuluius Flaccus.
490	M. Valerius Maximus I I.	M. Otacilius Craſſus.
491	L. Poſthumius Megellus.	Q. Mamilius Vitulus I I.
492	L. Valerius Flaccus.	T. Otacilius Craſſus.
493	Cn. Cornelius Scipio Aſina.	C. Duillius.
494	L. Cornelius Scipio.	C. Aquilius Florus.
495	A. Atilius Calatinus.	C. Sulpitius Paterculus.
496	C. Atilius Regulus.	Cn. Cornelius Blaſio.
497	Q. Cæditius.	L. Manlius Vulſo Longus.
498	Ser. Fuluius Nobilior.	M. Aemilius Paulus.
499	Cn. Cornelius Scipio Aſina I I.	A. Atilius Calatinus I I.
500	Cn. Seruilius Cæpio.	C. Sempronius Blæſus.
501	C. Aurelius Cotta.	P. Seruilius Geminus.
502	L. Cæcilius Metellus.	C. Furius Pacilus.
503	C. Atilius Regulus I I.	L. Manlius Vulſo.
504	P. Claudius Pulcher.	L. Iunius Pullus.
505	C. Aurelius Cotta I I.	P. Seruilius Geminus I I.
506	L. Cæcilius Metellus I I.	M. Fabius Buteo.
507	M. Otacilius Craſſus I I.	M. Fabius Licinus.
508	M. Fabius Buteo I I.	C. Atilius Bulbus.
509	A Manlius Atticus.	C. Sempronius Blæſus I I.
510	C. Fundanius Fundulus.	C. Sulpitius Gallus.
511	C. Luctatius Catulus.	A. Poſthumius Albinus.
512	Q. Luctatius Cerco.	A. Manlius Atticus I I.

Anno ab vr. cōd.		
513	C. Claudius Centho.	M. Sempronius Tuditanus.
514	C. Mamilius Turrinus.	Q. Valerius Falto.
515	T. Sempronius Gracchus.	P. Cornelius Falto.
516	L. Cornelius Lentulus Caudinus.	Q. Fuluius Flaccus.
517	P. Cornelius Lentulus Caudinus.	C. Licinius Varus.
518	C. Atilius Bulbus II.	T. Manlius Torquatus.
519	L. Posthumius Albinus.	Sp. Caruilius Maximus.
520	Q. Fabius Verrucosus.	M. Pomponius Matho.
521	M. Aimilius Lepidus.	M. Poblicius Malleolus.
522	M. Pomponius Matho II.	C. Papyrius Maso.
523	M. Aimilius Barbula.	M. Iunius Pera.
524	L. Posthumius Albinus II.	Cn. Fuluius Centumalus.
525	Sp. Caruilius Maximus II.	Q. Fabius Verrucosus II.
526	P. Valerius Flaccus.	M. Atilius Regulus.
527	L. Apustius Fullo.	M. Valerius Messala.
528	L. Aemilius Papus.	C. Atilius Regulus.
529	Q. Fuluius Flaccus II.	T. Manlius Torquatus II.
530	C. Flaminius Nepos.	P. Furius Philus.
531	M. Claudius Marcellus.	Cn. Cornelius Scipio Caluus.
532	P. Cornelius Asina.	M. Minutius Rufus.
533	L. Veturius Philo.	C. Luctatius.
534	L. Aemilius Paulus.	M. Liuius Salinator.
535	P. Cornelius Scipio.	T. Sempronius Longus.
536	C. Flaminius II.	Cn. Seruilius Geminus.
537	L. Aimilius Paulus II.	C. Terentius Varro.
538	T. Sempronius Gracchus.	L. Posthumius Albinus III.
539	Q. Fabius Max. Verrucosus IIII.	M. Claudius Marcellus III.
540	Qu. Fabius Max.	T. Sempronius Gracchus III.
541	App. Claudius Pulcher.	Q. Fuluius Flaccus III.
542	P. Sulpitius Galba Maximus.	Cn. Fuluius Centumalus II.
543	M. Claudius Marcellus IIII.	M. Valerius Læuinus II.
544	Q. Fab. Max. Verrucosus V.	Q. Fuluius Flaccus.
545	M. Claudius Marcellus V.	T. Quintius Crispinus.
546	M. Liuius Salinator II.	C. Claudius Nero.
547	Q. Cæcilius Metellus.	L. Veturius Philo.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anno ab vr. cōd.		
548	P. Cornelius Scipio Africanus.	P. Licinius Crassus Diues.
549	M. Cornelius Cethegus.	P. Sempronius Tuditanus.
550	Cn. Seruilius Cæpio.	C. Seruilius Nepos.
551	T. Claudius Nero.	M. Seruilius Pulex Geminus.
552	Cn. Cornelius Lentulus.	P. Aelius Pætus.
553	P. Sulpitius Galba Maximus II.	C. Aurelius Cotta.
554	C. Cornelius Lentulus.	P. Villius Tapulus.
555	T. Quinctius Flaminius.	Sext. Aelius Pætus Catus.
556	C. Cornelius Cethegus.	Q. Minutius Rufus.
557	L. Furius purpureo.	M. Claudius Marcellus.
558	L. Valerius Flaccus.	M. Portius Cato.
559	P. Cornelius Scipio Africanus II.	T. Sempronius Longus.
560	L. Cornelius Merula.	Q. Minutius Thermus.
561	L. Quinctius Flaminius.	Cn. Domitius Aenobarbus.
562	M. Atilius Glabrio.	M. Cornel. Scipio Nasica.
563	L. Cornel. Scipio Asiaticus.	C. Lælius Nepos.
564	Cn. Manlius Vulso.	M. Fuluius Nobilior.
565	C. Liuius Salinator.	M. Valerius Messala.
566	M. Aemilius Lepidus.	C. Flaminius Nepos.
567	Sp. Posthumius Albinus.	Q. M. Philippus.
568	App. Claudius Pulcher.	M. Sempronius Tuditanus.
569	P. Claudius Pulcher.	L. Porcius Licinius.
570	Q. Fabius Labeo.	M. Claudius Marcellus.
571	L. Aemilius Paulus.	Cn. Bæbius Tamphilus.
572	P. Cornelius Cethegus.	M. Bæbius Tamphilus.
573	A. Postumius Albinus.	C. Calphurnius Piso.
574	Q. Fuluius Flaccus.	L. Manlius Accidinus.
575	M. Iunius Brutus.	A. Manlius Vulso.
576	C. Claudius Pulcher.	T. Sempronius Gracchus.
577	Q. Pætilius Spurinus.	Cn. Cornelius Læuinus.
578	Q. Mutius Scæuula.	M. Aemilius Lepidus.
579	Sp. Postumius Paullulus.	Q. Mucius Scæuula.
580	L. Postumius Albinus.	M. Popilius Lænas.
581	C. Popilius Lænâs.	P. Aelius Ligus.
582	P. Licinius Crassus.	C. Cassius Longinus.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anno ab vr. cōd.		
583	C. Hostilius Mancinus.	C. Atilius Serranus.
584	Q. Martius Philippus II.	Q. Seruilius Cæpio.
585	L. Aemilius Paulus II.	C. Licinius Crassus.
586	Q. Aelius Pætus.	M. Iunius Pennus.
587	C. Sulpitius Gallus.	M. Claudius Marcellus.
588	T. Manlius Torquatus.	Cn. Octauius.
589	A. Manlius Torquatus.	Q. Caßius Longinus.
590	T. Sempronius Gracchus.	M. Iuuentius Thalna.
591	P. Scipio Nasica.	C. Martius Figulus.
592	M. Valerius Messala.	C. Fannius Strabo.
593	L. Anicius Gallus.	M. Cornelius Cethegus.
594	Cn. Cornelius Dolabella.	M. Fuluius Nobilior.
595	M. Aemilius Lepidus.	C. Popilius Lænâs II.
596	Sext. Iulius Cæsar.	L. Aurelius Orestes.
597	L. Cornelius Lentulus.	C. Martius Figulus II.
598	P. Cornelius Nasica.	M. Claudius Marcellus II.
599	Q. Opimius.	L. Postumius Albinus.
600	Q. Fuluius Nobilior.	T. Annius Luscus.
601	M. Claudius Marcellus III.	L. Valerius Flaccus.
602	L. Licinius Lucullus.	A. Postumius Albinus.
603	T. Quinctius Flaminius.	M. Acilius Balbus.
604	L. Marius Censorinus.	M. Manlius.
605	Sp. Posthumius Magnus.	L. Calphurnius Piso Cæsonianus.
606	P. Scipio Africanus Aemilianus.	C. Liuius Drusus.
607	Cn. Cornelius Lentulus.	L. Mummius, qui post Achaicus dictus est.
608	Q. Fab. Maximus Aemilianus.	L. Hostilius Mancinus.
609	Ser. Sulpitius Galba.	L. Aurelius Cotta.
610	App. Claudius Pulcher.	Q. Cæcilius Metellus Macedonicus.
611	L. Metellus Caluus.	Q. Fabius Maximus Seruilianus.
612	Cn. Seruilius Cæpio.	Q. Pompeius.
613	C. Lælius Sapiens.	Q. Seruilius Cæpio.
614	Cn. Calphurnius Piso.	M. Popilius Lænâs.
615	P. Scipio Nasica Serapio.	Decius Iunius Brutus.
616	M. Aemilius Lepidus Porcina.	C. Hostilius Mancinus.
617	P. Furius Philus.	Sext. Atilius Serranus.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anno ab vr. cōd.	FASTI	CONSVLARES.
618	Ser. Fuluius Flaccus.	C. Calphurnius Piso.
619	P. Scipio Africanus Aemilianus II.	C. Fuluius Flaccus.
620	P. Mutius Scæuola.	L. Calphurnius Piso Frugi.
621	P. Popilius Lænâs.	P. Rupilius.
622	P. Licinius Crassus Mutianus.	L. Valerius Flaccus.
623	C. Claudius Pulcher.	M. Perpenna Nepos.
624	C. Sempronius Tuditanus.	M. Aquilius.
625	Cn. Octauius.	T. Annius Luscus.
626	L. Caßius Longinus.	L. Cornelius Cinna.
627	M. Aimilius Lepidus.	L. Orelius Orestes.
628	M. Plautius Hypsæus.	M. Fuluius Flaccus.
629	C. Caßius Longinus.	Caius Sextius Caluinus.
630	Q. Cæcilius Metellus, Balearicus postea dictus.	T. Quintius Flaminius.
631	Cn. Domitius Aenobarbus.	C. Fannius.
632	L. Opimius.	Q. Fabius Maximus, Allobrogicus postea dictus.
633	P. Manlius.	C. Papyrius Balbus.
634	L. Cæcilius Metellus.	L. Aurelius Cotta.
635	M. Porcius Cato Nepos.	Q. Martius Rex.
636	L. Cæcilius Metellus Dalmaticus.	Q. Mutius Scæuola.
637	C. Licinius Geta.	Q. Fabius Maximus.
638	M. Aimilius Scaurus.	M. Cæcilius Metellus.
639	M. Acilius Balbus.	C. Porcius Cato.
640	C. Cæcilius Metellus Caprarius.	Cn. Papyrius Carbo.
641	M. Liuius Drusus.	L. Piso Cæsonianus.
642	P. Scipio Nasica.	L. Calphurnius Bestia.
643	M. Minutius Rufus.	Sp. Postumius Albinus.
644	Q. Cæcilius Metellus.	M. Iunius Silanus.
645	Ser. Sulpitius Galba.	M. Aemilius Scaurus Hortensius.
646	L. Caßius Longinus.	C. Marius.
647	C. Atilius Serranus.	Q. Seruilius Capio.
648	P. Rutilius Rufus.	C. Manilius.
649	C. Marius II.	C. Flauius Fimbria.
650	C. Marius III.	L. Aurelius Orestes.
651	C. Marius IIII.	M. Aquilius.
652	C. Marius V.	Q. Luctatius Catulus.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

An.ab.vr.cōd.		
653	C. Marius VI.	L. Valerius Flaccus.
654	M. Antonius.	A. Postumius Albinus.
655	Q. Cæcilius Metellus.	T. Didius Viuius.
656	Cn. Cornelius Lentulus Clodianus.	P. Licinius Crassus.
657	Cn. Domitius Aenobarbus.	C. Caßius Longinus.
658	L. Licinius Crassus.	Q. Mutius Scæuola.
659	C. Cælius Caldus.	L. Domitius Aenobarbus.
660	C. Valerius Flaccus.	M. Herennius.
661	C. Claudius Pulcher.	M. Perpenna.
662	L. Martius Philippus.	Sex. Iulius Cæsar.
663	L. Iulius Cæsar.	P. Rutilius Lupus.
664	Cn. Pompeius Strabo.	L. Porcius Cato.
665	L. Cornelius Sylla, qui postea Felix ap-[pellatus est.	Q. Pompeius Rufus, in mag. occisus est.
666	Cn. Octauius.	L. Cornelius Cinna.
667	C. Marius. VII.	L. Cornelius Cinna II.
668	L. Cornelius Cinna. III.	Cn. Papyrius Carbo.
669	L. Cornelius Cinna. IIII.	Cn. Papyrius Carbo II.
670	L. Scipio Asiaticus.	C. Norbanus.
671	Cn. Papyrius Carbo III. occisus.	C. Marius in mag. occisus est.
672	M. Tullius Decula.	Cn. Cornelius Dolabella.
673	L. Cornelius Sulla Felix II.	Q. Metellus Pius.
674	P. Seruilius Vatia Isauricus.	App. Claudius Pulcher.
675	M. Aemilius Lepidus.	Q. Luctatius Catulus.
676	M. Aemilius Mamercus.	D. Brutus.
677	Cn. Octauius.	C. Scribonius Curio.
678	C. Aurelius Cotta.	L. Octauius.
679	L. Licinius Lucullus.	M. Aurelius Cotta.
680	C. Caßius Longinus.	M. Terentius Varro Lucull.
681	L. Gellius.	Cn. Cornelius Lentulus.
682	P. Cornelius Lentulus Sura.	Cn. Aufidius Orestes.
683	Cn. Pompeius Magnus.	M. Licinius Crassus.
684	Q. Hortensius.	Q. Cæcilius Metellus.
685	L. Cæcilius Metellus Creticus in Mag. [mortuus.	Q. Martius Rex.
686	C. Calphurnius Piso.	M. Acilius Glabrio.
687	M. Aimilius Lepidus.	L. Volcatius Tullus.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

688	P. Cornelius Sulla.	P. Antroninus Pætus.
689	L. Iulius Cæsar.	C. Martius Figulus.
690	M. Tullius Cicero.	C. Antonius.
691	D. Iunius Silanus.	L. Licinius Murena.
692	M. Pupius Piso.	M. Valerius Messala.
693	L. Afranius.	Q. Cæcilius Metellus Celer.
694	C. Iulius Cæsar.	M. Calpurnius Bibulus.
695	L. Calphurnius Piso Cæsonianus.	A. Gabinius.
696	P. Cornelius Lentulus Spinther.	Q. Cæcilius Metellus Nepos.
697	Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus.	L. Martius Philippus.
998	C. Pompeius Magnus II.	M. Licinius Crassus II.
699	L. Domitius Aenobarbus.	App. Claudius Pulcher.
700	Cn. Domitius Caluinus.	M. Valerius Messala.
701	Cn. Pompeius Magnus III. & solus.	Q. Cæcilius quinque mensibus extremis.
702	Ser. Sulpicius Rufus.	M. Claudius Marcellus.
703	L. Aimilius Paulus.	C. Claudius Marcellus.
704	C. Claudius Marcellus.	Cn. Cornelius Lentulus.

Eodem anno C. Iul. Cæsar DICTATOR sine Magist. equit.

705	1	C. Iulius Cæsar II.	P. Seruilius Vatia Isauricus.
706	2	C. Fusius Calenus.	P. Vatinius.
707	3	C. Iulius Cæsar III.	M. Aimilius Lepidus.
708	4	C. Iulius Cæsar sine collega IIII. abdicauit, & sibi suffecit Q. Fabium Maximum, & C. Trebonium. Maximus extremo anni die moritur, cui Caninius Rebil. sufficitur.	
709	5	C. Iulius Cæsar V. COS.	M. Antonius COS. & Magister equitum, & pro eo M. Aimilius Lepidus II. Magister equitum, & pro eo C. Octauius Magister equitum, & pro eo Cn. Domitius Caluinus Mag. equit.

In Iulij Cæsaris Idibus Martiis XXIII. vulneribus in curia Pompeij occisi locum P. Cornelius Dolabella COS. suffectus est.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

An. ab vr. cō.	An. Aug.		
710	1	*A. Hirtius in prælio occisus.*	*C. Vibius Pansa.*

His COSS. *ad Mutinam occisis, occupato omni exercitu, ante legitimam ætatem per vim adacto Senatu, C. Cæsar Octauianus se cum Q. Pedio herede Cæsaris ex quadrante,* COS. *& ad* X. *diem Kalendas Octobris constituit.*

TRIVMVIRATVS.

711	2	*M. Aimilius Lepidus* II.	*L. Munatius Plancus.*
712	3	*P. Seruilius Isauricus* II.	*L. Antonius Pietas.*
713	4	*Cn. Domitius Caluinus* II.	*C. Asinius Pollio.*
714	5	*L. Porcius Censorinus.*	*C. Caluisius Sabinus.*
715	6	*App. Claudius Pulcher.*	*C. Norbanus Flaccus.*
716	7	*M. Vipsanius Agrippa.*	*L. Caninius Gallus.*
717	8	*L. Gellius Poplicola.*	*M. Cocceius Nerua.*
718	9	*L. Cornificius.*	*Sex. Pompeius.*
719	10	*L. Scribonius Libo.*	*M. Antonius, abdicatus. in eius locum, L. Sempronius Atratinus.*
720	11	*C. Cæsar Octauianus* II.	*L. Volcatius Tullus.*
721	12	*Cn. Domitius Aenobarbus.*	*C. Sosius Nepos.*
722	13	*C. Cæsar Octauianus* III.	*M. Valerius Messala Coruinus.*
723	14	*C. Cæsar Octauianus* IIII.	*M. Licinius Crassus. & ex Id. Septemb. M. Tullius Cicero, M. Filius.*
724	15	*C. Cæsar Octauianus* V.	*Sext. Apuleius.*
725	16	*C. Cæsar Octauianus* VI.	*M. Vipsanius Agrippa* II.
726	17	*C. Cæsar Octauianus* VII.	*M. Agrippa* III.
727	18	*C. Cæsar Octauianus* A. VIII.	*T. Statilius Taurus* II.
728	19	*C. Cæsar Octauianus* A. IX.	*M. Iunius Silanus.*
729	20	*C. Cæsar Octauianus Aug.* X.	*C. Norbanus Flaccus.*
730	21	*C. Cæsar Octauianus* A. XI.	*Cn. Calphurnius Piso.*
731	22	*M. Claudius Marcellus.*	*L. Arruntinus Nepos.*
732	23	*M. Lollius.*	*Q. Aimilius Lepidus.*
733	24	*M. Appuleius.*	*P. Silius Nerua.*
734	25	*C. Sentius Saturninus.*	*Q. Lucretius Vispillo. Vispalio, Dion.*
735	26	*Cn. Cornelius Lentulus.*	*P. Cornelius Lentulus Marcellinus.*
736	27	*C. Furnius.*	*P. Iunius Silanus. Dion.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

An.ab vr.cō.	Anni A u.		
873	28	L. Domitius Aenobarbus.	P. Cornelius Scipio.
737	29	M. Iunius Drusus Libo.	L. Calphurnius Piso.
739	30	M. P. Licinius Crassus.	Cn. Cornelius Lentulus Augur.
740	31	Claudius Tiberius Nero.	P. Quintilius Varus.
741	32	P. M. Valerius Messala II.	P. Sulpicius Quirinus.
742	33	Q. Aelius Tubero.	Paulus Fabius Maximus.
743	34	Iulius Antoninus.	Q. Fabius Maximus.
744	35	Claud. Drusus Nero.	T. Quinctius Crispinus.
745	36	C. Martius Censorinus.	C. Asinius Gallus.
746	37	Claud. Tiberius Nero II.	Cn. Calphurnius Piso II.
747	38	D. Lælius Balbus.	C. Antistius Vetus.
748	39	C. Cæsar Octauianus Aug. XII.	L. Cornelius Sulla.
749	40	C. Caluisius Sabinus II.	L. Passienus.
750	41	L. Cornelius Lentulus.	M. Valerius Messalinus.

His COSS. VIII. *Kal. Ianuar. Dei filius* IESVS CHRISTVS *nascitur.*

				Anni Christi.
751	42	C. Cæsar Octauianus August. XIII.	M. Plautius Siluanus.	1
752	43	Cossus Cornelius Lentulus: postea Isauricus.	L. Calphurnius Piso Augur.	2
753	44	P. Vinutius Nepos.	P. Alfinius Varus.	3
754	45	L. Ailius Lamia.	M. Seruilius Geminus.	4
755	46	Sext. Ailius Catus.	C. Sentius Saturninus.	5
756	47	Cn. Cornelius Cinna Magnus.	L. Valerius Messala Volusus.	6
757	48	M. Aimilius Lepidus.	L. Arruntius Nepos.	7
758	49	Q. Cæcilius Metellus Creticus Silanus.	A. Licinius Nerua Silianus.	8
759	50	M. Furius Camillus.	Sex. Nonius Quinctilianus.	9
760	51	Q. Sulpitius Camerinus.	C. Poppæus Sabinus.	10
761	52	P. Cornelius Dolabella.	C. Iunius Sillanus.	11
762	53	M. Aimilius Lepidus.	T. Statilius Taurus II.	12
763	54	T. Iulius Germanicus Cæsar.	C. Fonteius Capito.	13
764	55	L. Munatius Plancus II.	C. Silius Nepos.	14
765	56	Sextus Pompeius Nepos.	Sextus Apuleius.	15

Hucusque historia Liuij ab vrbe condita: hinc annales Cornelij Taciti sumunt exordium.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

An. ab vr. cõ.	Anni Tib.			Ann. Chri.
766	1	Eodem anno,	CLAVDIVS TIBERIVS CAESAR.	
767	2	Drusus Cæsar.	C. Norbanus Flaccus.	16
768	3	Sisenna Statilius Taurus.	L. Scribonius Libo.	17
769	4	L. Pomponius Flaccus.	C. Cælius Rufus.	18
770	5	Claud. Tiberius Nero Cæs. III.	Germanicus Cæsar II.	19
771	6	M. Silanus.	L. Norbanus Balbus.	20
772	7	M. Valerius Messala.	M. Aurelius Cotta.	21
773	8	Claud. Tiberius Nero Cæsar IIII.	Drusus Cæsar II.	22
774	9	D. Haterius Agrippa.	C. Sulpitius Galba.	23
775	10	C. Asinius Pollio.	C. Antistius Vetus.	24
776	11	Sext. Cornelius Cethegus.	L. Visellius Varro.	25
777	12	M. Asinius Agrippa.	Cossus Cornelius Lentulus.	26
778	13	Cn. Lentulus Getulicus.	L. Caluisius Sabinus.	27
779	14	M. Licinius Crassus.	L. Calphurnius Piso.	28
780	15	App. Iunius Syllanus.	P. Silius Nerua.	29
781	16	C. Rubellius Geminus.	C. Fusius Geminus.	30

IESVS CHRISTVS salutarem viam cunctis mortalibus prædicare incipit.

782	17	M. Vinutius Quartinus.	C. Caßius Longinus Iuriscons.	31
783	18	Claudius Tiberius Cæsar V. & solus, licet postmodum collegam adsumpserit L. Ailium Seianum.		32
784	19	Fur. Camil. Arruntius Scribonianus.	Cn. Domitius Aenobarbus.	33
785	20	Ser. Sulpitius Galba.	L. Cornelius Sulla.	34
786	21	L. Vitellius Nepos.	P. Fabius Persicus.	35
787	22	C. Cestius Gallus.	M. Seruilius Rufus Nonianus.	36
788	23	Sextus Papinius Gallienus.	Quinctius Plautius Plautianus.	37
789	24	Cn. Acerronius Proculus.	C. Pontius Nigrinus.	38
	1	XVII. Kal. April. mortuo Tiberio,	C. CAESAR CALIGVLA.	
790	2	C. Cæsar Caligula II.	L. Aronius Cæsianus.	39
791	3	M. Aquilius Iulianus.	P. Nonius Asprenâs Torquatus.	40
792	4	C. Cæsar Caligula III. & solus.		41
793	1	C. Cæsar Caligula IIII.	Cn. Sentius Saturninus.	42

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

An. ab vr. cõ.	Anni Tib.			Anni Chr.
		TIB. CLAVDIVS CAESAR V. P. R. IMP.		
794	2	Tiberius Claudius Cæsar II.	C. Licinius Cæcina Largus.	43
795	3	Tiber. Claudius Cæsar III.	L. Vitellius II.	44
796	4	Quinctius Crispinus II.	T. Statilius Taurus II.	45
797	5	M. Vinutius Quartinus II.	M. Statilius Coruinus.	46
798	6	C. Valerius Asiaticus II.	M. Valerius Messala.	47
799	7	Tib. Claudius Cæsar IIII.	L. Vitellius III.	48
800	8	A. Vitellius Nepos.	L. Vipsanius Poplicola.	49
801	9	Q. Verannius.	C. Pompeius Gallus.	50
802	10	C. Antistius Vetus.	M. Suillius Rufus Seruilianus.	51
803	11	Tib. Claudius Cæsar V.	Ser. Cornelius Scipio Orphitus.	52
804	12	Sylla Faustus.	L. Saluius Otho.	53
805	13	D. Iunius Silanus.	Q. Haterius Antoninus.	54
806	14	Q. Asinius Marcellus.	M. Acilius Auiola.	55
		CL. DOMITIVS NERO CAESAR.		
807	1	Claudius Nero Cæsar.	L. Antistius vetus.	56
808	2	Q. Volusius Saturninus.	P. Cornelius Scipio.	57
809	3	Claudius Nero Cæsar II.	L. Calphurnius Piso.	58
810	4	Claudius Nero Cæsar III.	M. Valerius Messala.	59
811	5	C Vipsanius Apronianus.	L. Fonteius Capito.	60
812	6	Claudius Nero Cæsar IIII.	Cossus Cornelius Lentulus.	61
813	7	Cæsonius Pætus.	Petronius Sabinus Turpilianus.	62
814	8	P. Marius Celsus.	L. Asinius Gallus.	63
8[illegible]5	9	[illegible] Memmius Regulus.	Paulus Virginius Rufus.	64
816	10	[illegible] Lecanius Bassus.	M. Licinius Crassus Frugi.	65
817	11	Silius Nerua.	Atticus Vestinus.	66
818	12	C. Suetonius Paulinus.	L. Pontius Telesinus.	67
819	13	C. Fonteius Capito. [lianus.	C. Iulius Rufus.	68
820	14	M. Gualerius Trachalus Turpi	C. Silius Italicus Poëta.	69
		SER. SVLPICIVS GALBA CAES. imperauit menses VII. dies VII. atque in medio vrbis Romanæ foro capite truncatus est.		
821		Ser. Galba Augustus II.	T. Iunius.	70

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

Trucidato Galba, nouæ tempestates & cædes in republ. extiterunt, donec rerum potiretur Flauius Vespasianus pater, qui reipubl. statum pristinum, & orbi pacem restituit. nam neque M. Syluius Otho vltra menses III. *dies* V. *neque A. Vitellius vltra menses* VIII. *dies* V. *imperauit.*

An. ab V. cō.				Anni Chr.
	I	FLAVIVS VESPASIANVS PATER.		
822	2	*Fl. Vespasianus Augustus* II.	*T. Vespasianus Cæs.*	71
823	3	*Fl. Vespasianus Augustus* III.	*Cocceius Nerua.*	72
824	4	*Fl. Vespasianus Aug.* IIII.	*T. Vespasianus filius Cæsar* II.	73
825	5	*Fl. Domitianus* II.	*Valerius Messalinus.*	74
826	6	*Fl. Vespasianus Aug.* V.	*Tit. Vespasianus Cæsar* III.	75
827	7	*Fl. Vespasianus Augustus* VI.	*Tit. Vespasianus Cæsar* IIII.	76
828	8	*Fl. Vespasianus Augustus* VII.	*Tit. Vespasianus Cæsar* V.	77
829	9	*Fl. Vespasianus Aug.* VIII.	*Fl. Domitianus* VI.	78
830	10	*Commodus Verus.*	*C. Cornelius Priscus.*	79
831	1	*Fl. Vespasianus Aug.* IX.	*T. Vespasianus Cæsar* VI.	80
		TITVS VESPASIANVS FILIVS.		
832	2	*T. Vespasianus August.* VII.	*Flauius Domitianus* VII.	81
833	3	*Syluanus.*	*Verus Pollio.*	82
		Ex idib. Septemb. FL. DOMITIANVS *imperat ann.* XV. *dies* VI.		
834	1	*Fl. Domitianus Aug.* VIII.	*T. Flauius Sabinus.*	83
835	2	*Fl. Domitianus Aug.* IX.	*T. Virginius Rufus* II.	84
836	3	*Fl. Domitianus Aug.* X.	*Ap. Iunius Sabinus.*	85
837	4	*Fl. Domitianus Aug.* XI.	*T. Aurelius Fuluus.*	86
838	5	*Fl. Domitianus Aug.* XII.	*Ser. Cornelius Dolabella.*	87
839	6	*Fl. Domitianus Aug.* XIII.	*A. Volusius Saturninus.*	88
840	7	*Fl. Domitianus Aug.* XIIII.	*L. Minucius Rufus.*	89
841	8	*T. Aurelius Fuluus* II.	*A. Sempronius Atratinus.*	90
842	9	*Fl. Domitianus* A. XV. [*cisus.*	*Cocceius Nerua* II. *qui postea Imp.*	91
843	10	*M. Acilius Glabrio. in mag. oc*	*M. Vlpianus Traianus Crinitus.*	92
844	11	*Fl. Domitianus Aug.* XVI.	*A. Volusius Saturninus* II.	93
845	12	*Pompeius Conlega.*	*Cornelius Priscus.*	94
846	13	*Nonius Asprenâs.*	*M. Arricinius Clemens. & ex Kal. Iulijs Sextilius Lateranus.*	95

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

An. ab VR. cō.	Anni Tib.			Anni Chr.
847	14	Fl. Domitianus Aug. XVII.	T. Flauius Clemens.	96
848	15	C. Antistius Vetus.	C. Fuluius Valens.	97
		Imp. COC. NERVA imperat annum I. mens. IIII. dies IX.		
849	1	Imp. Nerua Augustus III.	T. Virginius Rufus II. in magistratu mortuus est.	98
850	2	Imp. Nerua Augustus IIII.	Nerua Traianus Cæsar II.	99
		TRAIANVS OPTIMVS A. imperat ann XIX. mens. VI. dies XV.		
851	1	A. Cornelius Palma.	C. Sosius Senescio II.	100
852	2	Vlp. Traianus Augustus III.	M. Cornelius Fronto III.	101
853	3	Vlp. Traianus A. IIII.	Sex. Articuleius Pætus.	102
854	4	C. Sosius Senecio III.	L. Licinius Sura II.	103
855	5	Vlp. Traianus A. V.	Q. Maximus II.	104
856	6	Surranus II.	P. Neratius Marcellus II.	105
857	7	C. Iulius Candidus II.	T. Numidius Quadratus II.	106
858	8	L. Ceionius Commodus Verus.	L. Tutius Cerealis.	107
859	9	C. Sosius Senecio IIII.	L. Licinius Sura III.	108
860	10	App. Ann. Trebonius Gallus.	M. Atilius Metilius Bradua.	109
861	11	Palma II.	C. Caluisius Tullus II.	110
862	12	Clodius Crispinus.	Solenus Orfitus.	111
863	13	L. Calpurnius Piso.	Vetrius Rusticus Bolanus.	112
864	14	Vlp. Traianus A. VI.	C. Iul. Africanus.	113
865	15	L. Publilius Celsus.	C. Clodius Crispinus.	114
866	16	P. Manilius Vopiscus.	Q. Ninnius Asta.	115
867	17	Valerius Messala.	C. Popilius Carus Pedo.	116
868	18	Aemilius Aelianus.	L. Antistius Vetus.	117
869	19	Quinctius Niger.	T. Vipsanius Apronianus.	118
		Ex III. Id. August. TRAIANVS HADRIANVS imperat ann. XX. mens. X. dies XXIX.		
870	1	Imp. Hadrianus A. II.	Salinator.	119
871	2	Imp. Hadrianus A. III.	Q. Iunius Rusticus.	120
872	3	L. Catilius Seuerus II.	T. Aurel. Fuluus, Antoninus Pius postea appellatus.	121
873	4	M. Annius Verus.	Augur.	122
874	5	M. Acilius Auiola.	C. Corellius Pansa.	123

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

875	6	Q. Arrius Pætinus.	C. Ventidius Apronianus.	124
876	7	M. Acilius Glabrio.	C. Bellicius Torquatus.	125
877	8	P. Cornel. Scipio Asiaticus II.	Qu. Vetrius Aquilinus.	126
878	9	Vespronius Candidus Verus III.	Ambiguus Bibulus.	127
879	10	Cælius Titianus.	Gallicanus.	128
880	11	Asprenâs Torquatus.	M. Annius Libo.	129
881	12	Iuuentius Celsus II.	Neratius Marcellus.	130
882	13	Q. Fabius Catulinus.	M. Flauius Aper.	131
883	14	Ser. Octauius Lenâs Pontianus.	M. Antonius Rufinus.	132
884	15	Sentius Augurinus.	Arrius Seuerianus.	133
885	16	Hiberus.	Iunius Silanus Sisenna.	134
886	17	C. Iulius Seruilius Vrsus Seruianus	Verus.	135
887	18	Pompeianus Lupercus. [III.	Atticus Acilianus.	136
888	19	L. Ceionius Commodus.	Sex. Vetulenus Ciuica Põpeia II.	137
889	20	Aelius Cæsar II.	P. Cælius Balbinus Vibullin. Pius.	138
890	21	Niger.	Sulpicius Camerinus.	139

A. AVREL. ANTONINVS PIVS *imperat ann.* XXII. *mens.* VII. *dies* XXVI.

891	1	T. Antoninus Pius A. II.	Brutius Præsens.	140
892	2	T. Antoninus Pius A. III.	M. Aelius Aurelius Cæsar.	141
893	3	M. Peducæus Syloga Priscinus.	T. Hœnius Seuerus.	142
894	4	Rufinus.	L. Statius Quadratus.	143
895	5	Torquatus.	Ti. Claudius Atticus Herodes.	144
896	6	Lollianus Auitus.	C. Gauius Maximus.	145
897	7	T. Antoninus Pius A. IIII.	Aelius Aurelius Cæsar II.	146
898	8	Clarus II.	Cn. Claudius Seuerus.	147
899	9	Largus.	M. Valerius Messalinus.	148
900	10	Torquatus III.	M. Saluius Iulianus.	149
901	11	Orfitus.	Q. Nonius Priscus.	150
902	12	Gallicanus.	Antistius Vetus.	151
903	13	Maximus.	Sex. Quinctilis Gordianus.	152
904	14	Clabrio.	C. Valerius Omollus Verianus.	153
905	15	Præsens II.	Anto. Rufinus.	154
906	16	L. Aurelius Cæsar, qui postea Aug.	Sextilius Lateranus.	155

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anni ab vrbe cond.				Anni Chr.
907	17	M.Rufinus Sabinianus.	C.Iulius Seuerus.	156
908	18	Siluanus.	Sentius Augurinus.	157
909	19	Barbatus.	Regulus.	158
910	20	Tertullus.	Licinius Sacerdos.	159
911	21	Quinctilius.	Statius Priscus.	160
912	22	T. Vibius Barus.	Ap. Annius Bradua.	161

Imperatores C C. M. AVRELIVS ANTONINVS PHILOSOPHVS, & L. AELIVS AVRELIVS VERVS ANTONINVS diui fratres, duo A A. simul imperarunt ann. VIII.

913	1	M.Antoninus Philosophus A.II.	L. Aurelius Verus A. II.	162
914	2	M. Antoninus A.III.	L. Aurelius Verus A. III.	163
915	3	L. Aelianus.	Iunius Pastor.	164
916	4	Macrinus.	L. Cornelius Celsus.	165
917	5	Pudens.	L. Cornelius Scipio Orfitus.	166
918	6	Pudens II.	M.Vitrasius Pollio.	167
919	7	Verus A. III.	T.Numidius Quadratus.	168
920	8	Apronianus.	L.Vettius Paulus.	169
921	9	Priscus.	Apollinaris.	170
922	10	L.Iunius Clarus II.	M. Aurelius Seuerus Cethegus.	171
923	11	L.Septimius Seuerus II.	Herennianus.	172
924	12	Maximus.	Cor.Scipio Orfitus.	173
925	13	Cn.Claudius Seuerus II.	M. Aurelius Claud.Pompeianus.	174
926	14	Ap.Annius Tribonius Gallus.	Flaccus.	175
927	15	Calpurnius Piso.	M.Saluius Iulianus.	176
928	16	Pollio II.	Aper II.	177

M. AVRELIVS pater, & COMMODVS filius ANTONINI A A. imperarunt vnà, ann. III. mens. III. dies XVIII.

929	17	L. Aurelius Commodus A.	Plautius Quinctillus.	178
930	18	Orfitus.	Vettius Rufus.	179
931	19	Aurelius Commodus A. II.	Vespronius Candidus Verus.	180

COMMODVS A. solus.

932	1	Arrius Præsens.	Aelius Gordianus.	181
933	2	Antoninus Commodus A. III.	Antistius Burrhus.	182
934	3	Petronius Mamertinus.	Rufus.	183

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

Anni ab vrbe cond.				Anni Chr.
935	4	Aurelius Commodus A. IIII.	M. Aufidius Victorinus.	184
936	5	M. Marullus.	Papyrius Aelianus.	185
937	6	Maternus.	Bradua.	186
938	7	Aurelius Commodus Antoninus A. V.	Sex. Acilius Glabrio.	187
939	8	Crispinus.	Papyrius Aelianus.	188
940	9	Fuscianus.	Silanus.	189
941	10	Iunius Silanus.	Seruilius Silanus.	190
942	11	Aurelius Commodus A. VI.	Petronius Septimianus.	191
943	12	Apronianus.	Bradua.	192
944	13	Antoninus Commodus VII.	P. Heluius Pertinax.	193

P. HELVIVS PERTINAX.

945	Q. Sosius Falco in mag. occisus.	C. Iulius Fructus Clarus.	194

Pertinace post alterum mensem, & dies XXV. quàm imperator factus erat, V. Kal. April. occiso, DIDIVS IVLIANVS cædis auctor, per menses duos & quinque dies tantummodo imperium tenuit. Hunc deinde secutus est PE-

SCENNINVS NIGER, AVGVSTVS, qui imperauit annum: sed imperium eius non numeratur in Fastis, sed solùm Seueri imperium.

Ex Idib. Maij L. SEPTIMIVS SEVERVS cum M. BASSIANO ANTONINO CARACALLA filio.

946	1	Septimius Seuerus A. II.	D. Clodius Albinus, Cæsar II.	195
947	2	Tertullus.	Clemens.	196
948	3	C. Domitius Dexter.	L. Valerius Priscus.	197
949	4	Lateranus.	M. Marius Titius Rufinus.	198
950	5	T. Saturninus.	C. Gallus.	199
951	6	P. Cornelius Anulinus.	M. Aufidius Fronto.	200
952	7	T. Claudius Seuerus A. III.	C. Aufidius Victorinus.	201
953	8	L. Annius Fabianus.	M. Nonius Mutianus.	202
954	9	L. Septimius Seuerus A. IIII.	Baßianus Antoninus A.	203
955	10	P. Septimius Geta.	L. Septimius Plautianus.	204
956	11	Fabius Cilo Septimius.	Libo.	205
957	12	Baßianus Antoninus A. II.	Geta Cæsar II.	206
958	13	Albinus.	Aemilianus.	207

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anni ab vrbe cond.				Anni Chr.
			Maximus.	208
959	14	Aper.	Geta Cæsar III.	209
960	15	Baſsianus Antoninus A. III.	Lollianus Auitus.	210
961	16	Pompeianus.	Macer Rufinianus.	211
962	17	Fauſtinus.	Baſſus.	212
963	18	Gentianus.		

Hoc anno SEVERVS A. mortuus eſt prid. Non. Febr. & ex eo die Impp. Cæſares D. SEVERI filij, M. ANTONINVS [CARACALLA,] & P. SEPTIMIVS GETA imperarunt vnà ann. I. dies XXII.

964	19	M. Pompeius Aſper.	Aſper.	213
965	1	Antoninus A. IIII.	Balbinus.	214
966	2	Meſſala.	Sabinus.	215
967	3	Lætus II.	Cerealis.	216
968	4	Q. Aquilius Sabinus II.	Sex. Cornelius Anulinus.	217
969	5	Præſens.	Extricatus.	218

Hoc anno VI. Id. Apr. ANTONINVS A. occiſus eſt. deinde fuit interregnum dierum IIII. poſt quod M. OPELIVS MACRINVS imperat ann. I. menſ. I. dies XXIII.

970	6	M. Opelius Diadumenianus Cæſar II.	Aduentus. VII. Iunij Macrinus victus eſt.	219

M. ANTONINVS ALAGABALVS imperat ann. III. menſ. IX. dies IIII.

971	1	Antoninus A. II.	Sacerdos.	220
972	2	Antoninus A. III.	ComaZon II.	221
973	3	Gratus.	Seleucus.	222
974	4	Antoninus A. IIII.	Aurel. Alexãder Seuerus nob. Cæſ.	223

M. AVRELIVS SEVERVS ALEXANDER imperat an. XIII. dies IX.

975	1	Maximus.	Aelianus.	224
976	2	Iulianus.	Criſpinus.	225
977	3	Rufus.	Dexter.	226
978	4	Alexander A. II.	Quinctilius Marcellus.	227
979	5	Balbinus II. qui poſtea Auguſtus [appellatus eſt.	M. Clodius Pupienus Maximus.	228
980	6	Modeſtus.	Probus.	229
981	7	Alexander A. III.	Dio II.	230
982	8	Agricola.	Clementinus.	231
983	9	Pompeianus.	Felicianus.	232
984	10	Lupus.	Maximus.	233

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

985 | 11 Maximus II. — Paternus. 234
986 | 12 Maximus III. — Vrbanus. 235
987 | 13 Seuerus. — L. Ragonius Vrinatius Quinctia. 236

IVL. MAXIMINVS cum filio MAXIMO imperant vnà ann. II. mens. * dies. *

988 | 1 Maximus A. — Iul. Africanus. 237
989 | 2 Perpetuus. — Cornelianus. 238

Duo GORDIANI imperant vnà mens. I. dies VI. post hos BALBINVS & PVPIENVS imperant vnà ann. I. eorum vitam scribit Capitolinus.

990 | 3 Vlpius. — Pontianus. 239

GORDIANVS IVNIOR imperat ann. VI.

991 | 1 Gordianus A. puer anno. XVI. — Auiola. 240
992 | 2 Sabinus II. — Venustus. 241
993 | 3 Gordianus A. II. — Pompeianus. 242
994 | 4 Atticus. — Praetextatus. 243
995 | 5 Arrianus. — Papus. 244
996 | 6 Peregrinus. — Aemilianus. 245

M. IVL. PHILIPPVS occiso Gordiano declaratur Augustus. Oros. lib. 7. regnat ann. VII.

997 | 1 Philippus A. — Titianus. 246
998 | 2 Praesens. — Albinus. 247
999 | 3 Philippus A. II. — Philippus Caes. hoc anno appellatur. 248
1000 | 4 Philippus A. III. — Philippus A. II. 249
1001 | 5 Aemilianus. — Aquilinus. 250

DECIVS cum filiis Caesaribus imperat ann. II.

1002 | 6 Decius A. II. — Annius Gratus. 251
1003 | 7 Decius A. III. — Decius Caesar. 252

GALLVS HOSTILIANVS & LICINIANVS A A. statim occisi: quibus successerunt TREBONIANVS GALLVS & VOLVSIANVS filius A A.

1004 | 1 C. Vibius Trebonianus Gallus — Volusianus A. 253
1005 | 1 Volusianus A. II. [A. II. — M. Valerius Maximus. 254

LICINIVS VALERIANVS & GALLIENVS imperarunt vnà ann. VII.

1006 | 2 Valerianus A. II. — Gallienus A. 255
1007 | 2 Valerianus A. III. — Gallienus A. II. 256
1008 | 3 Valer. Maximus II. — Glabrio. 257

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

Anni ab vrbe condi.				Anni Chr.
1009	4	*Valerianus* A. IIII.	*Gallienus* A. III.	258
1010	5	*Aurel. Tuscus.*	*Pomponius Bassus.*	259
1011	6	*Aemilianus.*	*Bassus* II.	260
1012	7	*Corn. Secularis* II.	*Iun. Donatus.*	261
		GALLIENVS & VALERIAN. *Iun. imperant ann.* VIII.		
1013	8	*Gallienus* A. IIII.	*Petronius Volusianus.*	262
1014	9	*Gallienus* A. V.	*Faustinus.*	263
1015	10	*Numius Albinus.*	*Max. Dexter.*	264
1016	11	*Gallienus* A. VI.	*Amulius Saturninus.*	265
1017	12	*Valerianus* A. II.	*L. Cæsonius Macer Lucillus Rufinianus.*	266
1018	13	*Gallienus* A. VII.	*Sabinillus.*	267
1019	14	*Paternus.*	*Arcesilaus.*	268
1020	15	*Paternus* II.	*Maximianus.*	269

Hoc anno XII. *Kal. Apr.* GALLIENVS & VALERIANVS A A. *occisi sunt.* FL. CLAVDIVS *imperat ann.* I. *mens.* X. *dies* XV.

1021	1	*Claudius* I.	*Pomponius Paternus.*	270
1022	2	*Fl. Antiochianus.*	*Furius Orfitus.*	271

Hoc anno X. *Kal. Mart.* CLAVDIVS A. *moritur.* QVINCTILIVS A. *imperat dies* XVII. *cui successit* AVRELIANVS A.

VALER. AVRELIANVS *imperat ann.* IIII. *mens.* XI. *dies* VII.

1023	1	*Valer. Aurelianus* A.	*Pomponius Bassus.*	272
1024	2	*Quietus.*	*Voldumianus.*	273
1025	3	*Tacitus, qui postea Augustus.*	*Furius Placidus.*	274
1026	4	*Aurelianus* A. II.	*Capitolinus.*	275
1027	5	*Aurelianus* A. III.	*T. Nonius Marcellinus.*	276

Hoc anno IIII. *Kal. Febr. occiditur Aurelianus. est interregnum mens.* VII. *dierum* XXIX. *deinde* TACITVS VI. *menses imperat, dies* XX. *postea* FLORIANVS *imperat mens.* II. *dies* XX. *cui tandem succedit* PROBVS A.

1028	1	*Ann. Tacitus* II.	*Aemilianus.*	277
		AVRELIVS PROBVS.		
1029	2	*Aurelius Probus* A. II.	*Furius Lupus.*	278
1030	3	*Aurel. Probus* A. III.	*Ouinius Paternus* II.	279

Anni ab vrbe cond.				Anni Chr.
1031	4	Iun. Messala.	Gratus.	280
1032	5	Aurel. Probus A. IIII.	C. Iun. Tiberianus.	281
1033	6	Aurel. Probus A. V.	Pompon. Victorinus.	282
		CARVS, CARINVS, & NVMERIANVS imperant ann. I. mens.* diebus*		
1034	1	Carus A.	M. Aurelius Carinus Nob. Cæs.	283
		CARINVS & NVMERIANVS imperant ann. I.		
1035	2	Carinus A. II.	Numerianus A. occisus est.	284
		C. AVRELIVS VALERIVS DIOCLETIANVS imperant ann. XX.		
1036	1	Diocletianus A. II.	Aristobulus.	285
1037		Impp. Cæsa. DIOCLET. & MAXIMIANVS HERCVLIVS imperarunt vnà XVIII. ann.		
1038	2	Iun. Maximus II.	Aquilinus.	286
1039	3	Diocletianus A. III.	Maximianus A.	287
1040	4	Maximianus A. II.	Pomponius Ianuarius.	288
1041	5	Bassus II.	Quintianus.	289
1042	6	Diocletianus A. IIII.	Maximianus A. III.	290
1043	7	Iun. Tiberianus II.	Cassius Dion.	291
1044	8	Afranius Annibalianus.	Asclepiodotus.	292
1045	9	Diocletianus A. V.	Maximianus A. IIII.	293
1046	10	Constantius nobiliss. Cæs.	Maximianus nob. Cæs.	294
1047	11	Numius Tuscus.	Ann. Cornelius Anulinus.	295
1048	12	Diocletianus A. VI.	Constantius Cæs. II.	296
1049	13	Maximianus A. V.	Maximianus Cæs. II.	297
1050	14	Anicius Faustus II.	Gallus.	298
1051	15	Diocletianus A. VII.	Maximianus A. VI.	299
1052	16	Constantius Cæs. III.	Maximianus Cæs. III.	300
1053	17	Postumius Titianus II.	Nepotianus.	301
1054	18	Constantius Cæs. IIII.	Maximianus Cæs. IIII.	302
1055	19	Diocletianus A. VIII.	Maximianus A. VII.	303
1056	20	Diocletianus A. IX.	Maximianus A. VIII.	304

Hoc anno XI. Kal. Maij DIOCLETIANVS & MAXIMINVS A A. se imperio abdicarunt. in eorum locum Augusti facti sunt CONSTANTIVS & MAXIMIANVS.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

1057 | 1 *Constantius* A. V. *Maximianus Cæsar* V. 305

1058 | 2 *Constantius* A. VI. *Maximianus Cæsar* VI. 306

Impp. Cæs. MAXIMIANVS ET FLA. VALERIVS CONSTANTINVS, D. CONSTANTIS *filius, &* MAXENTIVS, C. GALERIVS MAXIMINVS *&* M. AVRELIVS SEVERVS *nobiliss. Cæsar. imper. ann.* I.

Secun. Hal. | Sec. Cont.

1059 | 1 *Maximia. Herculius* IX. *M. Flauius Constantinus.* 308 | 307

1060 | 2 *Diocletianus* X. *Maximianus* A. VII. 309 | 308

MAXIMIANVS GALER. ET CONSTANTINVS.

1061 | 3 *Post consulatum Diocletiani* X. *& Maximiani* A. VII. 310 | 309

1062 | 4 *Iterum post consulatum Diocletiani* X. *& Maximiani* A. VII. 311 | 310

1063 | 5 *Maximianus Galer.* A. VIII. *& solus postea Licinium collegam adsumpsit, quem Augustum creauerat.* 312 | 311

CONSTANTINVS, MAXENTIVS, LICINIVS *&* MAXIMINVS.

1064 | 6 *Constantinus* A. II. *Licinius* A. II. 313 | 312

ΙΝΔΙΚΤΙΟΝΩΝ ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΙΑΝΩΝ ΕΝΤΕΥΘΕΝ ΑΡΧΗ. *Sic Fasti Græci ad hunc annum adnotant.*

1 | 1065 | *Constantinus* A. III. *Licinius* A. III. 314 | 313

CONSTANTINVS ET LICINIVS.

2 | 1066 | 7 *Rufius Volusianus.* *Annianus.* 315 | 314

3 | 1067 | 8 *Constantinus* A. IIII. *Licinius* A. IIII. 316 | 315

4 | 1068 | 9 *Sabinius.* *Arcadius Rufinus.* 317 | 316

5 | 1069 | 10 *Ouinius Gallicanus.* *Septimius Bassus.* 318 | 317

CONSTANTINVS ET LICINIVS.

6 | 1070 | 11 *Licinius* A. V. *Crispus Cæsar.* 319 | 318

7 | 1071 | 12 *Constantinus* A. V. *Licinius Cæsar.* 320 | 319

8 | 1072 | 13 *Constantinus* A. VI. *Constantinus Cæsar.* 321 | 320

9 | 1073 | 14 *Crispus Cæsar* II. *Constantinus Cæsar* II. 322 | 321

10 | 1074 | 15 *Patronus Probianus.* *Anicius Iulianus.* 323 | 322

11 | 1075 | 16 *Acilius Seuerus.* *Anicius Rufinus.* 324 | 323

12 | 1076 | 17 *Crispus Cæsar* III. *Constantinus Cæsar* III. 325 | 324

13 | 1077 | 18 *Anicius Paulinus.* *Cæionius Iulianus Camœnius.* 326 | 325

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anni Indictio.	ab vr. cond.				Anni Christi. Secun. Hal.	Secun. Cont.
			CONSTANTINVS *solus.*			
14	1078	19	*Constantinus* A. VII.	*Constantinus Cæsar* IIII.	327	326
15	1079	20	*Constantinus Cæsar* V.	*Valerius Max. Basilius.*	328	327
1	1080	21	*Ianuarius.*	*Iustus.*	329	328
2	1081	22	*Constantinus* A. VIII.	*Constantinus Cæsar* VI.	330	329
3	1082	23	*Gallicanus.*	*Symmachus.*	331	330
4	1083	24	*Bassus.*	*Ablabius.*	332	331
5	1084	25	*Pacatianus.*	*Mechilius Hilarianus.*	333	332
6	1085	26	*Dalmatius Cæsar.*	*Zenophilus.*	334	333
7	1086	27	*Publius Optatius.*	*Anicius Paulinus Iunior.*	335	334
8	1087	28	*Constantius Cæsar.*	*Rufius Albinus.*	336	335
9	1088	29	*Nepotianus.*	*Facundus.*	337	336
10	1089	30	*Felicianus.*	*Titianus.*	338	337
11	1090	31	*Vrsus Lupulus.*	*Polemius.*	339	338

His COSS. *Constantinus cognomento Magnus in fata concessit, prius in filios fratrisq; filium Dalmatium concordiæ conseruandæ causa diuiso imperio, quod pleno ad ipsos iure pertinebat, & postea quoque peruenit. Sed Dalmatio protinus à Constantini* A. *morte à militibus in Thracia trucidato, simul regnant.*

CONSTANTINVS, CONSTANTIVS, ET CONSTANS.

12	1091		*Constantius* A. II. *Orient.*	*Constans* A. *Occid.*	340	339
13	1092	1	*Sept. Acyndinus.*	*Valer. Proculus.*	341	340
14	1093	2	*Marcellinus.*	*Cælius Probinus.*	342	341
15			CONSTANTIVS & CONSTANS.			
	1094	3	*Constantius* A. IIII.	*Constans* A. II.	343	342
1	1095	4	*Placidus.*	*Romulus.*	344	343
2	1096	5	*Leontius.*	*Sallustius.*	345	344
3	1097	6	*Amantius.*	*Albinus.*	346	345
4	1098		*Post Consulatum*	*Amantij & Albini.*	347	346
5	1099	7	*Rufinus.*	*Eusebius.*	348	347
6	1100	8	*Philippus.*	*Salia.*	349	348
7	1101	9	*Limenius.*	*Aco Catulinus Philomanus.*	350	349
8	1102	10	*Sergius.*	*Nigrinianus.*	351	350

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Indictio.	Anni ab vr. cond.				Anni Secun. Hal.	Christi Secun. Conti.
	1103	11	CONSTANTIVS *solus.*			
9	1104	12	*Post Consulatum Sergij & Nigriani.*		353	351
10	1105	13	*Constantius* A. V.	*Constantius Gallus Cæs.*	354	352
11	1106	14	*Constantius* A. VI.	*Constantius Gallus Cæs.* II.	355	353
12	1107	15	*Constantius* A. VII.	*Constantius Gallus Cæs.* III.	356	354

Ab hoc anno tantùm extat Ammiani Marcellini historia, vsque ad mortem Valentis Imperatoris. Numerandus est autem annus Christi 354. vt cum ratione indictionum conueniat, quemadmodum docui lib. I. Subsecinarum iuris Lectionum. Contius.

13	1108	16	*Arbitio.*	*Lollianus.*	357	355
14	1109	17	*Constantius* A. VIII.	*Cl. Iulianus Cæsar.*	358	356
15	1110	18	*Constantius* A. IX.	*Cl. Iulianus Cæsar* II.	359	357
1	1111	19	*Fab. Tatianus.*	*Neratius Cerealis.*	360	358
2	1112	20	*Eusebius.*	*Hypatius.*	361	359
3	1113	21	*Constantius* A. X.	*Cl. Iulianus Cæs.* III.	362	360
4	1114	22	*Taurus.*	*Florentius.*	363	361

CLAVDIVS IVLIANVS.

5	1115	23	*Mamertinus.*	*Neuita.*	364	362
6	1116	24	*Iulianus* A. IIII.	*Sallustius.*	365	363
		1	IOVIANVS.			
				Varronianus August. filius Nob. puer.	366	364
7	1117	2	*Fl. Iouianus* A.			

Hoc anno Symmachus ille cuius elegantes extant epistolæ, præfectus vrbis Romæ fuit. Marcel.

FL. VALENTINIANVS *fratres &* FL. VALENS.

8	1118	1	*Valẽtinianus* A. *qui propter Christum à Iuliano fuerat Tribunatu scutariorum priuatus, consensu militum creatur Aug. Oros.*	*Valens* A.	367	365
9	1119	2	*Gratianus* N. P. *Valentiniani filius.*	*Dagalaiphus.*	368	366
10	1120	3	*Lupicinus Gratianus declaratur Augustus.*	*Iouinus.*	369	367

FL. VALENT. FL. VALENS, *&* FL. GRATIANVS *filius Valentiniani Ambiani* 13. *Kal. Sept. Augustus appellatus.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Indictio.	Anni ab vr. cond.				Anni Secun Hal.	Christi. Secun. Cout.
11	1121	4	*Valentinianus* A. II.	*Valens* A. II.	370	368
			Hoc anno dicitur esse indictio vndecima: vnde dico consequenter annũ esse Christi 368. ex vulgari, & tamen verißima indictionum regula. vnde Haloandri supputatio tribus annis præuertit verum annorũ numerum, vt I. Subsecivarum demonstraui. Contius.			
12	1122	5	*Valentinianus* N. P.	*Sex. Aurel. Victor.*	371	369
13	1123	6	*Valentinianus* A. III.	*Valens* A. III.	372	370
14	1124	7	*Gratianus* A. II.	*Sex. Petronius Probus.*	373	371
15	1125	8	*Modestus.*	*Arintheus.*	374	372
1	1126	9	*Valentinianus* A. IIII.	*Valens* A. IIII.	375	373
2	1127	10	*Gratianus* A. III.	*Equitius.*	376	374
3	1128	11	*Post consulatum Gratiani* A. III. *& Equitij* V. C. *Valentinianus apoplexia perit, Brigetione in Pannonia.*		377	375
			FL. VALENS, FL. GRATIANVS & FL. VALENTINIANVS II. *filius Valentinia. primi.*			
4	1129	12	*Valens* A. V.	*Valentinianus* A. II.	378	376
5	1130	13	*Gratianus* A. IIII.	*Merobaudes.*	379	377
6	1131	14	*Valens* A. VI.	*Valentinianus* A. III.	380	378
			GRATIANVS ET VALENTIN. II. *Imperant mens.* V. *Vterq; erat Valentiniani senioris filius.*			
7	1132	1	*Decius Ausonius Magnus Gallus Pæonius.*	*Hermogenianus Olybrius.*	381	379
			GRATIANVS VALENTIN. II. *fratres, & Occidentis Imperatores, &* THEODOSIVS.			
8	1133	2	*Gratianus* A. V. *in Occid.*	*Theodosius* A. *in Oriente.*	382	380
9	1134	3	*Syagrius in Oriente.*	*Eucherius in Occidente.*	383	381
10	1135	4	*Antonius.*	*Syagrius* II.	384	382
11	1136	5	*Merobaldus* II. *Occident.*	*Saturninus in Oriente.*	385	383
12	1137	6	*Richomer Occiden.*	*Clearchus Orient.*	386	384
			Hoc anno apud Lugdunum capto & occiso Gratiano, item Valentiniano in triennium per fœderis simulationem à Maximo tyranno ditione Italiæ cæterisq; prouinciis eiecto, & ad Theodosium in Orientem profugo, THEODOSIVS *solus regnat. Maximus verò Italiæ imperat annis* V.			

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

An. Indictio	ab vrbe cōd.				Anni Christi. Secun. Hal.	Secun. Cont.
13	1138	2	*Arcadius.*	*Bauto.*	387	385
			THEODOSIVS & ARCADIVS.			
14	1139	3	*Honorius Nob.* P.	*Euodius.*	388	386
			VALENTIN. II. THEODOS. ET ARCAD.			
15	1140	4	*Valentinianus* A. IIII.	*Eutropius.*	389	387
1	1141	5	*Theodosius* A. II. *Occid.*	*Cynegius Orient.*	390	388
2	1142	6	*Fl. Timasius.*	*Fl. Promotus.*	391	389
3	1143	7	*Valentinianus* A. V.	*Neoterius.*	192	390
4	1144	8	*Ti. Fabius Titius.*	*Symmachus, cuius epist. extant.*	393	391
5	1145	9	*Arcadius* A. II. *Orient.*	*Rufinus Occid.*	394	392

Hoc anno Id. Maij Valentinianus Viennæ laqueo strangulatur per Arbogasten, & Eugenius imperat Occidenti ann. II. *mens.* IIII. *dies* XIII. *Prosper &c.*

			THEODOSIVS ARCADIVS ET HONORIVS.			
6	1146	10	*Theodosius* A. III.	*Fl. Habundantius.*	395	393
7	1147	11	*Arcadius* A. III.	*Honorius* A. II.	396	394
8	1148	11	*Olybrius.*	*Probinus.*	397	395

ARCADIVS & HONORIVS *filij* THEODOSII. *quorum ille Orienti, hic Occidenti præfuit.*

9	1149	2	*Arcadius* A. IIIII.	*Honorius* A. III.	398	396
10	1150	3	*Cæsarius Orient.*	*Atticus Occid.*	399	397
11	1151	4	*Honorius* A. IIII.	*Eutychianus.*	400	398
12	1152	5	*Eutropius.*	*Theodorus.*	401	399
13	1153	6	*Fl. Stilico.*	*Fl. Aurelianus Orient.*	402	400
14	1154	7	*Vincentius.*	*Frauitta Orient.*	403	401
15	1155	8	*Arcadius* A. V.	*Honorius* A. V.	404	402
			ARCADIVS HONOR. & THEODOSIVS *Iun.*			
1	1156	9	*Theodosius* A.	*Rumoridius.*	405	403
2	1157	10	*Honorius* A. VI.	*Aristænetus.*	406	404
3	1158	11	*Fl. Stilico* II.	*Anthemius.*	407	405
4	1159	12	*Arcadius* A. VI.	*Probus.*	408	406
5	1160	13	*Honorius* A. VII.	*Theodosius* A. II.	409	407
6	1161	14	*Bassus.*	*Philippus.*	410	408

HONORIVS & THEODOSIVS *Iun. octo tunc annorum, vir pius, sed parum in bellicis rebus versatus.*

Indictio.	Anni ab vr. cond.				Anni Christi. Secun. Hal.	Secun. Cont.
7	1162	15	Honorius A. VIII.	Theodosius A. III.	411	409
8	1163	16	Fl. Varro.	Tertullus.	412	410

Secundum Sigebertum hoc anno IX. Kal. Sept. Roma primùm capta à Gotthis, duce Alaricho, qui tamen præda contentus, victoria nimis insolenter vsus non est. Prosper. Orosius verò id ad sequentem annum refert.

9	1164	17	Theodosius A. IIII. & solus.		413	411
10	1165	18	Honorius A. IX.	Theodosius A. V.	414	412
11	1166	19	Lucius V. C.	Herodianus.	415	413
12	1167	20	Constans.	Constantius.	416	414
13	1168	21	Honorius A. X.	Theodosius A. VI.	417	415
14	1169	22	Theodosius A.	Palladius.	418	416
15	1170	23	Honorius A. XI.	Constantius II.	419	417
1	1171	24	Honorius A. XII.	Theodosius A. VIII.	420	418
2	1172	25	Maximus.	Plinta.	421	419
3	1173	26	Theodosius A. IX.	Constantius III.	422	420
4	1174	27	Eustathius.	Agricola.	423	421
5	1175	28	Honorius A. XIII.	Theodosius A. X.	424	422
6	1176	29	Asclepiodotus.	Marinianus.	425	423

THEODOSIVS IVN. solus.

7	1177	30	Castinus.	Victor.	426	424
8	1178	1	Theodosius A. XI.	Valentinianus Cæsar.	427	425

THEODOS. IVN. & VALENTINIAN. III.

9	1179	2	Theodosius A. XII.	Valentinianus A. II.	428	426
10	1180	3	Hierius.	Ardaburius.	429	427
11	1181	4	Felix.	Taurus.	430	428
12	1182	5	Florentius.	Dionysius.	431	429
13	1183	6	Theodosius A. XIII.	Valentinianus A. III.	432	430
14	1184	7	Bassus.	Antiochus.	433	431
15	1185	8	Aëtius.	Valerius.	434	432
1	1186	9	Theodosius A. XIIII.	Maximus.	435	433
2	1187	10	Ariouindus.	Asper.	436	434
3	1188	11	Theodosius A. XV.	Valentinianus A. IIII.	437	435
4	1189	12	Isidorus.	Senator.	438	436

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Indi-ctio.	Anni ab vr. cond.		Consules		Anni Christi Secun. Hal.	Anni Christi Secun. Cont.
5	1190	13	Aëtius II.	Sigisuultus.	439	437
6	1191	14	Theodosius A. XVI.	Faustus.	440	438
7	1192	15	Theodosius A. XVII.	Festus.	441	439
			Hoc anno Carthago à Vandalis duce Genserícho capta, cùm iam per annos 585. in ditione Romani imperij fuisset. cuius mentio in C. de off. præf. prætor. Africæ, l. j. in principio.			
8	1193	16	Valentinianus A. V.	Anatolius.	442	440
9	1194	17	Cyrus V. C. & solus.		443	441
10	1195	18	Eudoxius.	Dioscorus.	444	442
11	1196	19	Maximus II.	Paterius.	445	443
12	1197	20	Theodosius A. XVIII.	Albinus.	446	444
13	1198	21	Valentinianus A. VI.	Nonius.	447	445
14	1199	22	Aëtius III.	Qu. Aurel. Symmachus.	448	446
15	1200	23	Callypius.	Ardaburius.	449	447
1	1201	24	Rufius posthumianus.	Zeno.	450	448
2	1202	25	Protogenes.	Asterius.	451	449
3	1203	26	Valentinianus A. VII.	Auienus. Obiit Theodos. Iun.	452	450
		27	VALENTINIANVS III. & MARTIANVS.			
4	1204	1	Martianus A.	Clo. Adelphius.	453	451
5	1205	2	Herculanus.	Assporatius.	454	452
6	1206	3	Opilio.	Vincomalus.	455	453
7	1207	4	Aëtius.	Studius.	456	454
8	1208	5	Valentinianus A. VIII. Occid. in mag. occisus est insidiis Maximi 16. Kal. April.	Anthemius. Orient.	457	455

Iterum hoc anno caput imperij, & gentium domina Roma, in prædam & direptionem fuit exposita, sed Vandalis, qui præter id quòd vrbem post homines natos potentißimam omnibus opibus spoliarunt, imperialia etiam ornamenta & insignia duce Genserícho secum in Africam transtulerunt, scribente id Iustiniano C. de off. P. P. Africæ: vt verum tandem sit, quod M. Varro lib. XVIII. Antiquitatum apud Censorium scriptum reliquit, Vectium se Romæ in augurio non ignobilem, & ingenio cuius doctori in disceptando parem, audiuisse dicentem, Quoniam CXX. annos incolumis præ-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

teriisset popu. Romanus, ad M. & CC. peruenturum. Quid enim ab eo tempore vrbs Roma, vel imperij, vel maiestatis habuit, quæ (si vetera memoria repetimus) improbissimo cuique maximè semper patuit, tot incursiones barbararum gentium, tot oppressiones tyrannorum, tot calamitates perpessa, donec ad extremum misera in summis malis consenuit?

Anni Indictio.	ab vr. cond.				Anni Secun. Hal.	Christi. Secun. Cont.
			MARTIANVS solus.			
9	1209	6	Ioannes.	Varari.	458	456
10	1210	7	Constantinus.	Rufus.	459	457
			LEO & MAIORIANVS.			
11	1211	1	Leo A.	Maiorianus A.	460	458
12	1212	2	Patricius.	Richimer.	461	459
13	1213	3	Magnus.	Apollonius.	462	460
14	1214	4	Seuerinus.	Dagalaiphus.	463	461
			LEO & SEVERVS.			
15	1215	5	Leo A. II.	Seuerus A.	464	462
1	1216	6	Basilius.	Viuianus.	465	463
2	1217	7	Rusticius.	Olybrius.	466	464
3	1218	8	Fl. Basilicus.	Herminerichus.	467	465
			LEO & ANTHEMIVS.			
4	1219	9	Leo A. III. & solus.		468	466
5	1220	10	Buseus.	Ioannes.	469	467
6	1221		Anthemius A. II. & solus.		470	468
7	1222	11	Martianus.	Zeno Isauricus.	471	469
		12	LEO solus.			
8	1223	13	Iordanes.	Seuerus.	472	470
9	1224	14	Leo A. IIII.	Probianus.	473	471
10	1225	15	Festus.	Martianus.	474	472
11	1226		Leo A. V. & solus.		475	473
			LEO IVNIOR & ZENO ISAVRICVS.			
12	1227	16	Leo Iunior A. & solus.		476	474
		1	ZENO ISAVRICVS solus.			475
13	1228	2	Post consulatum Leonis Iunioris A.		477	
14	1229	3	Fl. Basilius II.	Armatius.	478	476

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

FASTI CONSVLARES.

Indictio.	Anni ab vr. cond.				Anni Secun Hal.	Christi. Secun. Cont.
15	1230	4	*Post consulatum Basilij* II. *& Armatij.*		479	477
1	1231	5	*Ellus* V. C. *& solus.*		480	478
2	1232	6	*Zeno* A II. *& solus.*		481	479
3	1233	7	*Basilius Iunior* V. C. *& solus.*		482	480
4	1234	8	*Placidus* V. C. *& solus.*		483	481
5	1235	9	*Seuerinus* V. C. *& solus.*		484	482
6	1236	10	*Faustus* V. C. *& solus.*		485	483
7	1237	11	Theoderichus rex.	*Venantius.*	486	484
8	1238	12	*Symmachus* V. C. *& solus.*		487	485
9	1239	13	Decius.	*Longinus.*	488	486
10	1240	14	*Fl. Boëthius* V. C. *& solus.*		489	487
11	1241	15	Dynamius.	*Sifidius.*	490	488
12	1242	16	Probinus.	*Eusebius Cronio.*	491	489
13	1243	17	*Faustus Iunior* V. C. *& solus.*		492	490
14	1244	18	*Olybrius Iunior* V. C. *& solus.*		493	491

ANASTASIVS.

15	1245	19	*Anastasius* A.	*Rufinus.*	494	492
1	1246	2	*Albinus* V. C. *& solus.*		495	493
2	1247	3	*Asterius.*	*Præsidius.*	496	494
3	1248	4	*Viator.*	*Aemilius.*	497	495
4	1249	5	*Paulus* V. C. *& solus.*		498	496
5	1250	6	*Anastasius* A. II. *& solus.*		499	497
6	1251	7	*Ioannes.*	*Paulinus.*	500	498
7	1252	8	*Post Consulatum Ioannis & Paulini.*		501	499
8	1253	9	*Ioannes.*	*Asclepion.*	502	500
9	1254		*Patricius.*	*Hypatius.*	503	501
10	1255		*Fl. Auienus.*	*Pompeius.*	504	502
11	1256	10	*Auienus Iunior.*	*Probus.*	505	503
12	1257	11	*Cætheus* V. C. *& solus.*		506	504
13	1258	12	*Sabinianus.*	*Manlius Theodorus.*	507	505
14	1259	13	*Ariouinius.*	*Messala.*	508	506
15	1260	14	*Anastasius* A. III.	*Venantius.*	509	507

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

FASTI CONSVLARES.

Indi-ctio.	Anni ab vr cond.				Anni Secun. Hal.	Anni Christi Secun. Cont.
1	1261	15	*Anatolius.*	*Agapitus.*	510	508
2	1262	16	*Venantius Iunior.*	*Celer.*	511	509
3	1263	17	*Importunus* v. c. *& solus.*		512	510
4	1264	18	*Boëthius.*	*Euthericus.*	513	511
5	1265	19	*Felix.*	*Secundinus.*	514	512
6	1266	20	*Paulus.*	*Muschianus.*	515	513
7	1267	21	*Clementius.*	*Probus.*	516	514
8	1268	22	*Senator* v. c. *& solus.*		517	515
9	1269	23	*Aurel. Cassiodorus* v. c. *& solus.*		518	516
10	1270	24	*Florentinus.*	*Anthemius.*	519	517
11	1271	25	*Petrus* v. c. *& solus.*		520	518
		26	IVSTINVS.			
12	1272	27	*Iustinus* A.	*Eutharicus Cillica Amalus* v. c.	521	519
13	1273	2	*Fl. Rusticus.*	*Flau. Vitalianus in magist. occisus.*	522	520
14	1274	3	*Iustinianus, qui postea Augustus.*	*Fl. Valerius.*	523	521
15	1275	4	*Symmachus.*	*Seuerinus Boëthius Amitius Manlius* III.		
		5			524	522
1	1276	6	*Maximus* v. c. *& solus.*		525	523
2	1277	7	*Iustinus Augustus* II.	*Fl. Opilio.*	526	524
3	1278	8	*Probus.*	*Philoxenus.*	527	525
4	1279	9	*Anicius Olybrius* v. c. *& solus.*		528	526

Hoc anno A. D. IV. *Non Septemb. dominus Theodericus rex mortuus est. Flau. Athalaricus Amalus Eutharici Cillicæ filius,* III. *Italiæ rex, regnat annis* VIII.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

CHRONOLOGIA ANNORVM, ET CONSVLVM, ac Indictionũ imperij Iustiniani: in qua continetur, quas, quibus annis, leges,& quos Iuris libros promulgarit,aut composuerit: Antonio Contio Iuris in metropoli Biturigũ doctore auctore.

Anni Christi	an.imp. Iustin	Consules.	Indictiones	Gesta.
				Indictione quinta moritur Iustinus Imp. mense Augusto, cum iam ante quartum mẽsem,id est Kalend. Apr. Iustinianus declaratus esset Aug. ab eodem Iustino patre adoptiuo, & auunculo. Hæc ex Marcellino,Niceph. lib.Eccl. histor.17.
527 Sigebert. Chro	1	*Mauortio* V. C. *solo in Occidente.*	5	*c.7.& notitia quadam manuscripta. & Nouella* XLVII. *vt præponatur nomen*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anni Christi	an imp. Iustin.	Consules.	Indictiones	Gesta.
				mẽ Imperatoris, documentis, excerpsi. Extremo hoc anno terræmotu concussam ciuitatem Antiochenã reparat Iustinianus, & Theopolin vocat, propter hanc inscriptionem, CHRISTVS NOBISCVM. STATE. *qua in singularum ædiũ eiusdem ciuitatis valuis affixa, sedatus est terræmotus.Nicephorus lib. 17. cap.3.*
528	2	*Iustiniano* A. II. & *solo.*	6	*Hoc anno Iustinianus cœpit cõponendo & emendando iuri operam dare, & priorem suũ Codicem fieri mandauit.l.1. C.de nouo Cod.facien. idib. Februar.*

Anni Christi.	an. imp Iustin.	Consules.	Indictiones.	Gesta.
529	3	Decio v. c. solo in Occidente.	7	Editur prior Codex Idib. April. lib. 1. C. de Iustin. Cod. confirm. vbi nominatur septima indictio.
530	4	Lampadio & Oreste v v. c c. in Occidente.	8	Mese Decembri mādat Iustinianus Digesta componi. Hoc anno edita est l. 18. & 19. C. de episc. audient. l. 11. C. de heret. & aliæ numerosæ.
531	5	Post consulatum Lampa. & Orest.	9	Digesta cōponūtur. Hoc anno lata est l. vlt. C. de epis. aud. l. penul. C. de hæret. & aliæ numerosæ.
532	6	Post consulatum Lāpadij & Orestis anno secundo.	10	Digesta cōponūtur. Hoc anno lata est l. vlt. C. de hæretic. l. vlt. C. de repud. hered. l. vlt. C. ad leg. Iul. de adulter. & aliæ multæ.

Anni Christi.	an. imp Iustin	Consules.	indictiones	Gesta.
533	7	Iustiniano A. III. solo.	11	Mēse Nouembri edūtur Institutiones, & sequēti mense Decembri eduntur Digesta. Hoc anno Marcellinus computat Indictionem 11. nec contraria est l. tanta. C. de vet. iure enucl. quæ numerat 12. illa enim scripta est mense Decembri, quo iam duodecima indictio currebat, quæ cœperat ab 8. Kal. Octob.
534	8	Iustiniano A IIII. & Decio Theodoro Paulino v v. c. Coss. hic Paulinus fuit vltimus cōsul. veteris Rom. nā post hunc nulli	12	Editur nouus Codex Iustiniani mēse Nouembri, priore abrogato. l. 1. D. de emendan. Cod. Iustin. & secunda eius edit. Hoc anno composita est l. vltim. C. de iureiurando propter ca-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anni Christi.	an. imp. Iustin.	Consules.	Indictiones	Gesta.
		creati sunt, obstante scilicet bello Gotthico.		lumniã. & l. vnica. C. de caduc. tollẽ. & l. vlti C. de legitim. hered. &c.
535	9	In secundo tomo Conciliorum epist. Siluerij Pap. sic subscripta est, Iustiniano v. & Bilisario v. c. Coss. Bilis. v. c. Coss & solo in Oriẽ.	13	Hoc anno variæ Nouellæ leges à Iustiniano sunt editæ, & statim Kal. Ianuar. emissa est Nouella 1. de hered. & Falc. & deinde Martio mense Nouella 2. & sequent. diebus & mẽsibus. Nouel. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & sequent. vsque ad 17. Epiphanius episc. regiæ vrbis Constantinop. moritur, cuius episcopatum contra canones Anthemius Trapezõtina ecclesia relicta, inuadit. Ammian.
536	10	Post con-	14	Hoc anno editæ sunt Nouellæ 17.

Anni Christi	an imp. Iustin.	Consulares.	Indictiones.	Gesta.
		sulatum Bilisarij v. c.		18. 19. 20. & seq. vsque ad Nouell. 38. Vitiges v. Italiæ rex regnat ann. IIII.
537	11	Post consulatum Bilis. v. c. anno secundo.	15	Hoc anno editæ sunt Nouellæ 38. 39. & seq. vsque ad 64. Eodem anno Bilisarius Romam expulsis Gothis in Iustiniani ditionẽ reducit mẽse Decembri, sine cæde, artificio Syluerij Papæ. Procop. Niceph.
538	12	Ioanne v. c. Cos.	1	Eduntur Nouellæ 64. & seq. vsq; ad Nouel. 78.
539	13	Appio v. c. solo in Nou. scribitur Arione Cos.	2	Eduntur Nouellæ 78. 79. & sequen. vsq; ad Nouel. 98.
540	14	Fl. Iustino Iuniore v. c.	3	Eduntur Nouellæ 98. & seq. vsque

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anni Christi	an imp. Iustin.	Consules.	Indictiones.	Gesta.
		Cons. in Oriente.		*ad Nouel. 107. Ildonaldus* VI. *Italiæ Gotthorumq; rex. ann.* 1.
541	15	*Fl. Basilio* v. c. *Cons. solo in Oriente.*	4	*Eduntur Nouellæ 107. 108. & sequẽ. vsq; ad Nouel. 116. Araricus Rogus* II. *Italiæ rex regnat menses 3. cui succedit Totilas Baduilla.*
542	16	*Post Cõs. Basilij* v.c.	5	*Eduntur Nouellæ 116. & 117.*
543	17	*Post Consulatum Basil. anno 2.*	6	*Editur Nouella 118. vt ex eius textu colligo. Totila vrbem Romã capit. Sigeb.*
544	18	*Post Consulatũ Basi. anno 3.*	7	
545	19	*Post Consulatum Basi. anno 4.*	8	
546	20	*Post Consu*	9	*Narses Totilam*

Anni Christi.	an. imp. Iustin.	Consules	Indictiones.	Gesta.
		latum Basilij anno 5.		*occidit, post quem extinctum Theias Ostrogotth. regnum resuscitare nititur.*
547	21	*Post Consulatum Basilij anno 6.*	10	
548	22	*Post Consulatum Basilij anno 7.*	11	*Nouel. 137. Theias rex Ostrogotthorũ à Narsete perimitur. Sigeber.*
549	23	*Post consulatum Basilij anno 8.*	12	
550	24	*Post Consulatum Basilij anno 9.*	13	*Theodeberto regi succedit Theobaldus filius.*
551	25	*Post Consulatum Basilij ann. decimo.*	14	*Edictum de Vicario Pontico. Quinta synodus vniuersalis celebratur. Sigeber.*
552	26	*Post Consulatum Basilij anno vndecimo.*	15	*Hucusque historia Iordanis episcopi peruenit.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anni Christi.	an.imp. Iustin.	Consules.	Indictiones.	Gesta.
553	27	Post consulatum Basilij anno 12.	1	Nouel. 148.
554	28	Post Consulatum Basilij anno decimotertio.	2	Narses Bucellinum & Amingum Duces Francorum perimit. Sigeb. & Marcellin.
555	29	Post consulatum Basilij anno decimo quarto.	3	
556	30	Post Consulatum Basilij anno decimoquinto.	4	Lotharius rebellantes contra Saxones, & eis auxiliantes Thuringos & filium Chrannum, fratrem quoq; Childebertum eidem Chranno coniurantẽ vincit. Sigeber. & Marcel.
557	31	Post Consul. Basi. an. 16.	5	
558	32	Post Consulatũ Basilij ann. decimoseptimo.	6	Nouel. 142. De luxuriantibus contra naturã, in edit. Scrimg. Gregorius filius Gordiani Senatoris Romæ adolescit, qui sex monasteriis in Sicilia fundatis, & septimo Romæ in domo sua, ex prætore vrbano factus monachus, claret postea papa Romanus.
559	33	Post consulatum Basilij anno decimo octauo.	7	Edictum Iustiniani de Aegyptiis libripendibus, in Scrimgeriana editione. Childeberto Francorũ regi successit frater eius Lotharius, atque ita duplex regnũ Francorum in vnam monarchiam coaluit. Idem scribit Marcellinus, & addit Hildebertum sepultum Parisiis in

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anni Christi	an. imp. Iustin.	Consules.	Indictiones	Gesta.
				Basilica sancti Vincētij à se cōstructa.
560	34	*Post Consulatum Basilij anno decimonono.*	8	
561	35	*Post Consulatum Basilij anno vigesimo.*	9	
562	36	*Post Consulatum Basilij anno vigesimoprimo*	10	*Quidam Imperatorē extinguere conantur, quo nomine Bilisarius accusatus ab Imperatore absolutus est. Sigebert.*
563	37	*Post Consulatum Basilij anno vigesimosecundo.*	11	*Lotharius Francorum rex Chrannum filium suum diu contra se rebellantem, in Britanniam fugientē persecutus primū quidem Chombrum regem, vel (vt Sige-*

Anni Christi.	an. imp. Iustin.	Consules.	Indictiones.	Gesta.
				bertus ait) ducem Britannum, qui Chrannum iuuabat, peremit, filium verò Chrannum captum cum vxore & filiabus viuum comburi iußit, igne in vilem casam, qua eos includi iusserat vinctos, immisso.
564	38	*Post Consulatum Basilij anno vigesimotertio.*	12	*Iustinianus iam antea mente captus moritur, cum 38. annos & octo menses regnasset. Nicephorus lib. 17. cap. 31. post quem imperium tenuit Iustinus iunior filius sororis Dn. Iustiniani, qui nihil dignum Imperatore egit, nisi quòd episcopos ob causam fidei, Iustiniani*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Anni Christi.	an. imp. Iustin.	Consules.	Indictiones.	Gesta.
				iussu exules, restituit. Nicephor. ibi. cap. trigesimotertio. Post hæc cœptum est numerari tempus per annos Christi, deficiētibus Consulibus, in veteri præsertim Roma.
565	39	*Post Consulatū Basilij anno vigesimoquarto.*	13	

PERORATIO

Auctoris cum breui synoptico.

HActenus eam annorū mundi rationē sequuti sumus, quam ex Eusebio Orosius, ex his verò Beda & tota tandem Latina ecclesia amplexa est: secundum quam scilicet Christus dicitur natus anno mundi 5199. vt vulgaris quoque libellus qui Compotus ecclesiasticus inscribitur, monstrat his versibus,

Quingentos decies cum bis centum minus vno
Annos dic ab Adā, donec verbū caro factū.

Sed & illos annos quotannis in Gallicanis ecclesiis proponi appenso ad cereum Paschalem indice, & ille ait, & nos obseruauimus. Secundum hanc igitur chronologiam Iustinianus imperare

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

cœpit, anno quidem Chriſti 527. mundi verò 5726. At ſecundũ recentiores, Nicephori, Clementis, Cedreni, & cæterorum Græcorũ chronologias deprehẽdi, Iuſtinianum imperare cœpiſſe anno mundi 6035. Quam tamen diuerſitatem tantã plerique non aduertentes, aut non intelligẽtes, vbi ſemel ex neſcio quibus vulgatis chronicis Carionis, Funccij, Pantaleonis, multo pauciores annos animo imbiberunt, nihil non contaminatũ & deprauatum apud reliquos auctores Græcos, ſimiliter ac Latinos relinquũt, vt ille qui apud Nicephorum hiſtoricum vbique & per omnes libros atq; capita mille annos ſcripturæ integrę auctoris detraxerat, quamuis poſtea animaduerſo errore reſipuerit, vt etiam quidam hiſtoriconomicus, qui nihil præter hiſtoriæ verbum

in

in ore habet, qui cum ſcribat Auguſtinus lib. 18. ciuit. Dei. cap. 4. nondum ſuo tempore ſex annorũ millia ab initio mundi eſſe cõpleta, quomodo loqui aut numerare debeat, Sancto viro præſcribere non veretur. cenſet enim ſcribere eum debuiſſe non ſex millia, ſed quinque millia. οὕτως ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς ἡ ζήτησις τῆς ἀληθείας. ita plurimis in procliui eſt veritatis indagatio, minimèq; in ea inueſtiganda fatigari, aut angi dignũ putãt, vt Atticiſsimè Thucydides eloquitur. Hæc me, vt verum fatear, perpulerunt, vt moleſtiſsimũ ſuſciperem laborem totius eruendæ & enucleãdæ diuerſitatis, eam præcipuè ob cauſam, vt Nicephori Conſtantinopolitani archiepiſcopi chronologiæ lucem adferrem, quæ ita mendoſa edita eſt, vt prorſus videri poſsit nec edita, &

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ita cõmentariis oppreſſa & vexata,vt non tam illuſtrata,quàm obtenebrata,imò vt amplius quid dicam, accuſata & reprehéſa videri poſsit. Sed & hunc laboré eò ſuſcepi lubentius,quòd ignorata noua hac eccleſiæ Græcæ chronologia (quæ & ſynodi ſextæ generalis,& aliis omni exceptione maioribus , & quibus fidem derogare nefas eſt,auctoritatibus & teſtimoniis ſuſtinetur & firmatur) nullũ ferè fructum ex Græcis recentioribus hiſtoriis,Nomocanone, Baſilicis,Harmenopulo, Theodoro, Balſamone referre poſſumus , qui vbique ferè omiſsis annis Chriſti, ſola tempora conditarum legum, aut canonum , per annos mundi indicãt.quos tamé ad annos Chriſti redigere,niſi tota eorum cõputandi ratione cognita & perſpecta non poſſumus.

Ergo Gręca hodie eccleſia quęcunque & vbicunque reſtat, ſic rationem mundi annorũ per articulos temporum colligit,

Ab origine & creatione mũdi vſque ad diluuiũ,ſunt anni 2262.

A diluuio vſque ad natiuitatem Abrahæ, anni 1072.

A natiuitate Abrahę vſque ad iter ex Ægypto, anni 505.

Ab itinere ex Ægypto vſque ad primum annum regni Salomonis, anni 630

A primo anno Salomonis,vſq; ad captiuitatem , anni 445

A primo anno captiuitatis vſq; ad finem eiuſdem,anni 70.

A fine captiuitatis, id eſt ſecundo Darij anno,vſq; ad morté Alexandri Magni, anni 201

A morte Alexãdri vſque ad Chriſti Domini natiuitaté,id eſt annum 42.Imp.Aug.anni 323.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Summa omnium annorũ ab origine mundi vsque ad Christum, anni 5508

A Christo vsq; ad Iustinianum anni 527. & conuenienter à condito mundo, anni 6035.

A Iustiniano vsque ad quintũ annum Iustiniani Rhenormeti, quo facti sunt canones sextæ synodi in Trullo, anni 164. & cõuenienter à mũdo cõdito anni 6199. vt tertio eius synodi canone numeratur.

Ad extremũ, vt finem cõputandi faciam, cõsequenter his quæ præmisi, præsens annus Christi 1570. is esse à me obseruatus est, qui in ciclo Paschali Græcorum (Venetiis ante annos 35. impresso cũ illorum Horologio) numeratur à mundo condito 7078.

Expliciti sunt Antonij Contij Chronici canones.

H-162112

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА